


71

4871

114  
224



T R O G V S  
I V S T I N V S

Cum Notis selectissimis

V A R I O R V M,  
BERNEGGERI, BONGARSY,  
V OSSY, TH Y S Y , &c.

*Editio accuratissima,*

Accurante S. D. M. C.

T O M V S P R I M V S.




H

L V G D V N I,  
Sumptibus CLAVDII BOVRGEAT,  
sub signo Mercurij Galli.

---

M. D.C. LXX.  
CVM PERMISSV.





Clarissimo Nobiliſimoque Viro

D.D. MATTHÆO DE SEVE  
EQVITI,

Baroni de Flecheres, D. de S. Andrea,  
du Coing, Limonets, Villeite, &  
Aygrelonges; Regi à Consiliis, in  
Lugdunensi Curia Primario PRÆ-  
SIDI, & integerrimo PRÆTORI.

**E**LEGANT EM Iustini  
Historiam editurus in  
publicum, aliis ~~at~~ fiderem  
ā 3 præ

*'Amplissimo, Consultissimo quo Viro*  
DOMINO  
**SIMONI van HOORN,**  
L. V. D.  
**REIPUBLICÆ**  
**AMSTELLÆDAMENSIS**  
**CONSULI, ac SENATORI;**  
ET  
**INDIARVM**  
**ORIENTALIVM**  
**SOCIETATIS DIRECTORI:**  
**REIPUBLICÆ LITTERARIÆ**  
**FAVTORI PERPETVO;**

*Hanc Iustini Historiam cum Notis  
selectissimis Variorum, eo, quo  
debent, animo*

D. D. D.

L. & D. ELZEVIRII.

CATA

CATALOGVS AVCTORVM  
principiorum, qui in Notis in IUSTINVM  
citantur, ut unum de millibus.

A.  
**A** Bulensis.  
Acidalius.  
A. Iunius.  
A Lapide.

B.

**B**. Rhenanus.  
Bembus.  
Berneccerus *passim*.  
Bochartus.  
Bongarsius *passim*.  
Boxhornius.  
Burgenis.

C.

**C** Asaibonus.  
Castilioneus.  
Cluverus.

D.

**D** Elrius.  
Drusius.

F.

**F**. Sabinus.  
Freinsheimius.  
Fungerus.

G.

**G** Oius.  
G. Major.  
Grotius.  
Gyllius.  
Gyraldus.

H.

**H** Orn.

I.

**I** Oh. Cartvrichtus.  
Ioh Pontanus.

L.

**L** Eopardus.  
Longolinus.

M.

**M** Agius.  
D. Marius Ni-  
ger.  
Modius.

O.

**O** Rosius.  
Ortelius.

ā s

P.

**P**Ererius.  
Petavius.  
Peucerus.  
Plutarchus.

R.

**R**Abbini.  
**S.**  
**S**Almasius.  
Sanchez.  
Sealiger.

Schickardus.

Sebilius.

Serdenus.

Stevvechius.

Strigelius.

T.

**T**Acitus.  
Thysius.

V

**V**Alguarnera.  
Vbbo Emmius.  
Vossius pater, & fi-  
lius Isaacus.



IOH.



IOH. GEORGII GRÆVII

N O T Æ

A D

I V S T I N V M.

P R A E F A T I O.

**B**EST magni animi  
et corporis argu-  
fus est Nihil facit  
corpus ad me-  
ditationes eru-  
ditorum. P-  
gmaeus sit an Polyphemus, qui  
ad scribendum se applicat, est  
perinde, modo valeat animo,  
laboribusque ferendis par-  
fit. Qui corporis accepunt pro  
libro, iis Latine lingue genius  
adversatur. Non enim dixeris:  
Res magni corporis seu libri ag-  
gredi. MS. Marquardi Gudii &  
Junnarum editio præstantissi-  
ma, quam Bongarius & alii  
editores non viderunt: Res ma-  
gni animi et operis argutus est.  
Hec Juliani est scriptura. Inici-  
tatur Livium, qui in prefatio-  
ne: Res et præterea immensi operis,  
ut que supra quicunque terram ex-  
num repiciatur. Quintil. Insti-  
tut. i. 4: Qua vel sola (ars) om-  
nes studiorum genere plus habet  
operis quam ostentationis. Sic

& Græci ἐργον pro labore.  
Aristot. vi. de hist. animal. ἐργον  
τινὶ τοις διατηρεῖται  
τελεῖται. Res magni operis est re-  
rum illarum insulenti cas perdisce.  
Quis & hunc locum ex conje-  
cta sic dudum restituit Grono-  
vius.

L I B. I.

C AP. I. *Voxoris AEgypti* Junct.  
Cedit. 30. libris. leg. 300. sis.  
Sic enim Herodoto dicitur lib.  
2. & Valer. Flacco lib. iv. v. 415.

— cunabula ventu

Colchidos hic, ortusque tuens;  
ut prima Sesostris

Intulerit rex bella Getis, ut  
clade suorum

Territus hos Thebas patriumq;  
reducat ad annem

Phasidis, hos imponat agris,

Colchosq; vocari Imperet.

Sesostrim eum Regem esse qui  
in odelisco apud Amin. Marcell.  
xvi. dicitur Raesiles, ab Euse-  
bio & Josepho Ramessies, à Ma-  
nethone

# JOH. GEORGII GRÆVII

nethone Setops , recte docuerunt  
Scaliger ad Euæbium , & H. valle-  
fius ad Amminium Marcellinum.

C A P . III . Arbatius ] Junct.  
Arbaci , quod proprius à vero  
est. Scribendum enim ut in pro-  
logis , & apud alios scriptores ,  
quos laudat Bongarsius , Ar-  
baci.

C A P . IV . Regit arcavorum  
participi ] Non solum Junctæ edi-  
tio , sed & MSS. legunt : regis  
arciorum & arcavorum partitipi . Quod  
male mutarunt editores , ut du-  
dum præcepit Gronovius. Amici  
enim Regum dicebantur olim  
qui eis à consiliis sunt. In cap. 7.  
hujus libri : Quo salto & anicuns  
in adulterium uxoris sollicitatum  
hostem sibi fecit. & c. 9. diagno-  
quendam ex amicis delegit. lib. xii,  
35. Cum defecere cum amicis viderentur.  
lib. 34. c. 3. Cum cunctari cum vi-  
deret , consultationem ad avicos  
referre. Suet. Tib. 55. Super veter-  
os amicos ac familiare: agniti sibi  
è numero pientipum civitatis depa-  
peserat , velut consiliarios in negotiis  
publicis.

Nutriti Spacii postea nonnen fuit ]  
J.c. recte : Spaco. Herodotus:  
Στρατος , lib. 1. cap. 110.

C A P . V . Cum inter pastores esset  
Cyrus nomen accepit ] Non solum  
editio Junctæ , sed & antiquus  
codex Bongarsii legunt: Cum inter  
pastores esset imperius Cyrus nomen  
acepit. Quod non temere sper-  
nendum.

C A P . VI . Apparatus epulli . ]  
Leç i nem hanc asserti quoque  
quam sape laudamus Junctæ  
editio.

Tergiversaries ] Junctæ scrip-  
serunt : & in serga vidente ferro agi-  
st in hostes iubet. Non male. vereor  
tamen ne hæc sint interpolata.

Ingent posse cibatem pugnandi  
animus exercitum ejus accepit. Friger  
hic Td. iur. Cur respuerunt leti-  
pturam veteris libri ? animus extre-  
mum & vis accepit. Vis est virtus,

fornitudo. Virg. Non ea vis ani-  
mo. Saepè sic apud nostrum &  
alios.

C A P . VII . Pietus que jam de se  
sollicitus ] Iam pridem monuit  
Gronovius observationum lib.  
iv, restituendum esse ex MSS. vi-  
uisque jam ac desolatus , h. e. de-  
sertus , nudatus , exutus exercitu ,  
castris , copiis omnibus. Vide  
c. 20. illius libri.

Nuptiarum præmium ] Et hic lo-  
cus sanitatem debet Gronovio ,  
qui in observat. ii. cap. 25. egre-  
gie restituit pretium. Quia cædes  
præmium fuit nuptiarum , quo  
emir quasi & consecutus èt nu-  
ptias Regine Candaules. Cædes  
enim non præmium nuptiarum  
fuit , sed nuptiæ præmium cædis.  
Nihil certius. vide , quæ ibi fir-  
mandæ huic lectioni assert.

C A P . VIII . Tanyis ] Junctæ MS-  
illi Bongarsiano adsentuntur , qui  
scribit Tanyris. Et sic omnino ex  
Luciano & Herodoto scriben-  
dum ubique.

Cyren ad angustias usque perduxit ]  
Optime Junctæ prodixit. Est enim  
proprium verbum in hac re. Ce-  
sar vii de bello Gallico : cum  
suga vehementi valsum longius  
produxisset. Idem iii de bell. ci-  
vil. Elicuit naves Calidarias , atque ex  
his laeziat produxerat unam quin-  
quaginta , & minores duas in angu-  
stissimi portus cepit.

C A P . IX . Mergim ] Junctæ ,  
Smerdem & MS. Smergim. Lege Smer-  
dim ex Herodoto.

Nomine Concem ] Juntinga &  
nonnullæ aliae : Præcession.

In triennium permittunt ] Junctæ  
& unus MS. remittunt. Quod me-  
rito probat Gronovius , & plus  
ribus assertit observat. iv, 2.

**C**AP. I. *Illuvies aquarum*] Grenov. ad Liv. 1, 4. scribendum censet & hic & in cap. 7. hujus libri : *cluvies*, quia *illuvies* sordes sint exterius adspersæ cluvici vero inundatio.

Sint tibi munimento pecora & armata habentibus, quid salvum effici] MSS. quid inter syvas supereffici. editiones veteres : quid salvum effici, quas sequitur Berneccerus. Sed inter syvas, quod retinet omnes MSS. non erat ejiciendum, sed reponendum suo loco cum Junta, apud quos recte legitur : Nullum scelus apud eos furo grauius, quippe sine telo munimentoque pecora & armata in se syvas habentibus quid salvum effici, si surari licet?

**C**AP. II. Non perinde ac reliqui mortales appetunt] Junta cum nonnullis MSS. & edd. *Anium* & *argentum* perinde adspersantur, ac reliqui mortales appetunt.

**C**AP. III. Per legatos denuntiantibus] Legio : *denuntiantiunus*, cum Junta & MS.

**C**AP. IV. *Thermodontas*] Junta: *Thermodonta*. Utrumque dicitur, *Thermodon*, & *Tormodona*.

Singulari omnium sacrorum exemplum *ausa*, auxili templicam sine viris] Gronovius ex vestigiis MSS. legit : *regulare omnia sacrorum exemplum, ausa templicam agere sine viris, iam etiam eum contenus virorum si turnit*: Aut, quod elegantius existimat: singulari omnium sacrorum exemplum *ausa*, templicam sine viris, iam &c. Observev. 1v. 14.

Dua in his regia fuisse *Martes* & *Laupero*] MS. unus Bongarsii : *Martes*. Legendum, *Martes*, ex Jornande & veteribus editionibus, Diodor. Siculus 1v, 16,

*Marpes*. videtur appellare.  
*Ovithya*] Rechte videt Bongarsius legendum : Otrr. Corrupte apud Hyginum fab. 163. Otrr. dicitur.

**C**AP. V. *Furibea in aciem, non arma adfendenda*] Junta cum aliquot editis juxta & MSS. librissou tela se enda. Quod miror mutatum ab editoribus recentioribus. Tela sunt quævis arma, ut Jurisconsulti notarunt. Pro *fica* posuit Cicer. 1. Catil. pro *basta* Ovid. xix Metam. pro *corna rauri* x 1 Metam. pro *lōpide* idem pro *verabulo* Valer. Max. VI, 3. pro *fuada* Liv. 28: *Fundis ut nunc platinum, ita in seculo eo telo uebantur*. Plin. 1x, 45: *Solidar* habent angularia que non sunt *cornigera*, igitur eis telum angulari est. Ovid. v 1 Metam. 6871. de Borea:

Quid mea tela reliqui  
Savitiū & vires, iramque  
animosque minaces?

**C**AP. VI. Quippe nos adueni  
Junta: aduersa.

**C**AP. VIII. *Megaram, contendit*] MSS. & Junta : *Megara contendit*. Rechte, vide Gronov. ad Liv. xxxi, 22.

**C**AP. VI. *Magistratus presribit*] Junta, aliquæ editiones : *magistratibus, uti & paulo post : magistratus Spartacum tradere, approbatte Gronovio. Magistratus enim in numero unitatis nunquam consilium publicum, seu collegium, sed semper unum hominem magistratum gerentes, aut officium notat. Sic cap. 12. hujus libri : magistratus servit Achaeorum &c. III, 3: Regionis potissimum bellum, magistribus judicia. Non aliter veteres & Idonei Latinæ lingue audiores. Mox Junta : eademque etas, pro castellisque, nemirum canit etiam, quam ante abraferat, rurus illevit. Et sic ante ex conjectura Gronovius.*

**C**AP.

IOH. GEORGII GRÆVII

CAP. XII. Aut si hoc parum  
intus, etas] Optime Gronovius:  
Aut si hoc parum intam est, at nos  
commissis bellis ite cossim.

Remis inhibet] Pulchre resti-  
tuit Gronovius: inhibere vendi. In-  
hibere remis est nautica locutio,  
qua significatur nave non con-  
versa retro remigare, quod fa-  
ciebant aut appuliuri ad litus  
& portum, aut in prælio su-  
gam adornantes. vid. Observ. ejus  
lib. iv. cap. ult.

L I B. III.

CAP. I. Et eadem patris, &  
se ab iusidili Arabanis vindica-  
vit] MSS. Et eadem patris, ex eius fra-  
teris. Junta: Et eadem patris, & ne-  
c nec fratris, & se. Quod cum &  
in aliis editionibus antiquis  
conspiciatur, non puto esse rej-  
ciendum.

CAP. II. Polybites] Junta cum  
Gracis: Polydælia. & pro Charilo,  
Chailao, quos sequor.

CAP. IV. Palanum] Junta:  
Phalanum. Ut Græci quibus  
Phalanum. Et statim iidem cum  
omnibus MSS. filium Acati, pro  
Araci.

CAP. VII. Consilis Periclit  
ducis] MS. & hic & paulo post  
Pericli, ut superius Candauli, apud  
C. Nep. Neodi. & infinita talia,  
qua pridem docti viri college-  
runt.

L I B. IV.

CAP. I. Frequenter & complu-  
bus locis] lege: ex complu-  
bus socii: ut & Junta.

Aliar. veluti tergum dantes in  
imum defidere] Junta quoque  
vorticibus mergi ac in imum defide-  
re. sed hoc glossema est natum

ex verbo Virgilii, quod in MSS.  
legitur nonnullis. Id vero stu-  
diosus aliquis margini alleverat,  
significaturus esse locutionem  
Virgilianam. Potest etiam in-  
terpretatio esse magistris, qui sic  
hæc verba, in inimi confidere, expo-  
sunt, que postea ex marginibus  
in contextum irrepit.

Hinc latratus auditus] Junta  
cum nonnullis aliis imprecessis:  
auditor. MS. auditor. lege: latratus  
audit.

Promontoriorum altitudo ipsa ita  
similis] Junta: ipsa ita sibi similis  
est.

CAP. II. Micalo] Junta: Mi-  
calo, cum Herodoto & Macro-  
bio.

CAP. III. Nulli tyranno] Jun-  
ta: tyrannico. Frenshemius: Nulli  
tyrannorum patrandum. Nihil mu-  
ta. Nulli tyranno comparandum, est  
nulli tyrannorum facinori com-  
parandum. Est locutio antiqua  
& optimis scriptoribus familia-  
ris quam pluribus assertit Gro-  
nov. ad Liv. epit. XLVII.

Catinenses] Junta: Catinenses.

Chayade] Scripti cum Jun-  
ta: Chayade. Græcis enim est  
χαετάδης.

Et animi] Sic clare Junta,  
qui confirmant Bernecceri  
emendationem. Is enim primus  
hunc locum sic restituit, cum  
cum antea legeretur & à nimia,  
aut, ut Bongarsius ediderat: &  
animata.

L I B. V.

CAP. I. Taxum odium] Junta  
ad. Sic iidem XI. 3. quantum  
mali: pro vulgato: quantum ma-  
lum. Dein iidem: consuppi: ma-  
gi fortuna varietate, quam vi vidi  
sunt. Quod & in aliis antiquiori-  
bus editionibus conspicitur, &  
verum est. Victi utique sunt  
Athe

## NOTÆ AD IUSTINUM.

Athenienses, sed non vi, sed fortunæ varietate sunt consumpti & exhausti. Hanc lectionem dudum etiam Gronovius probavit.

C A P . I I L . Partaque cum amicis pensabant ] MSS. pensare. Juntae cum nonnullis aliis : pensantem. Quos sequor. Hic est sensus, viderunt tantum imperium eum recepisse, quantum amiserat. Imperatoriam enim dignitatem, quam apud Athenienses amiserat, recuperaverat apud Lacedemonios. Sic aduersa secundis pensare apud Liv. Flor. & alios. vide Gronov. obser. IV, 13.

Vocandois in portionem munieris Itonis ] MS. Iones : Juntae : Iona. Munieris non est murandum in oneris. Munus enim est onus. Sic munera ] Cris sunt onera civilia. Hyginus Gromaticus : Schoia cohortibus primis, ubi munera legiorum dicuntur, intra se amicorum legatorum contra aquilam dari debent: Ubi munera legiorum sunt excubiae, vallum, fossa, pabulum, materia, lignorum aggetus, & alia onera militaria. Tacit. I. ann. 16. solita munia dicuntur. Hinc munifex, qui munera seu onera praestare cogitur, cui opponitur immunitas.

C A P . III . Athenas mittit ] MS. & Juntae scribit. Sed cave vulgarum moveas. Nam mittere nonnunquam est scribere, & five litteris five nuncius missis significare. Cic. xi. ad fam. 16. Mitte ad lugum nostrum ut it nobis eas cestuias conficiat. Et II. ad Att. ep. 2. Nam ita ad nos mitterant, negliguntur in concione, sed judicent qui non adsuevit compellaturum. Sic & i. 3. Allian. Var. Hist. 1. 5. & 19. & 2. 1. 1. apud scriprores Novi Poëderis.

C A P . IV . Nunquam mediat: tunc nec inoffensa, nec in favore studiis] Juntae quoque cum MSS: offensam & favorem.

C A P . VIII . Obsidione circumdata, obessos fame urgent ] Juntae : obsidione circumdata fame urgent. Sic scriptit Justinus. obessos est interpretatio τὸν ὀβσιδίωνειν καταπέπλους, quæ postea ipsis Justinis verbis fuit immissa. MOX Pyram Juntae & hic & ubique recte scribunt.

C A P . I X . Quod etiam ipsis auxiliis cum naserit etipere ] MSS. nonnulli cum Juntae: Quod cum etiam ipsum auxilium unicunq; nascitur etipere.

## L I B . VI .

C A P . I . Lacedemonii more ingenii humani, quo plura habent, eo ampliora cupentes ] Legendum est sensu postulante: quo plura habet, eo ampliora cupientis, non contenti accessione Atheniensium. Nihil certius.

Merceturque ab his ut different bella, quam gerant. ] MS. & Juntae quo gerant, lege cum Gronovio: Merceturque ab his qua different bella, qua gerant.

C A P . III . Non tam ducum in eo prælio, quam militum annulatio fuit ] Juntae quoque ut omnes MSS. Non ducum tantum in eo prælio, quam militum annulatio fuit PRO quam mallem cum Bernecero rescribere sed & si MSS. eo inclinarent.

Sed alieni imperii viribus dimicet ] Juntae : alieni viribus dimicet.

Eadem militum & omnium Regum cura] Juntae : eadem militum & omnium regum cura. Probo sensibili emendationem certissimam: eadem militum & omnium regum cura.

C A P . V I . Exercitus sui in Gracia detinerentur ] Juntae : disperguntur. quod preferendum vulgato

# I O H. G E O R G I I G R E V U I I.

gato esse nemo non videt paulo  
humanior. Tacit. XIV, 26 : Quae  
facilius proueniebant, quia Paithi  
Hispano bello distinebantur. Et IV  
Hist. 36: Omnes exercitus suis quem-  
que belis distinxerunt.

CAP. VIII. Sic illo veluti mu-  
trone teli ablato duce Thebanorum, ut  
quaque publica ] distingue : Sic illo,  
velut in nucrone teli, ablato duce,  
Thebanorum rei quaque publica vires  
distincte sunt.

CAP. IX. Cum actoribus no-  
risimisque poetisque ] Junta : cum  
actoribus norisimisque poëtis. Mox  
iudicem cum aliis editionibus.  
cessanter oratione meliores.

convivium suis ac filii uxoribus ac  
filiabus.

CAP. IV. Euryonem ] Junta : Euryonem. leg. Enyonen. Mox  
in eadem editione pro Cygnæ le-  
gitur Gygea, ut scribendum cen-  
suit Is. Vossius ; & pro Archid-  
eum, uti & Eusebius ac Orosius,  
Arideum. Confirmat editio Vin-  
dobonensis, nisi quod scribat  
Aridam.

CAP. VI. Lavissana capit.  
Hinc Thessaliam ] Junta, ut pri-  
dem conjectit Bongarsius : La-  
vissam in Thessalia non plana cupi-  
ditate.

## L I B . V I I .

CAP. I. Pelegon pater Afferpæ ]  
Sic hanc locum pridem re-  
stituit P. Leopardus, vir do-  
ctissimus, Emendat. XVI, 1, 10.  
Sed diu ante Leopardum Junta  
ediderunt Pelegonem, cum ramen  
Bongarsius omnes codices ma-  
nu exaratos, & veteres edi-  
tiones Telegonem habere teste-  
tur. Ex quo bonitas & præstan-  
tia editionis Junta facile poterit  
extinari.

Aedifian ] Et hic Junta rectius  
scribunt : Edifian. Græcis enim  
istæ dicitur non Aedifian, quod Isaacus Vossius ad Melz,  
II, 3, docuit, qui & ibi ostendit  
bene in MSS. esse Aegeades  
Aigæades enim dici dialecto  
Macedonica pro Aigæades.

CAP. II. Europum ] Junta : Aegaeum, ut Herodoto &  
Diodoro, quibus dicitur  
Aegaeus.

CAP. III. Megabatus ] Junta : Megabyas cum Herodo-  
to.

Adhibuit in convivium suis ac filij  
prohibuit ] Junta : adhibuit in

CAP. I. Onomarchus ] Junta :  
Onomarus, cum Orosio MS. &  
aliis editionibus vetustioribus.

CAP. III In Cappadociam ]  
Junta : Thraciam. Mox iudicem:  
locare manus per civitatis.

CAP. IV. Cendesente ira ]  
Junta, recrudescente ira. Et statim:  
professum se aduersum Phoenices  
ducem Gracia exhibeat.

Qui antea inter se imperii, nunc  
Gracia imperantiis amulsi ] Hunc lo-  
cum perditum restituit praclare  
Menlo Alringius, vir Amplissi-  
mus, leviter mutatione : antea in-  
ter se imperii, nunc gratia imperi-  
antiis amulsi. Qui antea de imperio  
contendebant, nunc de gratia  
Philippi certant, utri primum  
locum ejus gratia teneant.

Fafidium agiat ] Etiam Junta  
cum aliis editionibus : fasidium  
agiat. Sed lectionem, quam ex  
MSS. Bongarsius restituit, dodec  
asserit Gronovius IV. observat.  
10, quem vale.

CAP. VI. Arribam ] Junta,  
& hic & lib. XVII, 3. Argibam.  
Hoc Plutarchus in Alexandro  
fratris Olympiadis nomen suisse  
testit.

## LIB. IX.

CAP. I. Deinde ne unius urbis  
oppugnazione sicutus exercitus rre-  
veretur] Lege cum Juntae teneretur.  
Hoc est, detineretur, occu-  
paretur. Superioris IIII, 4. Ita-  
que cum contra presumptionem  
suam annit decem in obfitione ur-  
bis teneantur. Et II, 5: Quippe  
sonjare eorum longa expetita-  
zione virorum fesse, nec jam teneri  
bello, sed delecto rata. Cic. XVI ad  
Fam. Septimum jam diem Coreya te-  
mperavit.

Chersonesum ueber] MS. Cher-  
soneſ. Lege: Chersones, aut cum  
Juntae: Cherroneſ.

CAP. IV. Quosiam rebus ne-  
quicunt ulisci, verbis usurpat liber-  
tatem] Melius Juntae: quam rebus  
nequicunt ulisci verbis usurpat li-  
bertatem.

CAP. VII. His stimulis irarum  
utriusque] Et hic Juntae non male-  
interpet.

CAP. VIII. Gratiam fugere  
in odio, instruere inter concordantes  
odio] Juntae: Gratiam fugere in  
odio, in gratia offendam simulare  
instruere inter concordantes odio.  
Quod non temere spreverim, si  
MSS. accedat auctoritas. In  
aliis vesustioribus editionibus  
hic verba: in gratia offendam simu-  
lare, paulo superioris post insidio-  
sus leguntur. Ibi vero C. Bar-  
thini ad Claudianum ex MS.  
legi. blandus per iram & in gra-  
tia.

Hic ubi exasficit, nec dilatio  
ultioris nec modus erat] Probo &  
hic Juntae lectionem: Huic,  
ubi exasficit, nec dilatio ultioris, nec  
modus erat.

Regnare ille cum amitis solebat]  
Optime Sebilius: Regnare ille cum  
amitis solebat. Philippus con-  
siliaris & ducibus suis mul-

tum tribuebat, illorumque consilium & auctoritatem in gerenda  
republica sepe sequebatur, Ale-  
xander vero solus omnia admini-  
strabat, superbeque ac crude-  
liter in eos, ut Clitum, Parme-  
nionem, Philotam, aliosque  
consulebat.

## LIB. X.

CAP. I. Ariavates] Juntae &  
Ariarchi. Non longe abeunt  
MSS. in quibus: Aravattus &  
Aratatus. Vindobonensis: Ari-  
vates.

## LIB. XI.

CAP. I. Refisi nullo modo posse  
] MSS. Sisti nullo modo posse.  
Hoc est, salvos esse non posse.  
Probat hoc dicendi genus & vin-  
dicat Gronov. ad Lib. IV, 12. quem  
vide.

Spe omnes impleri] Juntae non  
abeunt à MSS. & editionum  
aliorum lectione: in sensu omnes  
impelleret. Sui tamen non agnoscunt  
MSS. sed assentior Bernec-  
cero.

CAP. II. Soli Alexandro Ly-  
ciatum] Nihili est hæc lectio.  
Scribe cum Juntae & aliis an-  
tiquis libris & hic & Inferius:  
Lycrius.

Atheniensibus & Lacedamoniori-  
bus] Juntae: Thebanor. Nec aliter  
legendum esse sequentia decla-  
rant.

CAP. III. Maternaque cum  
his sub Alcidarum gente] MSS.  
Juntae, & veteres editiones  
alii, ab Alcidarum gente. Hanc  
lectionem possunt Latina lin-  
guæ geniū. Quid enim est: ne-  
cessitudo sub Alcidarum gente. In-  
plete quoque interpreteris sub  
Eacē

NOTÆ AD IUSTINUM.

Axidarmi imperio. Mox Juntae incepit.

CAP. V. *Iustus excederit*] Juntae cedet. Forte: litori accederet. Mox idem & MS. longinqua à domo militia.

CAP. VI. *In campis Adrastis fuit*] M S. *Adrastis*: Juntae: *Adrastis*, ut Græcis: *Αδραστις* in *πεδίον*.

CAP. VII. *Gordien*. Juntae: *Gordium*, Stephano *Tropieos*, aliis *Τρόπιον*. Dein: *In gressu plausi Gordii apud eosdem*.

CAP. IX. *Nec inventos illis in toto orbe pares viras*] Sic ante Modium Juntae. Sed probat Gronovius aliarum editionum scriptiōnēm: *Nec inventas illis tangere esse pares viras*, hoc est exercitū, quis illis par sit, ut superius: *Ne Lacedaoniorū illa vires accederent*, hoc est *copia*. Nec infrequenter eadem notione in aliis locis utius est noster. Postea: *baberet & salutari ut reginas* MS. Juntae, & alia editions.

CAP. X. *Praesertim Juntae habuerunt*, cum Arriago & Plutarcho Dehinc: *Abdolonymus*. Mox applicato, ut supra idem.

*Policetusque praefaturum se ea Dario*] MSS. *praefaturum*. Unde Gronovius: *policetusque representans*. vid. lib. 1. de pecun. vet. cap. 6.

CAP. XIII. *Cum etiam in otio semper pacior fuerit*] Rescripsi cum Juntae: *cuius, ut & legendum conicerat Bongarthus*. Sueron. Cæsar. *vix pacissimus*.

CAP. XIV. *In urbe deinde sua*] Juntae: *sua*. Optime. Sic enim meliores scriptores Graci & Latini.

LIB. XII.

CAP. I. *Bellum Scyrianis praefiti ejus in Scythia continebant*] Juntae: *Zopyrianis praefiti ejus in Scythia morte constituebantur*. Græcis *Zωπυριών appellatur*.

CAP. III. *Exercitu suo triduum luctum*] Juntae cum MS. alijisque editionibus: *triduo*, cap. 4: *Ob huc illi quatri duo perseverata inedia est*. Sed nec *triduum improbandum*.

*Thalassitis fratre Minithea*.] Dele cum Juntais fratre Minithea. Eodem modo Juntae lib. xi, 4. *Harum Thalassitis regina*.

CAP. V. *tarpī se*] Juntae aque ut Vindobonensis omitunt *se*; & rectius abeat.

CAP. VI. *In tra locum successa astimatio*] Ex veteribus editionibus restituit *existimatio* Gronovius. vid. ad Liv. 34, 2.

CAP. VII. *Non tam oppidanis se parvendo*] Recepit hanc lectiōnem ex MSS. & Juntarum editiōne, in qua tamen desideratur *se*. Liquet ex præcedentibus *Cuni ad Nysam urbem venisse oppidanis non repugnantibus*, fiducia religiosis Liberi patris, à quo condita urbs erat, parei iusfit.

*Cum veniam ab hoste inventissimis*] Admisi hoc ex Juntais & editiōnibus pristinis, pro vulgato accepisti. *Invenire enim eleganter lape sic usurpatur*. Supētius III, 7: *Atque unde periculum quecumque fuerat, illi maximam gloriam inuenit*. Terent. Andria: *Ita facilmente fuit iuvicia landens inveniat*. Heauton. labore invenia nra cui dem hora. Similiter apud Græcos, cum sacros, tum *τὸν ξένον* scriptores dicitur.

*Gangaidas*] Juntae *Gandaridas*. CAP.

10H. GEORGII GRÆ VII.

CAP. VIII. Nicetam J. Junte: Nicetam. & statim pro Eusephiano, sicut ut Plutarchus, Hecaphiam. Mox in illa editione scribitur: Andrasias, Agacenos, Pafas, Gazaras. Allaceni populus in ille inter Cophem & Indum fluvios, teste Strabone & Arriano: ταῦτα οὐ ποταπεισθίνειται, ταῦτα οὐ ποταπεισθίνειται. Sic, τὸν πόταπεισθίνειται τὸν πόταπεισθίνειται. Αὐτὸν οἱ Αἰγαῖοι Σύρια Πυδίνος επικάλεσσι. Allacenorum caput erat Massaga. Pro Pafas, scribendum Pafas Sic à Plutarcho appellantur. PRO Gazaras vero Gazaras. Græcis Γαζαράς. Ac si non militibus] Melius Junta: At si non militibus.

CAP. IX. Hiacensanas Silesiasque] Junte cum MS. Gesonat sibi quisque. Maris dejectis] Junte: dejectis. Quod mihi arridet, quamvis alii tradant muros fuisse perfractos dolabris.

En Eupham artem trans Enfratem] Isaacus Vossius πάντα, conjectit δέ τιχεῖς corrigendum: Eupham. Sic sane legitur apud Juntas.

CAP. XIV. Medicus Thessalus] Pridem Leopardus & Bongarius hunc locum emendarunt, approbantibus Juntes, qui scribunt: Medicus. Sic enim Arriano, Plutarcho, & Diodoro, dicitur.

CAP. XV. Alexandrum Lycissem] Rescripti ex Juntes. Alexandrum Lycissem. Apud quos tamen Lycissem hic confpicitur formatione Græca.

CAP. XVI. cum ingenit serpente volutari] MSS. que ut Junte: volutari. Sic & Quintil. declam. 3. que inscribitur Miles Mariannus: trilamus inter se sunt volutari. Sic MS. Liplii, vulgo volutari. Et Apul. 18 Metamorph. cum suis adulteris

volutari. Sic MSS. & prime editiones, ut notarunt viri eruditæ, ubi quoque in vulgaris, voluntari. Probo tamen vbi que lectionem editorum librorum.

Majus humana mortalitate opus uterum nullum] Scribe: majus humana mortalitate onus utero nullum. Onus enim dicitur scepissime onus uteri, fetus. Ovidius: Tendit onus matrem. Exempla sunt obvia, & vel sexcenta apud solum Ovidium reperias.

Puer accerrimus literarum studiis eruditissimus] Junte: Puer accerrimus.

Præpetes] Optime membranæ Fulenses. præpetes. Superius iib. v. præpeti nocte.

LIB. XIII.

CAP. I. In anno regnali tri-  
buto tricena millia] Junte, ut placebat Budæo: triginta milia.

Velut inofinatam pradam spectab-  
ant] Non incepit Junte: specie-  
bant.

CAP. III. Ad mitigandum ani-  
mos] Sic Junte cum aliis editis. Male mutarunt qui hanc syntaxis, de qua vide Sanctum in Minerva, & Vossium in Ari-  
stacho, ignorarunt. lib. xxxii. c. 8: Ad perseguendum bellum reli-  
quias.

Ultrō vocantem] Junte: provon-  
cantem.

CAP. IV. Primo Ptolemæus AEgyptus] Gronovius ex MSS. prima Ptolemæus AEgyptus.

Media majori Acropatus] Junte:  
Atropatus, quod proprius acce-  
dit ad veram scriptiōnem, le-  
gendum enim Atropates ex Aria-  
no, ut bene monuit Bongar-  
sius.

Scyros]

JOH. GEORGII GRÆVII

*Scpo] Junta: cys. Quod proprius abeit ab emendatione Scaligeri, qui restituendum censet Cava.*

*Terrat iuste amnis.] Junta quoque cum MS. Serer. aliis: sed res: forte scripsiter Justinus: sedes. Ut superius: ad novas sedes quarendas. & sic frequenter in aliis locis.*

*Tieptolenus Persus] Junta: Neoplatonius Persus. cap. 6. hujus libri: Adiutori ei dantur cum exercitibus fratris Perdicca Alcetas, & Neoptolemus.*

*Parapamenos frues Caucas] Junta: Parapamisadas & fines. Unde Volusius: Parapamisos. Gronovius probat quod in MS. repeatit Bongarsius, & siue. hoc est, Qui in ultimo Caucas fine degabant.*

*Aracofii] Junta: Arachofii, uti legendum olim Ortelius statuit ex Diodoro. Quod firmatur & à Polyano.*

*Archos] M S. Archous. Junta: Arctous. & pro Arctoblaus idem: Arctoblaus ut Fabricius ad Orosium.*

*C A P. VI. Eodem congesit etiam servitii & semetipos præcipitare] Elegantrius & rotundius Junta: Eodem congesit etiam servitii semetipos præcipitare. Sic malunt veteres loqui, quam quod vulgo nunc placet: semetipos. Bene quoque Junta lib. XVI, 4. Præside consulaverunt sibi ipsi. Ubi vulgati libri, sibi ipsi.*

*C A P. VII. Rex Threamenii insule] vidit Bongarsius & Ortelius legendum Thera insule. Quod ipsum extat in editione Juntarum, ut nullus impoterum serupulus sit ulli relictus. Pro circuus vero legendum esse Gricus, qui tamen non ejus pater, sed cognatus fuit, & pro Ariostio Ariostio, ostenderunt viri doctissimi Bongarsius in notis ad hunc locum, Bochartus in Geogra-*

phia sacra, & Jonius de scriptoribus historiæ Philosophice.

*Missa à parte Speco] Junta: Hypsea. Et sic legendum ex Diodoro siculo & Apollonii Scholiaste pridem observavit Isaacus Volusius.*

L I B. XIV.

*C A P. I. Vt ultro bellum omnes habentarentur] Assentior Gronovio, qui ad epistolam Senecæ 12. hanc MSS. lectionem probat, quem vide. Ovidius:*

*Cupio non persuadere quod horrors. Qui spem cruenti premii fideli sacramento amperueret.] MSS. omnes Modii & Bongarsii: qui spem cruenti premii fideli sacramenti anteposuerint. Quod merito Gronovius IV Obierv. 17. amplectitur hoc sensu, qui propter spem præmiorum mallet sanguine ducis te cruentare, quam fidem sacramenti servare. Fides sacramenti dictur, ut religio sacramenti, religio iuris iurandi.*

*Labantium animos deservit.] Junta: retinuit. Quod sane vulgariter prætulerim. Suet. Jul. 4. Natales & dubias civitates retinuit in fide. Et cap. 17. ad recinendam Pompeii necessitudinem ac voluntatem. Cic. 1. ad fam. ep. 7. Virum excellentem, & tibi sua praefianti in eum liberalitate dezinam, non nihil sufficarem propter aliquorum opinionem cupiditatis suae abs se alienatum, illa epistola retinuit. In ead. epist. Quos favendo in eadem causa retinere pointerunt, invadendo alienaverunt. Terent. Adelphis: Liberalitate retinere liberos. Potest tamen & determinare ferri, ut sic in aliam sententiam perduxit, fidos sibi reddidit. Deterrere enim sepe est sine ullius terroris & minarum respectu dehortari*

NOTÆ AD IUSTINUM.

dehortari, dissuadere, rationibus compellere & perducere ne quid facias. Plaut. Mil. II, 3. *Ne homo nemo deterriat quin ea sit in adibit.* hoc est, mihi nemo hoc persuaserit. Cic. II de orat. Nam neque it, qui optime potest, descendus est ullo modo à cohortatione nostra, neque qui aliquid potest descendens. Plura exempla sunt in promptu sed jam modum excessimus hatum notularum. Id tamen quod apud Juntes extat hic est efficacius & aptius.

CAP. III. Post damnæ patrimoniorum, & post conjuges amissas] Hæc inepit est πτωθογία. Itaque & post conjuges amissas tanquam interpretationem præcedentium exscindendam censer Berneccerus. Sed legendum cum Juntes: post damnæ patrimoniorum. Hæc sunt, quæ paulo ante dixit: præmia longa militia parta. Et paulo post: præmia tot bellorum. Et felicis militia quesumus. Quod enim aliud militibus patrimonium?

CAP. IV. Quos toties res sacramento nihili devoratis] Gronovius legit: qui toties res f.m.d.

Quod maximum erat, seditionibus agitans] Freinshemius ad Florum emendat: quod proximum erat.

Redditis eorum quæ in victoria et pernus] Optime Junte cum aliis editionibus: redditis quæ in v. c.

CAP. V. Ad Olympiadem] Junte: Olympiada. Mox idem, cuius iussu & Eurydice occiditur, & Rex Aridanus seu annis post Alexandrum positur regno.

CAP. VI. Thessalonice] MSS. & Junte: Thessalonica.

Nec vulnera, aut malibriter vocifrantem] Junte: nec ante vulnera maliibriter vociferantem.

LIB. XV.

CAP. I. Apud Galaman] Preclare Isaacus Vossius: Apud Galaman emendavit. Quod stabilitur à Juntes, in quibus plane: apud Galaman!

CAP. IV. In duas factiones dividuntur] MS. & Junte: didicuntur. hoc est, dividuntur, scinduntur. Hoc est diducere non deducere. Tacitus IV annal. 2. Inflabat quippe Sejanus, focus abutique, didicunt civitatem, ut ciuii belli, hoc est, in duas partes seu factiones divisam. In eod. libro: diductus miles. Probavit hanc lectionem Gronovius.

LIB. XVI.

CAP. III. Multa etiam domestica dissensione fuere] Antiquarum editionum ut & Junte lectio est: multa etiam domestica dissensionis mala fuere, non damnaverim. Alludit MS. dissensionis multa belli fuere. Pro mala scriptum est multa. Belli ex præcedentibus irrepli.

CAP. IV. Prinde consulant sibi ipsi: jubent abiit se, si malint, vel causa populari socium remanere.] Hic locus est contaminatus. Quid hic, si malint? Codex manu exaratus Bongarsii: si sibi malint. Rescribe cum Juntes: prinde consulant sibi ipsi, jubent abiit se, si malint causa populari socium remanere. Si natum est ex præcedente se. Cum & an in aliis libris reperiretur mutatum est in sibi, sed cum hiaret oratio additum vel,

vindicaverit, alterius patrem  
ipse interficerit.

## LIB. XVII.

**C**AP. I. Augusti filii inclusi  
idebantur.] Junta: Augusti filii  
nisi inclusi videbantur.

**C**AP. II. Non infernos morientur] MSS. omnes, ut & Junta: non  
strenuus moriens. Ab omnibus ta-  
men dicitur in prælio occu-  
buile in campis Cori. Sic  
paulo post rursus Junta cum  
omnibus MSS. ambitus ad popu-  
lares esset. Quod mirum cur spre-  
verint. Ad enim pro apud insi-  
nitis locis apud priicos scripto-  
res ponitur. Liv. xxiv, 48. Q.  
Siatorio nonen fuit, qui ad Re-  
gens remansit. Cicer. v, ad Fam.  
ep. 10. Ad Caesarem meam cau-  
sam agas. Id. x. ad Att. Ad me  
bene mane Dionysius fuit. Et sic  
Terentius, Cæsar, aliquique ma-  
xime idonei Latina lingua au-  
tores.

Omniq[ue] arte adulatur Eumeni &  
Antigono, Demetrii filii.] Locum  
hunc conclamat mihi  
εὐσόχος pro sollertia sui inge-  
nii restituisse videtur Gronovius.  
cui tot alia loca restituta debet  
omnis antiquitas: Omniq[ue] arte  
adulatur Nicomedi, ne cum An-  
tigono Demetrii, Antiocho Seleu-  
ci filii bellum habituro tertius fibi  
hostis accederet. Huius emenda-  
tionis hanc reddit rationem,  
quod nullus circa hæc tempora  
Eumenes fuerit, quem vereri po-  
tuerit Ptolemaeus. Sed Memno-  
nen in excerptis Photianis nar-  
rare Nicomedem Bithynum  
fuisse Antigoni amicum, hostem  
Antiochi: cuius illi haud dubie  
potuerit utilis esse gratia, si  
nihil aliud, ad morum sum Antio-  
chum. Nam cum duobus istis si-  
multates tuissi inexpiables, quo-  
rum alter paternum regnum

Vindicem regum reliquit, et aldus-  
ta in Italiana juventute] Juntarum  
editio non secus ac Francisci  
Modii membranæ vocibus aliquot  
auctis legunt: Vindicem  
enim regni reliquit, pacificatus cum  
omnibus frumentis, ne abducta. In-  
ferius xxxiii, 1. Agathocles rex Siciliæ  
pacificatus cum Carthaginensibus.  
Et vi, 2. pacificari cum altero statuit.

**C**AP. III. Andromachem Hecloris  
quam & ipse matrimonio suo in  
dissensione Trojana preda accepere.]  
Quid est matrimonio accipere?  
Quis sic loquitur? MSS. Au-  
dromachem Hecloris & matrimo-  
nio suo, quos in dissensionem. In uno  
pro quo legitur quam. Et sic plati-  
na Junta, uti omnino legen-  
dum est: Andromachem Hecloris è  
matrimonio suo quam ipse in dissensi-  
one Trojana preda accepit. Andro-  
machen, quam in matrimonio  
habuerat, Pyrrhus elocat Hele-  
no Priami filio.

Piatis] Recete Junta: Pielus.  
Sic Pausania dicitur.

Pyrrhum filium uijum admodum] Vidi Bongarrius legendum bi-  
num admodum. Et recte videlicet  
vitum excellentem Juntarum  
illa præstantissima editio con-  
firmat, in qua sic, ut ille con-  
jecerat, legitur. Bimum admodum  
est circiter, præter propter bi-  
num, in hac enim notione sepe  
legitur. cap. præcedente hujus  
libri: post mensis admodum septem.  
Et lib. xi. Inter hæc oblongenti ad-  
modum Græci occurserunt. Curtius:  
Equites mille admodum. Pro quo  
& alibi quasi ponit; ut Græci  
æret.

Glauci Regis] Legendum omni-  
no, ut Juntarum & G. Maj-  
oris editiones habent: Glaucia,  
confirmante Plutarcho. Post  
Junta: usque in adulam etiam.

## LIB. XVIII.

**C**P. I. *Inusitata ante elephanto-*  
*rum*] Scribe cum Gronovio:  
*invictata elephantorum forma*. h.  
e. bestia nimirum antehac  
*visiz*. Hoc enim Latinis est *invi-*  
*sus & invictatus*. Quod saepe cor-  
ruptum est in *invictatu*.

**CAP. II.** *Quo eum arceſſiri*] MSS.  
*arceſſit*.

*Cineas*] Scribendum *Cineas*, cum  
melioribus libris.

**CAP. III.** *Quasi acceptissimum*  
*dit*] MSS. *placitissimum*. Quod  
merito probat Gronovius.

**CAP. IV.** *Graueni luctus ima-*  
*ginem rorouit*] Juntae: coevet. ut  
respondeat, quod sequitur, 74  
*accurredat*.

**CAP. V.** *Comitem se Elissa fa-*  
*ciliisque praeuit*] Veteres editio-  
nes cum Juntinga: comitem se Elissa  
*faciunque fortia offert. inferius*  
*idem: horatique suor ut uicem ibi*  
*corde ent*.

**CAP. VI.** *Cultiores vittati*] Juntae etiam cum aliis editioni-  
bus: *cultiores mores vittatisque*. De-  
inde in iisdem est: *itram se*  
*quo sua & ubi sara vocarent.* Quod male repudiarunt recen-  
tiores editores. Mox Juntae: *cum*  
*intra catena nsala peste laborarent*.

*Ibi deos hominesque testari*] Melius  
Juntae cum aliis: *testati. Inferius*  
*idem: Nec multo post affectus re-*  
*gni accusatur*.

## LIB. XIX.

**CAP. II.** *sappho*] MS. & Juntae:  
*sappho. Bene, Vossius: Psa-*

*Centum ex numero Senatorum*  
*Judices deliguntur*] Vides hic  
*quando judices sint instituti, &*

qua fuerint eorum partes. Illoru-  
rum potentia postea valde cre-  
vit, ut apud Romanos Graccha-  
nis temporebus. Nunquam tan-  
men penes illos fuit summa imp-  
erii, ut penes judices Hebraeo-  
rum sed semper penes Suffetes,  
& Senatum, ut putavit vir maxi-  
mus. Non minus sane quam Ro-  
ma penes equestrem ordinem,  
cum in eum translatâ esset judi-  
candi potestas, quamvis &  
ii fias fortissimique principum ha-  
bentur in manu, ut Florus lo-  
quitur lib. 111, 17 Quos & ipse  
cap. 12 ejusdem libri regnasse  
dixit, vt Liv. lib. 33, *Judicum Car-*  
*thaginensium ordinem dominatum*  
*est. hoc est, magna fuisse po-*  
*tentia, qua immoderate sunt*  
*usi.*

## LIB. XX.

**CAP. I.** *Tarquinii à Theſſalit-*  
*Spinambris*] Recepit insignem  
*commendationem Isaaci Vossii. Spi-*  
*na in Umbria. Paulo ante ex*  
*Juntis. Et Aixor. Mox iisdem*  
*carca scribunt, & Phalif-*  
*ci.*

**CAP. II.** *Cum primum urbem*  
*Sirim cepiſſer*] Gronovius obſerv. 1,  
7 legit: *cum primans urbem Sirim*  
*cepisset.*

*Quasi Deos ipsos secundū adveſſu-*  
*ri effent*] Omnino recipienda ve-  
terum Modii membranarum le-  
ctio: *aveſſuri effent.* Paulo ante  
scribe cum Gronovio: *lon-*  
*ginqnam militiam gravati. No-*  
*lebant fuscipere expeditionem*  
*in tam longe à patria remotam*  
*gentem. Aliud est gravari militia,*  
*aliud gravari militiam. Gra-*  
*vata militia, cui militia gravis*  
*est, qui molestias ex ea capit*  
*gravatur militiam, qui eam re-*  
*cusat, non vult subire Ho-*  
*rat. IV ad xi. Pegasus terrenum*  
*equitens*

equitem gravatum, non est, ut exponit vir doctissimus & discretissimus, cui grave molestumque erat ferre: tunc enim dicendum suisset terroso equite gravatum: Sed nolebat pati, suscipere ferendum equitem terrenum.

Magnisque sapientie incrementis ornatus] Quid est sapientia incrementis ornari? Abhorrent ab hoc loquendi generis Latinæ aures. Lege ex MSS. cum Gronovio: Magnis sapientie incrementis formatus, h. e. cum sic esset institutus & formatus a magistris ut magnos in sapientia studiis fecisset progressus i lib. xviii, 3. Ab eo formatus; cum medio noctis omnes in usum campum procerfissent. vñ, 2. Ingenua omni doctrina exculta, pulcherrimis legibus iustitiaeque formatae. Ovid. III Metam. Talibus ñgurorum Iure Cadmeida dibilis Formaræ. Horat. Teneba mentes formanda studiis.

CAP. IV. Sodalitii iure sacryamento quodam nisi] MSS. Sodalitii juris sacramento quedam nisi. Quod ex osculatur merito Gronovius Observ. iv, 17. prefatus sodalitii juris sacramentum esse illud vinculum quo continebatur societas illorum, qui coierant.

CAP. V. Bergonum] Hæc barbari seculi scriptura est. Recte Junta: Bergonum. Sicut & superius Abellani pro Avellani.

## LIB. XXI.

CAP. IV. Ne persona designata, non via correta videtur] Junta nonnullique alii editi libri: ne persona designata, sed via correta vid. Senitus necessario requirit sed. Lege itaque: ne persona designata, sed via correta videtur. Posset & correpta fieri. Ut peropere vocem magistris apud Ho-

rar, sed preferenda veterum codicium scriptura.

## LIB. XXII.

CAP. I. Acciditque in civitate] Quis illum accivit? Optime Junta: acciditque in civitate, hoc est, cum civium numero & albo adscriptus esset.

CAP. II. Expositi ignibus certi] Sebisius corrigit Cereris ignibus, quo probat & firmat Gronov. IV. Observat. 4.

CAP. III. Sententias inaudita morte Hamilcaris prævenit] Cum Junta scribe: inauditas sententias. Inauditas sententias sunt suffragia tacita illa quorum paolo ante meminit.

CAP. IV. Agathocles cum sequente vivium] Et hic Junta secundi, qui scribunt: Agathocles que.

CAP. V. Quos reverentur] Sic Junta, & postea: vobisque vultores insegni sunt. MS. utique. Hinc bene Junta: ultraque vultores infestat.

Verum etiam urbes nobilissima Junta: Verum etiam tributariorum nobilissima. Veram puto hanc electionem esse. Sequens caput ostendit: cum domi forisque eadem farina Carthaginensem esset, jam non tributariorum tantum ab his urbes, verum etiam socii reges deficiebant.

Castris deinde quinto lapide à Cartagine statu] Assentior Gronovio, qui ex MSS. probat in quinto lapide. vid. I. de pecun. vet. cap. 3. Ad stipulantur Junta.

CAP. VI. Adversisque rebus suis commutationem significari] Junta una voce auctiones: laboribus adversisque rebus suis. Laboribus est malis

## NOTÆ AD IUSTINUM.

malis, etrumatis. Cic. i. ad fam.  
9. Cuius erga me singularem bene-  
volentiam vel in labore meo, vel  
in honore perspici. Id iii, 10.  
dulcissime mihi veniebas in  
mentem, quoniam eum istum labo-  
rem tibi etiam honori putarem se-  
re. Terent. Andr. v. 2. Non-  
ne te misericordia mei tantum laborem  
capere ob idem filium? Vide ibi  
Donatum, Virg. iv. Aen. Ilaci  
labores sunt calamitates Troja-  
norum. Hor. iii. carm. 14. defun-  
ctus laboribus.

CAP. VII. Aphelias] Juntae:  
Ophelias. Unde liquet recte  
Leopardum ex Plutarcho &  
Pausania emendasse Aphelias,  
Emendat. xvii, 10.

## LIB. XXIII.

CAP. I. Partem civitatum à  
se fiducia virium dissidentem ]  
Veneres editiones, ut & Juntina:  
dissidentium.

CAP. II. Adventus opinionis  
ejus concupis] Optime Grono-  
vius ex veteribus impressis li-  
bris legendum censet: Adven-  
tus ejus opinione concupis. Hoc  
est fama, ut sape apud no-  
strum.

Inter filium nepotemque ejus,  
regnum jam quasi mortui vindican-  
tibus] Non fert hoc Prisciani  
doctrina. Scribe cum Juntis:  
vindicantes, & cum iisdem statim:  
actis que filio.

Thexenam] Juntae: Theogenam,  
Maternum illi genus sordidum  
aque adeo pudendum fuit] Melius Juntae, ut conjecterat  
Cl. Berneccerus: pudendum  
fuit.

Parvulum reelegit] Juntae:  
sellegit. Paulo ante pro Hiero-  
nimo, recte Leopardus in emen-  
dationibus: & Casaubonus ad  
Dionysum Halicarnass. emen-

darunt: Hierocle, qui & à Ge-  
lone legendum cenuit. Vulgo &  
Gelo.

## LIB. XXIV.

CAP. IV. Augurandi studio  
Galli preter catervas callent ]  
Bongarsins mallet clavent. Sed  
pro vulgata stat Valer. max. viii,  
12. Ab his id negotium aptius ex-  
plicari posse confitendo qui cotidianae  
eius usu callebant.

CAP. VI. Ibi civitatem fre-  
quentia hominum [feet] Sic scri-  
psi cum Juntis, ut & admiratio-  
ne maiestatis, pro vulgato ad  
affirmationem maiestatis.

CAP. VII. Plus in Dea  
quam viribus reponentes ] Juntae:  
ponentes. Alii male intrusere :  
spem.

maximum pervigilia malam ]  
Juntae: pervigilii.

## LIB. XXV.

CAP. II. Majestatem suam tu-  
ram] Praefat cum Bongar-  
sio, Juntis, & aliis impressis  
legere: tutari. Mox melius MSS.  
vacat pro invocati. & cap. se-  
quente Juntae: amissi regni spe-  
culatim eventum, pro even-  
tus.

CAP. III. Amisi regni spe-  
culatur eventus ] Juntae: even-  
tum, Paulo ante Gronovius le-  
git. in ditionem accipit. Pro dedi-  
ctionem.

CAP. IV. Item prælio nevali ]  
Juntae: idem p. n.

## LIB. XXVI.

**C**AP. I. Se quis liberanda patrīa auctor est non posse.] Junta: se, qui liberanda patrīa auctor est non posse, dicitur ultorem fuisse.

**C**AP. II. In exitium parricidarii.] Junta: in exadiūm parricidarii.

## LIB. XXVII.

**C**AP. I. Beoniceē novēcam suam] Scribeādum cum J. tis: Beoniceē. Græcis: Bænikeē.

**C**AP. III. Rex Elymnia Enmeies] Gronovius legit: Rex Elymnia Niconocedes.

Nos amici dībito, quam hostis factus] Hæc sunt contaminatissima, ut recte viderunt viri docti. Sed in Junta editio optime legitur: Non amici, dedito quam hosti scelus. Quo nihil est verius.

E quo præcipitatur finitur.] Sic optimi libri editi juxta & manu exarati. Nec est quod cum viro doctissimo rescribamus fuit Oraculum vetus apud Ciceronem ex eius versione:

Elymnyous potitur satorum munere leto;  
Sic fuit utilius finiri ipsi que tibiique.

Seneca ep. 74. Sive illi senectas longa contigit, sive ejtra senectūm siccius est. Valer. Max. IX, 12. Sed avocis aliquando Euripides fuitus est.

## LIB. XXVIII.

**C**AP. I. Filiam suam Pitiam.] MS. Eithiam. Junta. Pythiam. Lege: Phtiam. utile legendum ex Plutarcho docuit Bongartius.

**C**AP. II. A quibus tot bellis occidione cœfūt] Junta: a quibus tot bellis vexati, roties occidione cœfūt. Sed hæc interpolata credo, nec recedendum esse ab aliorum codicūm lectione. Bellum enim hic sunt prælia, ut infinitis aliis in locis. Superius 18, 4. Bello consunctorum corpora sepultura reddidit. Sed hæc obvia sunt.

Quam illi urbibus imperioque suo proposituerunt] Junta quoque cum MSS. Fuldiensibus: urbibus. Sed pro proposituerunt legunt Junta: proposituerant. Quod præserendum vulgato. Præponere enim est præficere. Nep. Thrasib. Cum triginta tyranni præposti & Lacedamonii servitute oppressas tenerens Athenas. Just. XIII, 4. Media majori Atropatus, minori socii Perdicceæ præpositi. Alind est præponere, nimis in publico ponere. Just. II, 17. Synbolos proponi. Sic & editia proponi apud Sueton. & meci proponi, cum venales exponuntur, apud alios legitur.

## LIB. XXIX.

**C**AP. I. Cui ex facinoris criminis, cognomenum Philopator fuit] Junta: Cognomentum Philopatori fuit. Quæ syntaxis nostris temporibus inusitator, ideoque à sciolis mutata, veteribus pertamniapis fuit. Plaut. Proleg. Rudent. Nomen adulteri mihi. In Tymnum. Act. 31 Scen<sup>3</sup>

## NOTÆ AD IUSTINUM.

Scen. II. *Leshonico est nomen. In Prologo ejusdem fabulæ: Huic nomen Graec est thesauo fabula. Ibid. Nomen Triumviro fecit. Menechm. Act. I. Scen. I. Nomen fecit penitulonibz. Plura cum apud hunc, tum alios optime nota scriptores exempla sunt in promtu.*

*In suorum quisque majorum vestigia iunctæ ] Junctæ : In suorum quisque majorum vestigia iunctibus.*

CAP. III. *Sed omnia illæ laua fuisse ] Merito Modius probavit veterum editionum lectionem, quam & Juntria præse fert : Omnia illæ ludum fuisse. & pluribus assertuit Gronovius obseruat. iv, 10. ex Cicerone, Licio, aliis.*

*Ei vetus Macedonum devicti Orientis gloria ] Junctæ & aliæ vestitus editiones: & vetus Maedonum virtus.*

CAP. IV. *Nec non Illyriorum Reges lateri ejus harenæ spidus precium promissa exigeant ] Junctæ rectius. Nec non Illyriorum rex, lateri ejus harenæ, spidus preciosum promissa exigebat. Sane unius Demetrii meminit in capite secundo, qui Philippum in bella Romanorum impulerit. Paulo ante : *Iunctæ cum Rege Attalo sociitate. Junctæ : initæ cum Rege Attlo. sœc.**

## LIB. XXX.

CAP. I. *Hæc primo laborantis regia tacita pestes & occulte fuerunt ] MS. Junctæ cum aliis vened. Hæc primo labantis regia tacita pestes & occulte mala fuerunt. Legi : Hæc prima labantis regia tacita pestes & occulte mala fuerunt. Labans regia est minans ruinam. Sit labans disciplina Liv. 1, 35.*

CAP. II. *In ultionem Eargili-*

*cir ] Juntæ bene : Eurydice. Eurydice enim Epus d'inn Græcis est.*

CAP. IV. *Orientis finem ] MS. Cum Juntis : Orientis fine.*

## LIB. XXXI.

CAP. I. *Præda etiam domesticis cras ] MSS. præda, quos merito censet sequendos Bernicece-rus.*

CAP. II. *Igitur cum tota di in oculis principum legatis Romani, in foro Carthaginis factum ob vi sursum in summum fuisse ] I. neandum : In superbum fuisse, scilicet dici horam. Sic enim Latini loquebantur. Lex xii tabularum apud Gellium. sol ecessus dicti super a tempore esto. Varro iv de LL. Suprema summa dicti & hoc tempore undecim tabule dixerunt occasum solis. Sic olim concrei postea didici celeberrimum Gronovium in eadem esse sententia, suisque dudum, cuius sane consensu vehementer lator.*

CAP. III. *Tantumne adyentu ejus ardor animis virgis accessit ] Junctæ : animo regis. Sed nihil muta. Superius VII, 3: Depressaque hostilibus animis in afflictione jura succedit. Ubi male emendant : hostilibus armis. Et XXI, 6: Mittere ad speculandas ejus animos Hamilcarem. Sic & epistola pro epistola frequens nostro, & causa pro causa.*

CAP. VI. *Varii affectationum adulatio[n]ibus corrumpebantur ] Junctæ : affectationem. Sed proprius ab aiorum codicum lectione obicit, quæ in Pelerini codice fuit : Affectionem. Quæ & Bongarsio arrisit.*

*Summa industria parbat ] Junctæ : summa ope & indu-  
stria.*

CAP. VIII. Armaria militaria sua] Juntae: armari.

Captas civitates inter socios divisere Romani, apiorem gloriam, possessiones voluntarias judicantes] Est locus ὑπὸ οὐρανοῦ MSS. & Juntae veteresque aliae editiones omnes: Captas civitates inter socios divisere, munera Romani apiorem gloriam, quam possessores voluntarias judicantes. Censo scribendum. Captas civitates inter socios divisere, Romanis apiorem gloriam, quam possessiones voluntarias judicavint. Sensus enim postular, ut exprimatur quibus aprior fuerit gloria, quam possessiones voluntarias; & confirmatur sequentibus: Quippe uictoria gloriam Romano nomine vindicandam, opum luxurians fecit reliquedam. In antiquo libro scriptum fuit Romani, quod cum ab alio correctum esset superscripto Romanis, natum inde est apud alios descriptores, non exparentes quid Romani, & Romani sibi velit, maneris.

## LIB. XXXII.

CAP. I. Philopamenes] Optime MSS. Philopamenes, quibus amentiuntur Juntae. Sic enim dicitur, non Philopamenes, Græcis.

Sen metu virtutis, vel verecundia digitatis] Juntae: Sen metu virtutis, seu verecundia digitatis. Mox idem: Itaque lati, velut in illo omne bellum conficiant. Leti vulgo desideratur.

In carcere ducti] Juntae rediit, leg. deducto.

Ligatus] Et hic Juntae rectius: ligatus. At κόπτες Græcis.

CAP. II. Sen inopia pecunia

compulsus, seu avaritia sollicitans, que sperabat se sub specie tributaria necessitatis excusatus sacrilegium commissarium, exhibito exercitu, nocte templum Didymæi Jovis aggreditur] Vides sensum requirere, ut legatur, quia sperabat. Dein scribendum cum Juntais Elymæi Jovis templum. Ut & legendum statuit Isaacus Vossius. Confirmat & Sulpitius præter Polybium & Diodorum Siculum in excerptis Porphyrogetonæ lib. II. Inter Antiochus, quem in Persidem proscelum supra memorazimus, oppidum Elynum, regionis illius opulentissimum, sumunque ibi sitam nulto auro refatum diripebat coruatus, confusus uulnere ad defecionem loci multitudine, fugatus. Non conuderunt veteres Antiochos, ut Berneccerus ex Strabone, Hieronymo, Josepho, & I Maccab. 6. ad Justini hunc locum & Drusius ad Sulpitium notarunt, sed docuerunt potius, & patrem Antiochum, magnum nimirum, & filium, Antiochum Epiphanem fuisse sacrilegos. Patrem Jovis sive Belli Elymæi, filium Dianæ Elymæi templum compilasse, ut recte vidit Rupertus observation. ad Histor. uniuers. cap. x.

Concursum incolarum cum omni militia interficiuntur] Insignis est & certissima emendatio Isaaci Vossii: concursu insularium. Sicut hic insulares sunt reditui, custodes & incole templorum, sic Pomponio dicuntur insularii leg. XVI De usu & habitat. Dominus proprietas eis invito usus, ut uario, vel usuario fundam, vel ades, per saltuacium, vel insularium custodire potest. Inter est enim ejus finei prædicti ueris. Confirmatur hæc lectio in codice manu exarato, quem Borgia

## NOTÆ AD IUSTINUM.

garsius in variis testatur habuisse: insularium.

Questum de injuris Philippi] Junta: Questum injurias Philippi. Paulo post iidem: Nam & apud fratrem Persem.

Apud patrem nota absolutionis causa offensa fuit] Non nego hanc lectionem posse ferri, nec si renuant veteres libri, quicquam hic tentem. Nota enim absolutionis est infamis absolutio. Ut lib. XXXIX insania mortis est ignominiosa mors. Et XL, varia periculorum certamina sunt, varia periculosa certamina. Blanditur ramen vehementer Junta editionis lectio, tanquam longe elegantior & huic loco aptior: Apud patrem absolutionis causa offensa fuit. Causa enim absolutionis fuit modestia filii & ex ea senatus in illum studia & amor, qui offendit patrem, uti & sequentia arquent. Indignante Philippo plasmomenti apud senatum personam filii, quam autoritatem patris, ac dignitatem regia maiestatis habuisse. Offensa esse, ut laudi esse, approbrio esse, bono esse, & mille talia. Præstare ausim & in me recipere Trogum ita scripsisse.

Igitur Perseus] Junta: Perseus. Paulo ante: apud fratrem Persem. cap. seq. Non minus scelere Perseus, quam innoxia Demetrii morte cruciabantur. Dicebant Perseus, Perseus, & Perseus.

CAP. III. Tunc & insidiis ei curventum suspicari] Junta: insidiis se circunvenimus.

In conflente Danubii & Sabi] Bene Junta: savi. Est hic librariorum posterioris ætatis error, qui ubique est expungendus. Stulte enim quis apud Carullum scriperit hodie, quod in multis antiquis libris legitur, bibamus mea Lebia pro vita nostra.

Cum Orole rege] Junta: Orde nobos. Hinc Isaacus Vossius legendum censuit, cum Bærebiffe Rege.

CAP. IV. Nec tum cum Romano sonantem bello Italia contrevit] Scribe cum Junta: nec cum Italia Romano sonante bello contrevit. Bellum enim tonat, non Imperatores, qui fulmina quidem bellii dicuntur. Superius lib. XXIX, 3. Vide & sonantem ac fulminantem ab occasu procellam. Flor. II. Prima belli tempestas detinuit.

## LIB. XXXIII.

CAP. I. Decennis belli sumptui] Firmat hanc Bongarsii correctionem Junta editio.

CAP. II. Gladius è manu clapsus] Junta: gladius manus clapsus. Mox eadem editio: multo vulneribus exceptis ad suos cum clamore omnium reveritur. Probo ad suos.

CAP. III. Eumeni regi Bithynia denunciatum] Gronovius legit: Eumeni regi Pergamensi, vel Paphia Bithynia.

## LIB. XXXIV.

CAP. III. Amplo circulo inclusum, ut & amicos capere, consulere juber] Junta: amplio circulo inclusum amicos capere, & consulere juber. Quod mihi arrendet. Sic capere arbitror, generum apud Terentium & alios.

Hac austritas animum regis fudit MS. Junta, veteresque editiones aliæ: asperitas.

Delata in syiam secundo favore annuum excipiunt: regnumque eius

# IOH. GEORGII GRÆVII

seciso pupillo & tutoribus traditur.] Tutor fuit Lysias. Is regnum non tralidit Demetrio, sed à militibus interfectus est uterque, Lysias & Antiochus, ut tradunt auctor Maccab. I, 7. & Joseph. Antiquitat. Jud. XIII, 16. Liv. epit. 46. Hunc Antiochon puerum cum Lysia tutorate ejus Demetrius, Seleuci filius, qui Romanos obsecratis fuerat, clam (scilicet apud) quia non dimittatur à Romanis, interemis, & ipse in regnum recipitur. Itaque hic legendum statuo: regnumque ei, occiso pupillo & tutoribus traditur.

## LIE. XXXV.

CAP. I. Subornant Propolam quendam] Gronovius Observat. IV, 10. & Rupertus Observ. ad Hist. Univers. cap. 10. legunt, Balam quendam. Constat enim ex Strabone, Josepho, & Eusebio hunc Regem dictum esse Alexandrum Balam. Apud Eusebium corrupte scribitur: Αὐλέας δὲ τὸν Βαλάνην προ Αὐλέας δὲ τὸν Βαλάνην, ut Rupertus docuit.

## LIE. XXXVI.

CAP. I. civitates que initio statimi imperii defecrati] Non dubitavi recipere lectionem elegantissimam & certissimam editionis Jantini: civitates que initia suavissimi imperii defecrati. Quia nimis in luxuriam lapsus male regnum administravit, culpa imperii. Plaut. Aulul. IV, 10. Quia etiam vita & amoris sed. Horat. carm. 2. An-

dies pugnae virtus parentum rara jam venit.

CAP. II. Unde & Assyriis regibus genus ex Regina Semiramis fuit] M. & Junta: Unde & Assyriis regibus genus ex regina Semiramidi fuit. Constat ex lib. I. cap. 2. Syros pro Assyriis accepisse veteres & cum illis consueisse, non Semiramis solam, quamvis & hanc Syram fuisset, & apud Syros postea divinis honoribus affectam quam plurimi tradant.

Iuni scabiem & vitiliginem patentia.] Non reprehendo hanc incomparabilis Jurisconsulti Jacobi Cujacii emendationem, sive antiquorum librorum fultam. Non tamen frustra in antiquis editionibus legitur: primigenium, in Jantina vero & nonnullis aliis optime, si quid video, porrigenum. Sic scabiem & porrigenum jungit Juvenalis Sat. VI:

— grec totus in agris  
Unius scabie cadit, & porrige-  
ne porcie

Et Lucilius: Tristum & corruptum scabie & porrigenae plenum. Est autem porrige secundum Celsum. proprie: ubi inter pilos quedam quaff squamula surgerit, tunc a cu- te risolvuntur, & interdum madent, interdum siccæ sunt. Tribui ut tamē & iis porrigo, quorum totum corpus squamulis & scabie oblitum est, ut ex iis patet exemplis, qua attulimus.

Monten Syren occupat] Junta: monten Syren, ut nonn. Squalitis, Vre- gelli torres, flumen Achelous, & secerat hujus notæ apud optimos Latinæ linguis auctiores.

CAP. III. Spatium loci ducenta iugera, nomine aedes dicitur.] Junta: spatium loci ducenta milia iugera, nomine Hyrcanus auctior. Præclare Salmañus ad Solinum: spatium loci du- centa iugera.

**NOTÆ AD IUSTINUM.**  
egum sagrum levicur dicitur.  
Palmeto & opobalsamo dissinguine] MSS. opobalsameta. Junta: opobalsameto. Nimurum arboribus opobalsami & palmis ea planities est constita.

In ea regione lacus est ] MSS. & Junta: In ea regione lacus est Asphaltites. Quos sequor. In nonnullis MSS. est: Non longe est lacus Asphaltites.

Nisi que alumina illata ] MSS. nisi que alumina illustrata. Junta cum nonnullis ver. edd. nisi que alumina illata. Quod non damnum temere. Eodem sensu latare pro illatere Pers. Sat. III, 104: Compositus lecto, trasisque latari amone. Et delatare Catoni de Re rustica c. 118: Si habitatiosem delataverit, terram quam maxime lutescere vel rubicosam sumito, eo anuream infundito, paleas iadit, frumentaque quadriduum faciescat, ubi tunc fracturis, rura concidito, ali concidito, delatato.

Frimus, Rex Persarum. Iudeos domuit ] Lege cum Junta: primus Rex Persarum Iudeos domuit.

Maximus Agnilius] Sic rescripti ex Fatis Capitoliniis.

## LIE. XXXVII.

**C**AP. I. Syria major ] Quidnam Syria minor? Optime Junta & alii impressi: Phrygia maior, quod & Bongarsius vidit:

Non vi hostili vicius, sed voluntaria morte, in avito regno seuer brevede filio decisa ] Preslaret abesse militis, sicuti in Junta editione recte abest.

**C**AP. II. Affusus fratres ensu aut sugere aut perseguiri ] Sicut conjecterat legendum esse Erasmhemius, sic olim legitur in optima Junta:

affusus fratres cuius aut sugere, aut perseguiri. Nihil verius. Quid enim dilectionis inter frugare, & perseguiri?

**C**AP. III. Cum quibusdam amicis regno profiliuntur ] Junta: à regno, Fortan è regno. Sed nihil muto.

**C**AP. IV. Inter cœqualis ] Lanius Junta & alii impressi cœquals. Et quales enim melioris ætatis scriptiores sunt ejusdem ætatis horaines, non cœquals, quod potea inlebit, ut & cœcilia pro cœcta, cornubialis, pro tribulis. Vide: si tanri eis, que noctavi ad Luciani solœcismam.

Mirarique se quod ei cœla contraria non fuerit, sibi refratum] MS. mirarique se quoque cū ei. Glareani editio: mirarique se quia ei cœla contraria non sunt, sibi refratur. Adstipulantur Junta.

Philianem Paphlagoniam regnum nomine appella ] Non procul recedunt à vera lectione Junta: Philianem. Extra enim unica litera scribendum Philianum, ex Homero aliisque ostenderunt Glareanus: in notis ad hunc locum, & Thomas Reinesius in variis lectionibus.

## LIE. XXXVIII.

**C**AP. I. Evocatus ab amicis rebatur ad secretum se envenire ] Olim videlicet legendum esse se vocatum. Non enim evocabatur ab amicis, sed ab illis se vocabatur. Se vocare est seorsim vocare, quod illi faciunt, qui soli cum aliquo sunt coilocentri, ut se uere est seorsim dicere, sicutare seorsim solum cubare. Plaut. Menenachm. v. 9. Se vocatio herum, dicitur Men. Aulo, quid nō Men. Nam ambas uox. Ovid. Se vocatus uite genitoris causa fassus a uox. Suet. Calig. 36. Egrifus fructuus cum

IOH. GEORGII GRÆVII

maxime placitam se vocavit. Cic. pro Muræn. Facit ut rursum plebe in Aventinum se vocanda videatur. Idem i. ad famil. ep. IX. quoniam quidam nobiles homines inimicum meum me inspectante saepe in senatu modo severo seducerent, modo familiariter amplexarentur. Hanc emendationem cum communicarem cum celeberrimo & unico doctore nostro Gronovio, ostendit sibi idem dudum venisse in mentem. Postea cum adhiberem Juntinam, cognovi sic dudum in illa fuisse leatum, uti & in aliis impressis, quod ex variis lectionibus Bongarsii liquet. Sane in Glareani editione legitur: se vocatum. Nec puto in posterum quenquam futurum, qui vulgati evocatum sit patrocinium suscepturnus. Nihil enim eo hoc loco est absurdius.

*Aquilius & Manlius Maltinus]* Vir summus Thomas Reinesius in epistola xxxiii ad Rupertum legit: Aquilius & M. Acidius ex Vincentii Belvacensis lib. 6. spec. hist. cap. 101. quem vide. Juntæ legunt: Aquilius Manlius, & Manius Attilius.

Mithridates intelligens quantum bellum suscitaret] Juntæ: Mithridates intellecto quantum bellum suscitaret. Optime. Nihil frequentius nostro est hac ratione loquendi.

CAP. IV. Nec gravius vicino Italia bello] Juntæ: vicina. & mox idem: multoque periculofius acutissime Italico civile bellum, quod preferendum vulgato esse.

*Cum inter haec decretorum amaritudinem parendo, non tamen ess mitigari]* MS. & Juntæ: Cum haec decretorum amaritudine parendo, Juntæ quoque mitigari. Totus locus sic est scribendus: *Cum interea huius decretorum amaritudini parendo, non tam est mitigari.* Decretorum

amaritudi, sunt amara decreta: de quo loquendi genere plura supra notavi.

Raptam tamen sibi esse victoriæ ejus ab illis] Juntæ non inventuſtæ: Raptum tamen sibi esse victoria jux.

Populo Cappadocum pro libertate oblatæ Gordium regem orantes, &c. non obtinuisse] Non ferunt aures latinæ: populo orante non obtinuisse. Juntæ: populos, alii: orantem. Leg. populos Cappadocios pro libertate oblatæ Gordium regem orantes, &c. non obtinuisse. cap. 7. iidem Juntæ: Seu populus eorum conseruans. Sic Latinæ populi, Atque Volscique populi > Samnitium populi apud Livium. De quo vide multa exempla apud Gronov. ad Liv. v. 34.

Ab ipsis ventum obviam in eo] Juntæ non agnoscent in eo rectius abesse.

CAP. VI. Ne viatum quidem memoria patris donarent] Juntæ: memorie avi. Et hoc ratio postular. Patris nulla hic sit mentione, sed avi & nepoitis.

Quod honoratissimum nomen suis inter haec] Juntæ & alii vett. edd. inter hos.

CAP. VII. Scythie prater arma &c. vel frigoribus instructa] Vides haec non congruere cum oratione obliqua. itaque aut legendum: Scythiam instruetam, aut cum Juntis: Scythes instruētas.

CAP. IX. Prope fines regni sui reprehenditur] Recepit ex MSS. & Juntina reprehenditur. Quomodo legendum olim divinaverat Acidalius ad Velleium. Curtius reprehensus ex fuga Persæ. Phædrus: elapsum semel non ipso positis lapisset reprehendit.

L I B . XXXIX.

CAP. I. Quasi Paribea ipsius ac  
fratris bella, quibus alter captus,  
alter occisus erat, profere gesfissit ]  
Num ille fratris' bella gesfis? ]  
MSS. gesfissent. Leg. gesfissent cum  
Juntis. Ita & in MSS. lib. XI, 2.  
Quod gesfis Tigrani non dasurum,  
pro vulgaris quo cefcrit Tigrani.  
Ut 1, 10. Tanta patientia cefſiſe ea,  
(regno Persarum) quod ut cib  
perirent. Magis mori non rcfufaver  
int. Et lib. XXXIX, 2. Cedere se  
illi regno quod Romani occupaver  
int.

In Syiam remissum pervenit ]  
Præstat Juntis lectio: super  
venit. Inopinato venit & per  
opportune in illo mimo. Hac  
vis verbi. Crata superveniet qua  
non fferabili hora. Sed apud Ju  
stinius sibi occurrit.

In autem suis imperii penes  
matrem effi ] Quam acute con  
jicerit Berneccerus: ut autem  
avuit imperii peccat matrem effi,  
offendere Juntis, apud quos  
sic exatur & in codice manus  
descripto.

CAP. II. Tryphenam ] Le  
ge Tryphanam, postulante &  
analogia, sicut Leana, & uſu  
apud Petronium: Lycam Taren  
tinum effi dominum huiusce navigii,  
qui Tryphanam exulē Tarentum fa  
rat.

Templo Iovis arietum famularum  
inficii pondbris sarcie evelli infi  
fissit ] MS. & Juntis: in templo  
Iovis. Quod non intellexerunt,  
qui repudiarunt. In sepe ponit  
pro in Florus. l. 111, 4. bi  
bere in offens caput, hoc est,  
ex offibus. Senec. Agamemn.  
v. 878. Meroque in auro ve  
teris Assarici trahunt. Cic. I. ad  
fam. 6. Me in summo dolore quem  
in tuis rebus capio. Inscriptio

L I B . X L .

CAP. III. Exercitum Cyri fel  
icitatum ] MSS. & Juntis:  
Gripi sollicitatum. Et hoc verum  
censeo. Sollicitantur enim  
exercitus aliorum ut in nostras  
transcant partes, non vero qui  
nostris lumbibus colliguntur  
in aliis regionibus.

Nihil antiquius quam sororem  
Cleopatram requiri iustit ] Prætu  
lerim Juntarum scriptiōnem.  
Nihil antiquius quam sororem Cleopa  
tran requiri duxit.

CAP. IV. Cum gravaretur socio ]  
Lege cum Gronovio: gravaretur  
socium.

L I B . X L I .

CAP. I. Ad tantam eos filic  
itatem per virtutem exaltos ]  
per uitium desideratur in Jun  
tis, & posset non incommode  
abesse. dein iidem cum aliis  
impressis: ut non immensa tan  
ta jam ac profunda empo  
rum.

CAP. II. Majorem partem  
seruorum habent ] Juntis & MS.  
servitorum. Sic scriptit Justi  
nus lib. XII, 6. Eadem congrega  
tiā seruitiis, hoc est, servis.  
Ita & ministeria pro ministris  
Tacit. XIII annal. opera pro  
operariis Horat. accidas opera  
agro nōna Sabino. Famulatio pro  
famulis Apul. 6. Met. & Gracis  
Dipal treis Matth. xxiv, 45. pro  
pātrīs & matrimonī Justinus  
XIIIB. pro uxoribus, & mille  
talib.

Pugnat amens procurribus  
ē 5 equis,

# IOH. GEORGII GRÆVII

equis, aut tripla daturib[us] ] Præstat  
Junta sequi, qui legunt: Pu-  
gator aut protoceritibus equis, aut  
terga daturib[us].

CAP. III. In superstitionibus  
atque cura deorum præcipue omni-  
bus veneratio. ] Iusigniter hunc  
locum restituit Gronovius,  
qui legit: *In superstitionibus at-  
que cura deorum præcipue amissio  
veneratio est.* hoc est præcipue  
religiose amnes & fluvios ve-  
nerantur, quod ex Herodoto,  
Plinio, Tacito, Arnobio & aliis  
probat scriptoribus iv obser-  
vat. 10.

CAP. IV. Stagovi ] MS. Sta-  
ganori, Jimte: Sasanii. Leg.  
Staganori, cum Bongarbo.

CAP. V. Iam fontium ac syl-  
varum ] Junta: Nam fontium  
ac sylvarum. Sed nihil muta. Iam  
sepe venuste usurpatum in con-  
nectionibus. Cic. 1. de orat.  
Iam vero narrationem quod jubent  
verosimilem, &c. Idem 3 de fini-  
bus: Iam membrorum id est par-  
tium corporis alia videntur pro-  
pter eorum usum natura esse donata.

Sogdianorum & Drangaristano-  
rum ] MS. & Junta: Sogdiano-  
rum & Arachotorum, & Drangi-  
tarorum. Arachoti sunt Arachofsi. Nam Arachosia dicitur & Ara-  
chotis & incolæ Arachotis. vide  
Strab. & Steph. superius cap. XIII.  
4. corrup[er]e legitur t. Arachosi pro  
Arachoti aut Arachofsi.

## LIB. XLII.

CAP. I. Otoadisti Arachotorum  
Ragi ] Junta: Arachotis.  
Quod proprius ad verum acce-  
di. Appellatur enim ut ex Stra-  
done & Plutarcho Bongarius  
ostendit, Astavasdes, sicut & qui  
Tigrani postea successit ejusdem  
nominis fuit, ut ex Josepho &  
alii liquet.

CAP. II. Frigidum & Au-  
phishatum ] Junta: Recam &  
Ampliflamm. Strabo sane &  
Eustathius Recam appellant.

CAP. V. Magnum noctum in-  
cussit ] Junta: injunxit. Sic in-  
jungere interdum est inferre,  
injungere injuriam. Cic. de Nat.  
Deorum. Ita ab inopia temeritate in-  
deos, in homines injunxit injuriam.  
Injungere devimentum eidem pro  
damnum inferre. Injungere iun-  
tos Livio.

## LIB. XLIII.

CAP. I. Totius propemodum orbis  
cebus explicatis ] Junta nec  
non veteres ediciones aliae:  
expeditis, quod elegans est. Nullus  
dubito quin explicatis sit expo-  
siti & expediti. Solent enim  
minus trita, quæ non intelligunt,  
delere librarii & sciohi &  
ac vulgatiora, & quæ expo-  
neadi gratia sunt adscripta:  
supponere. Expediit autem sepe  
est explicare, esponere. Cic.  
proem. de natura deorum:  
sia autem quæ requirit, quæ cau-  
sa nos impulevit, ut hec tam seco-  
literis mandaremus, nihil est quod  
expedire iam facile possimus. Sallust.  
Jugutth. v. Præsum quoniam huiuscemo-  
di rei initium expedio. Cic. de  
Fin. Istiusmodi autem rite ornare  
velle dicere puerile est: plane au-  
tem & præsticue expedire posse do-  
lli & inuidicentis riti. P. Mela  
proem. Ac primo que si forma  
retina, que maxime partes, quo sim-  
plici modo sint, atque habentur, ex-  
pediam. Plaut. Amphit. III, 2.  
cur dixisti? inquietus ego expediam  
tibi.

Monten, quem ille postea palatum  
appellarunt, benignè apignavit. ] MS.  
Palatinum. Junta: Palatinum.  
Scribe: Palatigen. Festus: Pa-  
latum

## NOTÆ AD IUSTINUM.

*Taxim mons Roma appellatus est, ram autem lectionem nobis servarunt Juntae, apud quos rectissime legitur: cum ad nuptias invitati omnes proci essent. Qui ambierant virginem erant ex more genris invitati, ut ex iis maritū spōsa caperet & eligeret. Hoc ostendunt sequentia clare: Introducta deinde virgo, cum jubetur à patre eum poni regere cī quem virum eligeret, nimirum inter procos. Nullus dubito Justinum ita scripsisse: Nec cunctatus sum ei suam restituere lectionem: Nec imposterum ullus dubitabit, quin recte restituerim, et si dubitator sit magnus, si modo hunc locum accurate expendet. Sed & pro rogantur ad nuptias, mallem videntur ad nuptias. Lib. XII, 6. amicis in convivium vocat.*

— posuere in montibus urbem Pallantis proavi de nomine Palanum.  
vide ibi Servium.

*Futura præparabat ] Gronovius præsert MS. lectionem: futura præcietur. Tunc enim est vatum futura prædictentium. Justinus lib. XXX, 4. Quo prodigio territis omnibus vates cecinerent. Lib. III, 4. Hoc enim modo recuperare illas pariam suam posse Apollinem Delphos cecinisse. Lib. VII, 6. propter vetere Macedonie saia, que cecinerant uno ex Amynta filii regnante, florentissimam fore Macedonia statu. XI, 7. antiqua saia cecinisse. XVIII, 5. cui cum insirata vates canerent.*

*Post hac commune utriusque bellum aversus Turnum, &c. fuit] Rectius Juntae: post hac commune utriusque bellum aversus Turnum, &c. fuit. Dein idem: Urbi ex nomine uxoris Lavinium condidit.*

**CAP. III.** Nuptum tradidit illic pars] Juntae: illa.

*Itaque cum ad nuptias invitati omnes præcessissent ] Procedere ad nuptias semper per insolens mīhi vīlum & alienum à Latinæ lingue indeole. Si loqueretur de pompa nuptiali, cum in publico ducitur, nullus esset scrupulus. Sed de pompa hic ne sit quod cogitemus sequentia vincunt, quæ de invitatione hic loqui Justinum indicant: rogantur etiam Graci hospites ad convivium. Jam quinam sunt illi omnes qui ad nuptias erunt invitati? Itaque ante multos annos hic locus mihi sicut suspensus, ve-*

*ram autem lectionem nobis servarunt Juntae, apud quos rectissime legitur: cum ad nuptias invitati omnes proci essent. Qui ambierant virginem erant ex more genris invitati, ut ex iis maritū spōsa caperet & eligeret. Hoc ostendunt sequentia clare: Introducta deinde virgo, cum jubetur à patre eum poni regere cī quem virum eligeret, nimirum inter procos. Nullus dubito Justinum ita scripsisse: Nec cunctatus sum ei suam restituere lectionem: Nec imposterum ullus dubitabit, quin recte restituerim, et si dubitator sit magnus, si modo hunc locum accurate expendet. Sed & pro rogantur ad nuptias, mallem videntur ad nuptias. Lib. XII, 6. amicis in convivium vocat.*

*In captiuis agri multas talonias institutur ] MS. & Juntae: in captiis agri. Quis non probet?*

**CAP. IV.** Affirmante regule quodam ] Juntae: affirmat Ligur quidam.

*Plures scipites latentes ] Optime Gronovius: plures in scipite latentes. Sirpeæ enim erant cophini ex viminibus texi in plaustris. Ovidius IV. Fast. ex emendatione Salmasii,*

— & in plaustro scipia late fuit.

*Nam & ibi legebatur scipies. Varro IV, de R. R. Scipia quæ virgit scipies, id est, colligando implicatus, is quæ fieri aliquid evicitur. Cato sapius utitur.*

*Miserata forma ejus ] Juntae ut conjecterat Modius: miserata formam ejus. MOX idem: infidem aperte.*

JOH. GEORG. GRÆVII NOT. AD IUSTIN.

Tale est, quod nunc ex Guinea in  
Europam adseritur aurum.

LIB. XLIV.

CAP. III. *salaminam*] Junta:  
*Salamina*.

CAP. IV. *Incolare Cereas*] Nihil hic Curetibus loci. Cor-  
rige cum Isaaco Vossio: *inco-*  
*luere Cunei*. Sic dicebantur in-  
colæ Cunei promontorii pro-  
prie, qui postea fines suos protu-  
lerunt. Vide notas ejus ad Mel.  
III, cap.I.

*Ad regnum tot periculorum misera-*  
*vatione pervenit*] Junta, tot periculorum  
*admiracione pervenit*. Ut paulo post:  
*Admiracione tot casnum periculorum*  
*que ab eodem successor regni destinatur*.

CAP. I. Nec summa tantum  
terra landanda bona ] Grono-  
vius scriendum præcipit: nec  
summa tantum terra landanda be-  
na, que in summitate terræ  
proveniunt, quibus opponuntur  
abstusorum mesallorum latentes  
vena.

*Divites auro*, quod in paludibus  
vehens ] Nihil verius Salmatiana  
emendatione: quod in balucibus  
vehens. Vide Exercitat. Plinianas



RPAE



# PRÆFATIO IVSTINI.

**V**VM multi ex Romanis, etiam Consularis dignitatis viri, res Romanas Graco peregrinoque sermone in historiam contulissent: siue amulatio glorie, siue varietate nouitate operis delectatus, vir prisca eloquentia, Trogus Pompeius, Gracas, & totius orbis historias Latino sermone composuit: ut, cum nostra Graeca, Graeca quoque nostra lingua legi possent; prorsus rem magni animi & corporis adgressus. Nam cum plerique auctoribus, singulorum regum vel populorum res gestas scribentibus, opus suum ardui laboris videatur: nonne nobis Pompeius, Hercules audacia, orbem terrarum adgressus, videri debet: cuius libri omnium seculorum, regum, nationum, populorumque res gestae continentur? Et quæ historici Graecorum, prout commodum cuique fuit, inter se segregati occupauerunt, omisisse quæ sine fructu erant, ea omnia Pompeius diuisa temporibus, & serie rerum digesta, composuit. Horum igitur

**M** Ultien Rom.] Ut A. Albinus, referente Agelio Noct. Att. 11. 8. Vide & Cic. Brutum, c. 2 l. & Macrob. initio Saturn.

**Pompeii**] Trogij Pompeij familia e Vocontiis, in Gallia Narbonensi oriunda. Aius Sertorio. no beilo à Cn. Pompeo ciuitate donatus. Vnde & Pompeii

nomen accepisse videtur. vide infra lib. 43. cap. 5. num. 12. &c.

**Corporis**] Hoc de *corporis* operis accipe, non de robore corporis, vt Hispanicus interpres.

**3. Segregati**] Aliter *cerratim*, vel *gregarim*. Et mire hic variant libri scripti.

- 4 tur quatuor & quadraginta voluminum (nam totidem edidit) per otium, quo in urbe versabamur, cognitione queque dignissima excerpti : & omissis his, qua nec cognoscendi voluptate jucunda, nec exemplo erant necessaria, breue veluti florum corpusculum feci: ut haberent, & qui Graeca didicissent, quo admovearentur: & qui non didicissent, quo instruorentur.
- 5 Quod ad te, non tam cognoscendi, quam emendandi causa transmisi: simul ut & otij mei, cuius & Cato reddendam operam putat, apud te ratio constaret.
- 6 Sufficit enim mibi in tempore judicium tuum, apud posteros, cum obtredationis inuidia decesserit, industria testimonium habituro.

## I V S T I N I

4. Cognitione digniss.] Tacit. Annal. 13. 31. Ex dignitate Pop. Romani repertum est, res illustres memoria mandare. Amphil. Marcellin. 26. 1.

5. Ad te, non tam] Vulgo editi, ad te, Imperator Antonine. Quam meoq[ue] vir Vir summus IACOVS BONGARSIVS, Iustini solpitaror viicus, in antiquis codicibus inueniri negat: & obtrusam apparet ab iis, qui Iustinum hunc epitomatorem, eundem putarunt cum illo Philosopho & Martyre; qui anno Christi 150. librum apologeticum pro religione Christiana Imp. Antonino obtulit. At hi non nisi nomine conueniunt: alter Christianus & Græcus, Gentilis alter & Latinus. Adde quod oblatu Imperatori librum emendadi causa (nam hoc dicit auctor) credi vix

queat. In quibusdam codicibus mss. hic noster dicitur M. Iunianus Iustinus: item Iustinus Frontinus: ex quo, simulque stylo, de etate qua vixit, an quid erat possit, viderint qui genios auctorum seculorumque possident. Vide Bongars.

Cato ] In principio Originum suarum, laudante Cicerone pro Plancio c. 27. Similia Columella fine libri 2. & Symmach. 1. epist. 1. Galbam contra Suetonius cap. 9. 5. dicere solitum refert, quod nemo rationem oxy sui reddere cogatur. Bongarsius.

6. Apud posteros] Quid. t. Eleg. 15. Pascitur in viuu liuor; post facta quiescit:

Tunc suu ex merito quemque rueretur honoris.  
Adde Martial. 5. Epigr. 10.

PHILIP



I V S T I N I  
HISTORIARVM PHILIPPICARVM.  
& totius Mundi originum, & Terræ situs,  
EX TROGO POMPEIO.

L I B E R I.

B R E V I A R I V M C A P I T V M .

- 1 *Affyriorum prima Monarchia sub Nino.*
- 2 *Semiransidis à filio tandem interfecit & imperium.*
- 3 *Postremus Affyriorum Rex Sardanapalus.*
- 4 *Medorum Monarchia sub Astyage Cyri auo.*
- 5 *Cyri pueritia, adolescentia; & Harpagi ad Cyrus admonitio, &c.*
- 6 *Sybarem belli comitem Cyrus nobili premo donat,  
& Astyagem regno spoliat.*

**P**HILIPPICARVM] Ego putauerim Philippicam historiam, Trogum Macedonicam esse, principem nempè huius operis argumentum. Nam à 7. lib. ad 41. regnū Macedonicum describit: cuius à Philippo, Alexandri patre, dignitas cepit, ita ut id *Gracia & Asia* cetericibus velut jugum seruitutū imponeret, vt extr. l. 6. Iustinus, & eum auctor Prologorum Magnum vocat. Quæ autem Philippico imperio præmisit, arbitror esse Mundiorum, quas vete lib. tirillus jactat. Terra autem situs, quos eadem pollicetur inscriptio, esse descriptiones regionum, quæ in

7 *Cræsum*  
Iustino fere nullæ, in Togo frequentes fuerunt, vt indicant Prologi, quos ex mss. codicibus produxi in *luminis orac.* *Historia* Theopompi citantur ab Athenæo paßim; quibus historiam Philippicis libris, 58 complexus est, vt Diodorus refert lib. II. Quinque autem libros eum inseruisse à Philippo historia alienos, idem Diodorus auctor est, è quibus tres, res Siculas continebant. Non est autem aspernanda P. Pithei conjectura, Trogū Theopompi simulatione atque exemplo historias suas, vt Demosthenis M. Tullium orationes suas in Antonium, Philippicas inscripsisse. *Bongarsius.*

# I V S T I N I

- 4 Cræsum vincit, & Lydos debellat, ac sub jugo astute  
retinet. Candaulis tragœdia.
- 7 Bellum Scythicum, in quo initia Cyro felicia, finis  
autem luctuosissimus.
- 8 Cambyses Cyro succedit & suomet gladio conficitur.  
Legitimo barede Mergide sublato, Magi rerum  
potiuntur. Osthanes aliorum principum opera  
adjuvus, Magos de medio tollit.
- 9 Darius ex equi hinnitu seruuli industria fit tertius  
Persarum Rex, &c.

## C A P V T I.

1 RINCIPIO rerum, gentium nationumque  
imperium penes reges erat: quos ad fasti-  
gium hujus majestatis non ambitio popu-  
latis, sed spectata inter bonos moderatio-  
2 provehebat. Populus nullis legibus tenebatur: arbitria  
3 principum pro legibus erant. Fines imperij tueri magis,  
quam proferre, mos erat: intra suam cuique patriam  
4 regna finiebantur. Primus omnium Ninus, Rex Assyrio-

CAP.T.I. Principio rerum, &c.]  
Aristot.4. polit.3. primus maxime  
que diuinum, Regnū. Cicero 3. de  
Legib. cap.2. Omnes antiqua gen-  
tes Regibus quondam paruerunt.  
Addae 2. Offic. 12. & Sallusti Catil. 2.  
1. Bernece. Totum hunc locū trans-  
scripsit Augustinus lib. 4. cap. 6. de  
Ciuit. Dei. Compara hæc cum iis,  
qua initio Catilin. Sallustius, cuius  
studiorum fuisse Iustinū, & hic lo-  
cus, & alij satis indicant: & qua in  
principio lib. 2. ait de rebus Scy-  
thicis: qua satis ampla magnifi-  
caeque fuerunt, eadem totidem  
verbis de Atheniēsibus Sallustius,  
Bongars.

Ambitio popul. ] Ea est, cū poten-  
tia ex vulgi adulacione queratur.  
Infra, 13. 3. 2. De qua questus Sal-  
lust. Catil. Omnia, inquit, virtutis  
præmia ambitio possidet.

rum,  
2. Populus nullis leg. ] Idem sere  
de præcis Romanis tradit Tacit.  
Annal. 1. 26. Dionys. Halicar. 10. 1.  
Homerus nuspiam vritur legū no-  
mine, quod nullis tum legibus  
Græciæ populi vterentur, inquit  
Cujacius. Nec male hoc, vt in illa  
xui simplicis innocentia. Leges in  
facta constituuntur: quia fu-  
rura in incerto sunt. Tacit. 3.  
69.

4. Primus omnium. ] Diodor. Si-  
cicul. 2. 1. Ninus primus inter eos,  
quoniam memoriam historia pro-  
pagarunt. Orosius, 2. 2. Alli à Belo  
Nini patre imperium ausplicantur,  
quæ Hieronymus quoq; eundē fa-  
cit cum Belo Tyriorum: & Heren-  
nius Philo Babylonem Bell filiū  
mille & octingētis annis antiquo-  
rem Semiramide statuit. Hæc Mo-  
narchia significata est imaginibus  
capi

rum, veterem, & quasi avitum gentibus morem, noua imperij cupiditate mutant. Hic primus intulit bella s. nitimis, & rudes ad resistendū populos, terminos usque Libyæ perdomuit. Fuerū quidem temporibus anti-<sup>6</sup> quiores, Vexoris Ægypti, & Scythia rex Tanaus; quo-  
rum alter in Pontum, alter usque Ægyptum excessit.

Sed

capitis aurei Leonis, quas Rex Ba-  
byloni, us per quietē & Daniel vi-  
gilans viderunt. Quanto calm aurū  
cateris metallis prestanter est; tan-  
to glorioius fuit hoc regnū, quam  
catera monarchia. Deinde ut leo  
generosissimum anima<sup>l</sup> est, nec quic-  
quā ex infidiis aut ex occulto agu-  
sic in prima monarchia omnia bel-  
la aperto Marte gesta sunt. Fuerūt  
autē in hac prima monarchia affi-  
dux vices vicinarum gentium, Chal-  
deorū & Assyriorū. Etenim Nērod,  
quē scriptura appellat fortē ven-  
tore, annis centū à diluvio incho-  
auit regnum in Babylone, cui suc-  
cesserunt Belus & Ninus, quo hi-  
storiz gentium narrationes suas  
ordiuuntur. Deinde regnum propter  
effeminatam mollietatem Sarda-  
napali translatum est ad Assyrios,  
qui originem duxerunt à Sem filio  
Nobis, & regia sedes fuit in  
Ninive, quam tonas ab errore &  
idolatria ad veri Dei agnitio-  
nem reuocauit. *Scrips. iiii.*

*Auctum* ] MSS. hab. itum. Habitus,  
pro nūtu, & habe pro aue scrip-  
tisse veteres notum est. Varro apud  
Nonium. Quibz instabiliu animus  
ardens, mirabiliter habet habere,  
& non halere. Ibi enim habet, est  
auer. Bong.

5. *Libys* ] Graci non semel ita  
Africanam appellantur. Dicti Libyes  
à nigro colore, libys enim nigri  
denotar antiqua Graeca lingua. Vel  
ut Isid. lib. 14. c. 5. *Libya dicta, qua*  
*inde Libiflue, hoc est, Africus.*

6. *Vexoru* ] In mss. quibusdam le-  
gitur, *Suexosis*: pro quo alij, *Seso-*  
*fru*, vt & Herodot. lib. 2. Malim  
scribere, *Sesoſis*, vel *Sesoſis*, quod  
propius accedit. *Sessuari*; sanc à

Diodoro passim appellatus *Seso-*  
*fris*. Sed & aliis quibusdam sic di-  
citur. Nonnullis & *Sesonehū*, vel  
*Sesancho*. Vide Scholia ad librū  
17. Apollonij Rhodij. Quisnam ve-  
ro sit, quem hic Iustinus *Tanum*  
vocat, affirmare non possum. He-  
rodotus Meliponem primum Scy-  
tharum regem facit Targitaū. Qui  
forte idem est. *Voxiss* Vide & Tur-  
neb l. 2. aduers. c. 15. qui *Sesostrem*  
scribendū esse censet. Variant enim  
hic mss. nam leg. *Vizores*, *Vezores*  
*Vexores*, *Voxosis* *Suexosis*, quod po-  
stremū ad *Sesifre* propri<sup>o</sup> accedit.

*Ægypti*] Regio ipsa à flumine  
nomini accepisse videtur. Nilus  
enī, qui Hebreis נילו id est,  
niger, dicitur, Gracis Ai, Αἰών  
diclus est, quod idem denotat iux-  
ta Scaligerum. Nisi à Copto vel  
Gubt nomen accepit. *Thyss.*

*Scythia*] Apposite hic Strabo  
Σεγετη τοις αρχέσιν κατετή-  
σαντο τοις αρχέσιν γάλι, τοις  
ιπένυμοις ειαντοις κατέτη-  
σαντος Σακασούι, τοις μάτια  
Καππαδοκῶν, τοις μάτια γι-  
νεσθεντος Εύξεινος, τοις Ποντίων τον  
ναζαλού, πογανδού id est, Sacæ  
optimæ Armenia regione occupa-  
runt, quam à se Sacasenam deni-  
niaverunt, & usque ad Cappa-  
daceos maxime, qui Pontici di-  
cuntur, ad mare usque Euxinum  
progressi sunt. Sacæ, sum Scythe.  
verutissima autem Scytharum se-  
des circa Araxem, vt Herodotus &  
Plutarchus testantur. *Boschart.*

*Tanaus*] Is fortasse, quem Ior-  
naides *Tannasis* vocat. *Bongars.*

*Pontum*] Postus Asia minoris

Sed longinqua, non finitima bella gerebant : nec imperium sibi, sed populis suis gloriam quærebant ; contentique victoria, imperio abstinebant : Ninus magnitudinem quæstæ dominationis, continua possessione firmauit. Domitis igitur proximis, cum accessione viri fortior ad alios transiret, & PROXIMA quæque victoria, instrumentum sequentis esset, totius Orientis populos subegit. Postremum illi bellum cum Zoroastre, rege Bactriæorum fuit, qui primus dicitur artes magicas invenisse, & mundi principia, siderumque motus diligissimæ spectasse. Hoc occiso, & ipse decessit, reliquo impubere adhuc filio Ninya, & uxore Semiramide.

Prouincia clauditur juxta Strabonem ab occidente Haly flumine, ab oriente Colchide, à meridie minori Armenia, à septentrione mari Euxino. Et si Ptolemaeus lib. 5. paulo aliter disternet : Pontus, inquit, ab occasu ore Ponti & Thracio Bosphoro, à meridie regione, quæ proprie Asia dicitur, à septentrione parte Euxini maris distinatur.

7. Nec imperium sibi ] Ita Scythæ infra 2. 3. 7. Victores, nibil præter gloriam concupiscunt.

9. Zoroastre ] Inepit hunc cum Chamo quidam confundunt, atque eundem Chamam magia inventorem assertant. Zoroastrem autem artes magicas inuenisse præter Iustinum etiam testatur Arnobius lib. 1. & Augustinus de civitate Dei lib. 21. cap. 14. & Oros. lib. 1. cap. 4. Oxyartem appellat Diodorus, neque magum fuisse dicit; et si diffuse idem bellum referat. Bochart.

Bactrianorum ] Afiz regio Prolemæo, mille urbium regnum fuisse auctor noster tradit. Hodie hanc regionem cum Margiana, Sogdiana, & Sacarum regione, Tartariam Zagatheam appellari scribit D. Marius Niger. Orel.

Præter dicitur artes magicas, &c.] Magi autem, quorum primus

auctor Zoroastres Persa fuit, quid senserint, vid. Diogenem Laert. ab initio pag. 2. & 6. &c. Zoroastres Diodoro, 2. 6. dicitur Oxyarres. De hoc Plin. 30. 1. Augustin. de Ciuit. Dei. 21. 14. Thys.

10. Ninya ] Qui & patris nomine Ninya aliis, & a patre Ninius. Alij Zameim quoque dixerunt. Bernec.

Semiramide ] Si Polyæao fides libr. 8. Strateg. hæc imperii sui terminum ad orientem habuit fluuium Inamanem (Plinius Romanem vocat), ad meridiem autem eam terram, quæ thus & myrrham generat. Porro Iosephus Scaliger ex auctore Hebraeo in Eusebianis Semiramidis signum columbam fuisse affirmat. Iuxta autem Hesychium, Semiramis montanam columbam denotat. Thys. vide Diodor. 2. 4. &c. Aelian. var. histor. 7. 1

Et uxore Semiramide ] Conon apud Photium narratione ix. tradit, Semiramis, non uxorem Ninius, sed filiam fuisse. Ait præterea Justinus, illam concubitum cum a filio petisset, ab eodem interfecta. Conon vero longe aliter. Scribit enim, cum imprudens & ignara cum filio coiisset, re cognita, eidem nupsisse, & ex eo tempore licitum semper fuisse Persis committeri matribus. Vopini.

CAP. II. Hæc nec immaturo ausa tradere imperium, nec ipsa palam tractare, tot ac tantis gentibus vix patienter vni viro, nedum feminæ, parituri, simulat se pro vxore Nini, filium; pro femina, puerum. Nam & statura utriusque mediocris, & vox pariter gracilis, & linementorum qualitas matri ac filio similis. Igitur brachia ac crura velamentis, caput tiara tegit: & ne novo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum vestiri jubet: quem morem vestis, exinde gens universa tenet. Sic primis initii sexum mentita, puer esse credita est. Magnas deinde res gesit: quatuor amplitudine, ubi inuidiam superatam potat, quæ sit fatetur, quemve simulasset. Nec hoc illi dignitatem regai admittit, sed admirationem auxit; quod mulier non feminas modo virtute, sed etiam viros anteiret. Hæc Babyloniam condidit, murumque urbi cocto latere circumdebet, harenæ vice, bitumine interstrato: quæ materia in illis

CAP. II. 3. Velamenta] Retinuit vocem usurpatam auctori etiam infra, 2. 1. 6. Quamquam Cl. Salmasius, οὐ τοις μητροῖς in illis consummatissimæ doctrinæ Notis ad Histor. Aug. 223. E. ex fide mss. codicium hic reponit calciamenit, & explicat fascias crurales & feminales. Quo modo Pollux etiam οὐ τοις vocat τοις μητροῖς: & Hesychius, οὐ τοις, οὐ τοις: cum tamen οὐ τοις & οὐ τοις pendula sint portus, quam calcet. A'γερπιδα: certe seu beccas, (Polluci proprium Persarum gentamen) ceteraque uestes, illis cothiceas initio fuisse, tradit Herodotus, 1. 71. Bern.

Caput tiara] Persarum vulgus tiaras inflexas & incurvas gestabat, & οὐ τοις que rectæ scilicet non starent. Solus rex rectas & fixas οὐ τοις. In frontem prominentes & incurvas ac veluti plicata vulgarium tiaræ.

7. Hac Babyloniam condidit]

Strabo 1. 16. Babylon in campo jacet, muri ambitum habet 385. stadiorum, ejus muri crassitudinem pedum 32. altitudinem inter tares cultorum quinquagenum, turrium ipsarum sexagenum, viam super mænibus tam late, ut quadrigæ occurrentes facile partransire possint. Vnde & hoc ex septem spectaculis vaum dicitur. Cætera, quæ ad descriptionem Babylonie pertinent, assumunt studiosi ex eodem libro Strabonis & ex primo Herodoti. Strig.

Condidit] Quod ipsum tradunt, Strabo 1. 16. princ. Diodor. 2. 7. Solinus c. 56. princ. & alij. Verum Herennius Philo à Babylone Belifilio conditam scribit, qui fuit 1800. annis antiquior, teste Stephano de vrbibus in Belv. Curtius, 5. 1. 42. Belum, patrem Nini, conditorem facit, quem à Nimrodo non distinguunt Eusebius in princ. Chron. Hieronymus in cap. 2. Oseæ, Augustin. de Civ. Dei.

Harenæ vice bitumine interstrato] Harenæ intellige calci permix-

illis locis passim è terra exæstuat. Multa & alia præclara hujus reginæ fuere. Siquidè non contenta acquisitos viro regni terminos tuei, Æthiopiam quoque imperio adjecit. Sed & Indiæ bellum intulit; quo præter illam & Alexandria Magnum nemo intravit. Ad postremum, cum concubitam filij petisset, ab eodem imperfecta est, duos & quadraginta annos post Ninum regno potita. Filius ejus Ninja, contentus elaborato à paréribus imperio, belli studia depositis, & veluti sexum cum matre mutasset, raro à viris visus, in feminarum turba consecuita. Posteri quoque ejus, id exemplum sequuti, respondunt sponsa gentibus per internuntios dabant. Imperium

Assyrij,

tū; quo modo Plin. quoque 35. 17. m. *bicum* ait *calcus vñ prabuisse, ita ferrum natu Babyloniis muris.* Vbi item non calcem nudam intellegit, sed calcem arenatam. Alterutra enim sola in muris struendis locum non habet. Hinc de oratione non cohererē dictum à Caligula Sueton. c. 53. arenam esse sine calce. Perispicue magis quam necessario Aldinum exemplar, *barena & calcis vice bit. me.* Salinus in *magistris in Solin. 12. 8. C. 2.* legendum censet arenari vice bitumine interstr. Bene, & admissum in textum, si vel vnu miss. codicim addixisset, est autem arenatum Vitruvio 7. 3. s. a. caixa cum arena permixta. Non placet quod est in editione anno 1500. excusa, cattigante Sabellico, *barena bitumine interstrata:* ut nec aliorum: arena, pice, bitumine, inc. quia in constructione murorum Babylonis, harenz & pice adhibitæ nemo meminit. Vide Curt. 5. 1. 47. Marcello. 27. 20. Oros. 2. 6. Berne.

*E terra exæstuar.* Plerique veteres, & crederunt Semiramidem in regia statua æreas, & in templo Iouis aureas exire, rescripsit & Diodor. 2. 8. & 9. Sed vulgariter lectio confirmatur Cujacij lib. Bong.

8. *Æthiopiam* Duas regiones po-

nit Ptolemaeus in Africa, vnam sub Aegypto, alteram quam interiorē appellat. Fuere autem orientales & occidentales Aethiopes, ipso Homero teste. Occidentales & Hesperij & Atlantij appellantur. Iuncta autem populorum serie usque in ipsa Aegypti confinia se extendebant, vt auctor Scylax. Cuthri quoque appellantur: quin & Cephenes dicti à Cepheo Aethiopiz Rego, vt nonnulli volunt. Hinc Scholiares Germanici: Cepheus fui: Aethiopum rex, sicut Euripi des scribit, Andromedæ pater. Alij in Phoenicia regnasse scribunt. Ni diueri fuerint. Aethiopiz quoque populi Memnonei dicti. Habet autem ab occidente Aethiopia Atlantem montem, ad orientem usque in Aegypti fines porrigitur, à meridie oceano, à septentrione Nilo flumine clauditur. Thys.

10. *Interfecta est]* Injuste. Infra, 16. 1. 4. Addc Oros. 1. 4. August. de Ciuitat. Dei, 18. 2. Eius epitaphium haber Plutarchus in Apoph. & Stobæus lerm. 10. Herodotus tamen 1. 187. Nitocris tribuit, quæ Semiramide posterior est. Ber.

Duos & X. L. 7 Præter vnum, mss. omnes, duo & triginta duo antique, pro duos. Et statim quidam vett. regnum portata. Bong.

Assyrii, qui postea Syri dicti sunt, mille trecentis annis tenuere.

CAP. III. Postremus apud eos regnauit Sardanapalus, vir muliere corruptior. Ad hunc videndum (quod nemini ante eum permisum fuerat) prefectus ipsius, Medis praepositus, nomine Arbactus, cum admit. magna ambitione ægre obtinuisse inuenit eum inter scororum greges purpuram colo nentem, & mulieris habitu, cum molitia corporis, & oculorum lasciuia, omnes feminas anteiret, pensa in virgines partientem Qui-

3

13. *Assyrii, qui postea Syri dicti*] *imo Syri, qui postea Assyri dicti.* Nihil verius, iudicio Salmasij in Solin. 1228, A. 1. Sed codicium MSS. consensum fecutus, nihil mutandum duxi; potius est ut autoris *περὶ Ἑλλήνων* quam librariorum credamus. Bern. *Assyri* non semel cum Syris confunduntur: cum enim illi res obtinerent Orientis, Europæi regionum Asiaticarum nimium ignari, tanti nihilominus imperi tam celebratum nomen sufficienes, quicquid à mari Sidonio ad imperii usque sedem patebat, Assyriam dixerat, & incolas Assyrios & Assyras, (ut habet apud Stephanum Eratosthenes) deinde Syriam, Syrios, & Syros efferebant, haud aliter primam vocabuli syllabam decartantes, quam qui ex Hispania Spania, aut Abellione Belianum feceré, unde etiam postea deuenit, ut Assyrios vocabulum esse Barbarum, Syrios autem Gracum docerent. Firmat auctor vetustissimus Herodotus in polyhymnia. Οὐ τοι δέ (de Assyriis loquitur) ταῦτα μηδὲ οὐδὲν εἰπάσθετο Σύροι. τοι δέ οὐδὲν οὐδὲν Ασσυροί εἰπάσθετο, id est, à Gracis isti Syri vocabantur, à Barbaris Assyri. Selden.

CAP. III. 2. *Sardanapalus*] Alias *Toono* sconcleros dicta, teste unico in Chron. Eusebio, qui eum à Nino

tricesimum sextum facit. at Diодору, 2. 23. tricesimum tantum: Vel, leius, 1. 16. tertium & tricesimum Causam diversitatis ē diuini Scaligeri ad Euseb. animaduersionibus colligere est: qui & affirmat, in omnibus libris mss. per geminum & exprimi *Sadanapallum*, ut propter hominis turpitudinem obscena sit allusio ad παντός. seu φαντάς. Nos simplex *L. retiaemus*, cum parum putum sit Assyriacum, cuius posterior vocala legitur etiam in medio nomine Regis *Assyri* Te-

glath-phal-Esar. Bern.

2. *Arbactus*] His in prologo est *Arbaces*: Diодору, 2. 24. Straboni, 16. Athenæo, 12. 7. Agath., 2. A'βλαντ. Vellejo, 1. 6. mendose Pharnaces, pro Arvaces. Orosio, 1. 19. & 2. 2. *Arbacus*: quem, inquit, a iij *Arbacem* vocant. Rong.

*Colo*] Colus instrumentum, quod pensa continet, à quo fuso si a duocuat, vide Plutarch. 2. de fortuna Alex. c. 8.

*Oculorum lasciv.*] Que Petronio, oculorum quoque mobiles perulanter. Vnde Sardanapalus à Max. Tyrro dissert. 19. dicitur τῷ σόστῳ τῷ εὐτετνεῖ: hoc est, Persi verbis, 1. 18. *parranifrattus ocello*. Freinshemius referre manuit ad oculos picturatos, tinctaque fuso supercilia, que Sardanapalo tribuit Athenæus, 12. 7. pag. 529. a. & Medicis in more fuisse scribit Xenod-

bus vissis, indignatus tali feminæ tantum virorum subiectum, tractantique lanam, ferrum & arma portantes parere, progressus ad socios, quid viderit refert: Negat se ei parere posse, qui se feminam malit esse, quam vi-  
 rum. Fit igitur conjuratio, bellum Sardanapalo infertur.  
 quo ille auditio, non ut vir regnum defensius, sed ut metu mortis mulieres solent, primo latebras circumspicit: mox deinde cum paucis & incompositis, in bellum  
 progredivit. Vixit, in regiam se recipit; & extorta incensaque pyra, & se & diuitias suas in incendium mittit: hoc solo imitatus virum. Post hunc rex constituitur intercessor eius Arbaetus, qui praefectus Medorum fuerat, is imperium ab Assyriis ad Medos transfert.

C A P . I V . Post multos deinde reges, per ordinem successionis, regnum ad Astyagen descendit. Hic per somnum vidit ex natu alibus filiæ, quam unicam habebat,

phon Cyri pæd. 1. pag. 8. c.

4. Bellum Sardan.-inf.] Diodor. 2.26. & 27.

5. In incendium mittit ] Rein falso narrat Athenæus, 12. 7. Addit autem ex Clitarcho, Sardanapalum scalo obisse, Syria tamen imperio spoliatum. Eius Epitaphium exrat ibid. & in Plutarch. 2. de Fortun. Alex. c. 8. Bern.

C A P . I V . 2. Per somnum ] De somnis, et si fabulose, ex Hom. lib. 19. Odyssæ, ita canit Virgilius lib. 6.

Sunt geminae somni portæ, qua-  
ram altera fertur

Cernæ, qua versu facilis datur  
excus umbra:

Altera candenit perfetta micans  
Elephant,

Sed falsa ad cœlum mittunt in-  
somnia manes.

Macrobius tamen l. 1. in Somnium Siponis differentias harum ima-  
giuum has esse dicit, aut enim est  
oversor, secundum Græcos, quod  
saturni somnum vocare: aut est

Expon, quod visio recte appellatur: aut est οὐρανοποιός, quod oraculum nuncupatur: aut est οὐρανός, quod insomnium dicitur: aut est οὐρανούς, quod Cicerio, quotiens opus hoc nomine fuit, vilum vocavit. Ultima ex his duo, cum videntur, cura interpretationis indigna sunt, quia nihil divinationis appортant. οὐρανούς  
nimirum, & οὐρανούς. Tribus ceteris in ingenium divinationis instruimur. Et est oraculum quidem, cum in somnis patens, vel alia sancta grauisque persona, seu fácerdos, vel etiam Deus, aperte euenturum quid aut non euenturum, faciendum vitandumve denuntiar. Visio est autem, cum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, eueniet. Somnium propriè vocatur, quod agit figuris & velet ambagibus, non nisi interpretatione intelligendam significatiōnem rei quæ demonstratur. Vide Macrobius.

Filia] Astyagis filiam Mandane

VOCAL

bat, vitem enatam, cuius palmita omnis Asia obumbratur. Consulti harioli, ex eadem filia nepotem ei futurum, cuius magnitudo prænuntietur, regnique ei amissionem portendi, responderunt. Hoc responso exteritus, neque claro viro, neque civi filiam, ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret; sed ex gente, obscura tunc temporis, Persarum, Cambysii mediocri viro in matrimonium tradidit. Ac ne sic quidem somni metu deposito, grauidā ad se filiam arcessit, ut sub avi potissimum oculis partus necaretur. Natus infans datur occidendus Harpago, regis arcanorum participi. Is veritus, si ad filiam mortuo rege venisset imperium, quia nullum Astyages virilis sexus genuerat, ne illa necati infantis ultio nō, quām à patre non potuiss, à ministro exigeret; pastori regij pecoris puerū expонendum tradit. Forte eodem tempore & iphi pastori filius natus erat. Ejus igitur vxori audita regij infantis expositione, summis precibus rogat, sibi afferri ostendique puerum. cuius precibus fatigatus pastor, reuersus in filuam, inuenit juxta infantem canem feminam, parvulo vbera præbentem, & à feris alitibusque defendētem. Motus & ipse misericordia, qua motam etiam canem viderat, puerum defert ad stabula, eadem case anxi prosequente. Quem ubi in manum mulier accepit, veluti ad notam puer allusit: tatusque in illo vigor, & dulcis quidam blandientis infantis risus apparuit, ut pasto-

ICM

vocat Herodotus, 1.107. & Val. Max. 1.7. quæ Aelianus v. ir. hist. 12. 42. est Mithrā in verso v. Bong.

[succedit] Ea est omnium fere veterum librorum in hoc auctore scriptura. Dicitur autem arcesso ab accio; vt à capio, capesso, facio, faceo. Priscian. lib. 8. & accio est accio: ar. Pro ad u. x. 2. vide Scaurus de Orthogr. Bongars.

6. Natu infans, &c.] Nec omnia

prolixe Herodotus exsequitur r. & seqq. Rennec.

7. Pastori] Nomen fuit Mithridates. Οὐρομά ἐ τῇ γανάκῃ ἡ τῇ σιωσίσσει Κυρώ καὶ τὸν τῷ Εὐάντειον γλαύκον καὶ ἐ τὸν Μιθρίδατον Σπανέον τὸν γόνον τοῦ λεπτού σπίρα μὲν. Herodot. addit. præterea pastoris infantus mortuum fuisse natum.

14. Spacio]

rem vxor vltro rogareret, [quo suum partum pro illo exponeret] peccitteret [que] sibi, siue fortunæ ipsius, siue  
 13 [peccata] suæ puerum nutrire. Atque ita permutata sorte par-  
 uorum, hic pro filio pastoris educatur: ille pro nepote  
 14 regis exponitur. Nutrici Spacos postea nomen fuit, quia  
 canem Persæ sic vocant.

CAP. V. Puer deinde, cum inter pastores esset, Cyri  
 nomen accepit. Mox rex inter ludentes sorte delectus,  
 eum per lasciviam contumaces flagellis cecidisset, a pa-  
 rentibus puerorum querela est regi delata, indignanti-  
 bus a servo regio, ingenuos homines servilibus ve-  
 3 ribus affectos. Ille arcessito pucio & interrogato, cum,  
 nihil mutato vultu, fecisse se ut regem respodisset. admi-  
 ratus constantiam, in memoriam somnij responsique  
 4 revocatur. Atque ita cum & vultus similitudo, & expo-  
 sitionis tempora, & pastoris confessio convenient, ne-  
 5 potem agnovit. Et quoniam defunctus sibi somnio vi-  
 deretur, agitato inter pastores regno; animum minacem  
 6 duntaxat in illo fregit. Cæterū Harpago amico suo in-  
 festus, in vltionē servi nepotis, filium ejus interfecit,  
 7 epulandumque patri tradidit. Sed Harpagus ad præsens  
 tempus

14. *Spacos*] Ita & Herodotus.  
*modie Arab. sāac* appellatur, quod  
 est, curam habere, custodire, &  
 canis, custos.

CAP. V. 1. *Syri nomen*] Cyrus  
 Persico termone *Salem* significare,  
 auctores sunt, Ctesias, Plutarchus  
 in Attaxerxe c. 1. Plethon in ex-  
 positione eorum, quæ in magis  
 Zoroastris oraculis obscurius di-  
 cuntur. Vnde apparer, Suidam, ery-  
 mon exotici nominis petentem ē  
 Græcia sua, toto, quod aiunt, cælo  
 errante. *Bern.*

2. *Servilibus verberibus*] Sic in-  
 fra, 2. 5. 4. Et rectè. Accurcius ad 1.  
 12. ff. de iure fisci, *servilia verbera*  
 interpretatur flagella. Petronius  
*servilis panas* dixit. Sallust. 1. hi-  
 stor. abunde libertatem rati, quia  
 erga abstineat. Vide Senec. ex-

trema Apocolocynth. Hinc verbe-  
 ribus fædari homines liberi di-  
 cuntur Tacito, 3. hist. 77. Aliud est,  
 puerili verbere moneri. 5. Annal. 9.  
*Bernæc.*

6. *Filium eius interf.*] Comme-  
 morat & Seneca de Ira, lib. 3.  
 cap. 15.

Epulandumque patri tradidit.] Theophilus ad Autolycum. lib.  
 111. non hoc Astyagi, sed Cambyses  
 tribuit. Perperam. *Vossius.* Alter-  
 um hoc crudelitatis in Astyage  
 exemplum. Fertur Astyages ne-  
 catum filium parenti in cena  
 partim assūm, partim elixum,  
 vorandum proposuisse. Cœna  
 peracta interrogasse eum, num  
 quid laute conuiuatus esset:  
 illo adserente, iniuste adseriri re-  
 liquias, ut inde, si quid place-  
ræ,

tempus dissimulato dolore, odiū regis in vindictæ occasione dūtulit. Interjecto deinde tempore, cū adolevisset <sup>8</sup> Cyrus, dolore orbitatis admonitus, scribit ei, ut ablegatus in Persas ab avo fuerit: ut occidi cum parvulū avum jussérat: ut beneficio suo servatus sit: ut regem offendérat: ut filium amiserit. Hortatur exercitum paret, & pro <sup>9</sup> nūm ad regnum viam ingrediatur, Medorum transitio- nem pollicitus. Epistola, quia palā ferri nequibat, regis <sup>10</sup> custodibus omnes aditus obsidētibus, exinterato lepori inseritur, lepusq; in Persas Cyro ferēdus, fido seruo tra- ditur: addita retia, ut sub specie venatoris dolus lateret.

CAP. VI. Lectis ille epistolis, eadem somnio aggredi iussus est: sed præmonitus, ut quem primum postera die obuium habuisset, sociū cœptis assumere. Igitur ante- <sup>1</sup> lucano tempore rui iter ingressus, obuiū habuit serum de ergastulo cuiusdam Medi, nomine Sybarem. Huius <sup>2</sup> requisita origine, ut in Persis genitum audiuit, demp- <sup>3</sup> tis compedibus, assumptoque comite, Persepolim re- greditur.

ret sibi sumeret Harpagus: Hinc filii clade cognita, nequaquam conternatum dixisse: Quando hoc ita regi libuerit, non id etiam sibi displicere. vide & Seaccam de Ira, lib. 3. c. 15. G. Major.

7. Ad præsens tempus] Sufficit ad præsens, & sic loquuntur Tacitus quoque Annal. 4. 31. & 44. Hist. 1. 44. & Sueton. Tit. 6. nec dubitem à manu glossatoris esse tempus. Bern.

10. Exinterato lepori ] Ita mss. Glossæ, Interata ἐντεκτίτα, voce ab interioribus ducta. Vul- gati, exenterato. Bongarius. De historia consulendus Herodotus, 1. 123. & Polyanus lib. 7. Bern.

CAP. VI. 2. Nomine Sybarem ] M S. habet Sebarem. Legendum Sabarem. Et sic quoque infra. Scœbates is est Oebaras, Οἰβάρας. V- trunque enim dicitur. Sic Andro- cottus Sandrocottus, Indica Sind-

ca, Merdis Smerdis, Osthanes Aef- chylo est Σωθάνη. Alibi plura. Vofius.

3. Persepolim ] De hac Curtius libr. vi. cum incendium eius de- scribit. Huius urbis quoque situm prope Araxem fuisse Strabo lib. 15. & Diodorus lib. 17. ostendunt, describit & hanc inter recentiores Thomas Minadoius. Alphonsius vero Hadrianus Sires appellari existimat. Sed restauratam post Alexandriae eversionem à ne- mine traditur. Quamuis & Pro- lemaeus & Ammianus eius me- minerint. Persepolis autem in extremis finibus orientis sita fuit, ubi suat confinia Car- manie, ad Araxem fl. quem tamen diuerium à nobilissimo Armenia flumine, & Πογύόνιον Ptolemaeo appellari ostendit Sal- masius, p. 1202. in Solinam. Tuyf.

4 greditur. Ibi conuocato populo, jubet omnes præsto cū  
 securibus adesse, & siluam viæ circumdatam excidere.  
 5 Quod cū strenue fecissent, osdem postero die appa-  
 ratis epulis inuitat: deinde, cū alacriores ipso conui-  
 uio factos videret, rogit *Si conditio proponatur, utrius*  
*vita sorte legat, hesterni laboris, an presentium epularum:*  
*presentium, ut acclamauere omnes ait, Hesterno simile la-*  
*bori omnem vitam acturos, quoad Medis parent: se secu-*  
*tos, hodiernis epulis.* Lætis omnibus, Medis bellū infert.  
 7 Astyages meriti sui in Harpagum oblitus, summam bel-  
 li eidem committit: qui exercitum acceptū statim Cyro  
 9 per deditonem tradidit, regisque crudelitatem perfidia  
 defectionis vlciscitur. Quod vbi Astyages audiuīt, con-  
 tractis vndiq; auxiliis, ipse in Persas proficisciuit: & re-  
 petito alacrius certamine, pugnātibus suis, partē exerci-  
 tus à tergo ponit, & tergiversantes, ferro agi in hostes  
 jubet: ac denūtiat suis: nō vinceret, nō minas fortes etiā  
 11 post terga inuicturos, quā à frōtibus viros: proinde videat,  
 fugiētibus hac, an illa pugnātibus acies rūpenda sit. In-  
 gens, post necessitatē pugnādi, animus exercitui ejus  
 accessit. Pulsa itaque cum Persarum acies paulatim cede-  
 13 t̄; matres & uxores eorum obviam occurunt: orant

in

4. *Ibi conuocato pop.*] Herodo-  
 t. 1.25. & seq. Polyxenus, lib. 7. Fron-  
 tinus, 1.11.19.

*Adeſſe]* Ita restituit ē mss. suis  
Modius. Antea fuit *effe*.

5. *Apparatu epulis invitat]* Vul-  
 go editi, ad paratas epulas invi-  
 tar. Sed restitutimus auctori lectio-  
 nem, quam & Bongarsius & Mo-  
 dius fatentur in manu exaratis  
 suis codicibus extare: & retinuit  
 editio Cratandriana Basileensis  
 cui præfuit vir doctissimus Ioan.  
 Sichardus: vt & Italica, quam à  
 Sabellio recognitam emisit Augu-  
 stinus Becharius: maxime cum ita  
 etiam loquatur historicorum  
 princeps Liuius. Ita Sallust, lib. 4.

7. 18. *cum se cibo vinoque lati in-*  
*vitarent.* Bern.

8. *Meriti sui &c.*] Quos offen-  
 deris, periculose summae rei præ-  
 ci, docet & exemplum M. Liuij in  
 Liu. 27. 42. 8.

10. *Partem exercit.*] Sic infra, 31.  
 8. 7. & Liuius. 10. 36. 6. *Necessitate*  
*coabit virius, causa victoria effi-*  
*cit florus,* 3. 3. 13. *Contra, quanto*  
*plus spei ad effugium, tanto minor*  
*est ad resistendum animus.* Tacit.  
 hist. 3. 18.

13. *Matres & uxores &c.*] Refert  
 & Plutarchus libello de virtuti-  
 bus mulierum, cap. 9. Bong. Nec ab-  
 similis de Germanis Tacitus, cap.  
 8. princ. Bern.

15. 11. 172

in prælium revertantur. cunctantibus, sublata veste, ob-<sup>14</sup>  
scœna corporis ostendunt, rogantes, num in uteros ma-  
trum vel uxorum velint refugere. Hac repressi casti-<sup>15</sup>  
gatione, in prælium redeunt: & facta impressione, quos  
fugiebant, fugere compellunt. In eo prælio Astyages<sup>16</sup>  
capitur: cui Cyrus nihil aliud quam regnum abstulit:  
nepotemque in illo magis, quam victorem egit: eumque  
maxime genti Hyrcanorum præposuit. Nam in Medos  
reverti ipse noluit. Hic finis Medorum imperij fuit.<sup>17</sup>  
Regnaverunt annos CCCI.

CAP. VII. Initio regni, Cyrus Sybarem cœpto-  
rum socium, quem iuxta nocturnum visum ergastulo li-  
berauerat, comitemque in omnibus rebus habuerat, Per-  
sis præposuit, sororemque suam ei in matrimonium de-  
dit. Sed ciuitates, quæ Medorum tributariæ fuerant, mu-  
tato imperio, etiam conditionem suam mutatam arbit-  
rantes, à Cyro defecerunt: quæ res multorum belliū  
Cyro causa & origo fuit. Domitis demum plerisque, cū  
<sup>18</sup>

<sup>16.</sup> Astyages capitur] qui regna-  
vit annis XXXV.

<sup>16.</sup> Maxima genti] Vulgaram  
hanc lectionem, Cujacij codex, &  
& Orosius 1.19. comprobant. Ve-  
teres enim plerique pro maxime  
habent decimum. Ex voce maxi-  
me, solum X. forte remanferat in  
eo libro, ex quo multi deinde  
transcripti sunt, ceteris literis aliquo  
casu deletis: ea nota librariis  
imposituit in Cl. Puteani mss. legi-  
tur ducent, Bæc Bong. Legitur &  
maxime in edit. Coloni. Gymnic.

<sup>16.</sup> Hyrcanorum] Hyrcani popu-  
li regni Parthici, & Strabone te-  
ste, usque ad Oxii fluminis osium  
pertinebant. Tys.

CAP. VII. Initio regni] Fertia  
monarchia Persarum durauit  
annis CCXXVIII. Quotquot tempo-  
rum rationes disputarunt veru-  
stissimi & eruditissimi scripto-  
res, nemo non eorum Cyri an-  
num primum in primum Olympi-  
adiis 5. confert. Diocorus Sici-

Ius, Tallus, Castor, Polybius, Phile-  
mon, vtcribit auctor priscus &  
eruditus Tarianus. Idem testatur  
& Africanus apud Eusebium his  
verbis. Μετέ τὸν αἰχμαλωσίαν  
τὸν Κύρον Περσῶν οὐαστερ  
δὲ ἔτη Ολυμπίας ἥχθη γε, οὐδὲ τὸ  
τὸν βιβλιοθηκεύοντα διοδασκεν, τὸν  
Θάλλον, καὶ Καστόρον ιστοριῶν, οὐ πε-  
τρὸν Πολυβίον καὶ Φλέγοντας ιστι-  
νεται αλλαδεκαὶ ἐπεφρόνησαν, οὐδὲ οὐδεί-  
λαστε Ολυμπίαδαν. ἀπασι γό  
σωματικῆς εἰχόντες. Tem-  
pus congruit anno periodi Iu-  
lianæ 4154. Mundi 3390. Iudaico  
3201. Nabonassari 188. an. 47. post  
obitum Nabuchodonosori: Aga-  
thias lib. 2. scribit Persarum prisci-  
cum regnum à Cyru per 228. an-  
nos durasse: quibus deductis de  
anno 4182, periodi Julianæ, in quo  
victus fuit Darius ultimus, rema-  
nenit anni 4154, initium Cyri vi-  
delicit ut antea Schleg.

aduersus Babylonios bellū gereret, Babyloniis rex Lydorum Crœsus, cuius opes & diuitiae insignes ea tempestate erant, in auxiliū venit: victusque iam de se sollicitus, in regnum refugit. Cyrus quoque post victoriam, compositis in Babylonia rebus, bellum transfeuit in Lydiā. Ibi fortuna prioris prælij percussum iam Crœsi exercitum, nullo negotio fundit: Crœsus ipse capitur. Sed quanto bellum minoris periculi, tanto & mitior victoria fuit. Crœso & vita, & patrimonij partes, & vībs

Barce

<sup>3.</sup> *Babylonis.*] Regnabat tū Babylonie is, quem nostri Balthasarem, Greci Labyrinthum vocauerūt, Herodotus Labynetū. Crœsu, ait Herodotus, ultro Cyro bellū intulisse oraculis persuasū. Obseruabis autem quæ hic de Solonis & Crœsi congresu Herodotus narrat. Major.

Nabonidū, qui postremus in Bersi catalogo, Ioseph⁹ x. Antiq. 12. Balthasarē esse putat, cuius in Danielis libro mētio est. Hic vero Iosephi mira est oscitantia; qui illos ipsos, vnde hanc historiam descripsit, auctores incuriose legit. Testis est enim Megasthenes. Nabonidum nullo propinquitatis jure cum Laborosarchodo fuisse conjunctum. At Balthasar ille Danielis nō alienis viisque succedit; sed paternū, & auitū fortiter est regnum. Verba Berossi: οντοληψε τὸ τέλος, σωτερόντες οἱ ιπποκατόντες αὐτὸς κοντὸς τῶν Λαστινίων περιεῖται. Namvis dicitur vi-

Laborosarchodo, seu Balthasare regnum administravit. Hinc est, quod Balthasari tertius annus tribuitur à Daniele. *Pecunia.*

*Rex Lydorum Crœsus.*] Omnes tradunt, jam tum temporis Crœsum à Cyro victum captumque fuisse, cum Babylonii bellum inferret. Quomodo ergo iis opem tulerit, non video. Sed videtur Trogus, ut sepe alios fecerūt fuisse auctores. *Vof.*

*Victusque, &c.*] Val. Acidalius ad Velleium, sub finem, ut in veteribus, ita scribendum hic monet, vi-  
tusque, nempe Babylonii, quibus auxilio venerat; non ipse vietus. Ego, vietus, præfero, nam mox sequitur, fortuna priori prælii percussum. *Bernec.*

*5. Percussum.*] Sic infra, 2. 13. t. Male vulgati, percussum. Vide Gruteri disert. 14. ad Tacit. hist. 5. 16. Superesse, qui fugam animis, qui vulnera tergo ferant. Adde Liu. 8. 16. 6. 35. 2. 3. 38. 2. 6. 7.

*6. Mirior.*] Florus, 2. 8. 26.

*7. Verba Barce conc.*] Si vel unus librorum mss. emendationi fuerit, referreberem vībs Barene con. quam Mediz vībem, cuius & Stephanus meminit Crœso dono datam, ostendit ex Ctesis Bongarcius. Num neque Barce Pentapoleos vībs in prouincia Cyrenaica, huic loco conuenit, cum eo Persarum arma vietria nondum peruererint, ut apparet ex Herodoti iactio libri 3. nec

Barce concessa sunt : in qua etsi non regiā vitam, proximam tamen majestati regiæ degeret. Hæc clementia 8 non minus victori quam victo vtilis fuit. Quippe ex 9 vniuersa Græcia, cognito quod illatum Crœto bellum esset, auxilia velut ad commune extinguendum incendium confluebant. Tantus Crœsi amor apud omnes vbi- 10 bes erat : passurisque Cyrus graue bellum Græciæ fuit, si quid in Crœsum crudelius consuluisset. Interjecto 11 deinde tempore, occupato in aliis bellis Cyro, Lydi rebellauere : quibus iterum victis, arma & equi adem- 12 pti, jussique cauponas, & ludicras artes, & lenocinia exercere. Et sic gens industria quondam potens, & ma- 13 nu strenua, effeminata mollitie luxuriaque, virtutem pristinam perdidit; & quos ante Cyrum inuictos bella præstiterant, in luxuriam lapsos otium ac desidia superravit. Fuere Lydis multi ante Crœsum reges, variis 14 casibus memorabiles; nullus tamen fortunæ Candauli comparandus. Hic vxorem, quam propter formæ pul- 15 chritudinem deperibat, prædicare omnibus solebat, non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonij reticenda publicaret: prorsus quasi si- 16 lentiū damnum pulchritudinis esset. Ad postremum, 17

vt

nec item illa ab Alexandro condita, de qua auctor infra, 12, 10, 6, minime vero, quomodo Asulanus edidit, *Beroea, Ptolemæo Biōp'ax* Macedoniz oppidum. Ex ceteris quoque lectionibus nihil sani erui potest: *urbs vero concessa: vero & concessa: Baragon cessa: & quod Sabellicus habet, urbi Berse con.Bern.*

11. *Lydi, &c.] De quibus & Polyzonus Strateg.* lib. 7. *Ad hunc modum domuit Xerxes Babylonios apud Plutarch. apoph. Reg. cap. 6.* Aristodemus Cumanos ap. Dionys. Halicar. 7. cap. 8. & Sesostris Aegyptios, referente Scholiaсте Sophoclis. Romanos certe voluptatei-

*bus plus aduersus subiectos quam armis valuisse.* Tacitus affirmat h[ab]it. 4. 64. & est exemplum in Agric. c. 21. Bern.

14. *Fortuna Candauli]* Rectius forte, *fortuna Cand.* Diffundit hanc historiam Herodotus lib. 1. cap. 8. & seqq. Vide & Plutarchi *Symposiaca*, 1. quæst. 5.

*Candaulus]* Myrtli filius, ab Alceo Herculis orianus. Sribit Herodotus mulierculam Gygi mandasse, vt aut Candaulem occideret, aut se pateretur occidi, quod in re turpi Candauli paruisse. De huius Gygis annulo multa sunt 1. de Legib. apud Platon. & Cicer. lib. 3. Officiorum,

CAT. VIII.

1 vi affirmationi suæ fidem faceret, nudam sodali suo Gy-  
 18 gi ostendit. Quo factō, & amicū in adulterium vxo-  
 11 us solicitatum, hostem sibi fecit: & vxorem, veluti  
 19 tradito alij amore, à se alienauit. Namque breui post  
 t. mpoce cædes Candauli, nuptiarum præmium fuit, &  
 vxor mariti sanguine dotata, regnum viri & se pariter  
 adultero tradidit.

1 CAP. VIII. Cyrus subacta Asia, & vniuerso Orien-  
 2 te in pot. statem redacto, Scythis bellum infert. Erat eo  
 tempore Scytharum regina Tamyris, quę non muliebri-  
 ter aduentu hostium territa, cum prohibere eos transitu

Araxis

CAP. VIII. 1. *Sythus*] Libet hoc  
 loco particulam orationis Croësi,  
 qua apud Herodotum extat lib. 1.  
 recitat, ex qua apparet, Croësum,  
 ipso visu modestiorē factum di-  
 lusuisse S ythici bellī suscep-  
 tionem: Postquam ego, inquit Croë-  
 sus, in tuā potestarem veni, & qua  
 magna felicitas est, in hostem sa-  
 piēcem incidi, semper operam de-  
 di, ut quacunque ratione possem,  
 incommode regnū tuo impenditias,  
 auerterem. Etsi enim acerba &  
 iustuosa est præteriorum malorum  
 recordatio, tamen haud scio an illa  
 res sit, quae magno ad modestiam  
 animos stellare popit. Quare si vel  
 tu ipse immortalis es, vel immor-  
 talem exercitum duceres, nihil pon-  
 deru mea consilia in tuu delibera-  
 tionibus haberent: sin autem ag-  
 nosciere hominem esse & hominibus  
 imperare, hec cogitatio animum  
 tuum subeat, res humanae subitam  
 habere conuersiōnem fortuna, quę  
 non finit quemquam perperuo fe-  
 yicem esse. Strig.

2. *Tamyris*] Frontinus 2. 5. & Ior-  
 nandes in Geticis c. 10. & nostri  
 vett. omnes constanter *Tamyris*,  
 uno excepto, qui habet *Tameris*.  
 Orosij. mss. 2. 7. *Tameru*. Valerij  
 Max. editio postrema, 9. 10. *Thamy-  
 ris*, Herodoto, 1. 207. & seqq. est  
*Tāmūris*: Luciano in Charonte, &  
 aliis, *Tāmūris*, *Bong*. Historiam ex

modo dictis auctoribus præcipue  
 diffundit Herodotus. Hodieque  
 hoc nomen *Timour* Scythicum est.  
 Sicut & *Tamer-Lan*. quod *Tamer*  
*Cladum* denotat, *Lan*, enim  
 claudum Turcis denotat. *Thys*.

Cū prohibere eos transru Araxis  
 fluminis posset ] Nescio, quid Am-  
 miano Marcell. lib. xxiiii. in mente  
 venerit, quod scribat, *Cyrus*, *Bospori*  
*fretum* cum multitudine fabu-  
*losa* & transgressum, ad interneconem  
 deleuit *Tamyrus* regina Scytharum,  
*vix* acerrima filiorum. Araxem  
 transgressum fuisse *Cyrum*, cum  
*Tamyridi* & *Massagetis* bellum in-  
 ferret, ex omnibus constat. *Bosporu*  
 rum vero trajecisse nemo dixit.  
 Miror quoque, virum doctissimum  
 hoc loco reponere *Tomyris*, pro  
*Tamyris*. Nam dicitur, *Tāmūris*,  
*Tāmūris*, & *Θāmūris*. Quamuis  
 postremum hoc nomen viris attri-  
 buatur, non feminis. Ita Polyæ-  
 nus Sacarum regem vocat. Apud  
*Aeschylum* quoque in Persis ali-  
 quocties *Θāmūris* pro *Θāmūris*  
 legendum esse, patet ex Scholiaсте.  
 At sane videtur esse commentum  
*Græcorum*, quod de hac, tanquam  
 muliere, produnt. *Taimur* nam-  
 que masculum nomen apud Scy-  
 thas semper fuit. Quinetiam mul-  
 tum ab eo abit, quod refert *Lu-  
 ciannus* in *Macrobijs*, auctoritate  
*Cipporum Persicorū*, & *Onesicriti*.

Ait

Araxis fluminis posset, transire permisit, & sibi faciliorum pugna intra regni sui terminos rata, & hostibus objectu fluminis fugam difficultorem. Itaq; Cyrus trajecjis 3 copiis, cum aliquantisper in Scythiam processisset castra metatus est. Dein postera dei simulato metu, quasi refugiens castra deseruisse, ita vini affatim, & ea quæ epulis erant necessaria, reliquit. Quod cum nuntiatum 4 reginæ esset, adolescentulum filium, ad insequendum eum cum tertia parte copiarum mittit. Cum ventum ad 5 Cyri castra esset, ignarus rei militaris adolescentis, veluti ad epulas, non ad prælium venisset, omissis hostibus, insuetos barbaros vino se onerare patitur: priusque Scytha ebrietate, quam bello vincuntur. Nam cognitis his, Cyrus reuersus per noctem, saucios oppri- 8

mit,  
Alt enim: Κύρος ἐπερσῶν οἰ-  
σθιαντὸς παλαιός, αὐτὸς διαδεῖται  
Περσῶν καὶ Αράβων ὅροι, αἱ  
καὶ Οὐνδίσκειτο, τὸ δὲ Αλε-  
ξανδρικὸν συγχρόφας, συμεονοῦν  
δο-  
ζεῖ, εὔπολης τετταὶ γενέσιδε θεοί, οἱ Κύ-  
ροι μὴ ἦνα ζητεῖν τῷ φίλῳ.  
Μαθήσῃς δὲ τὸν πτερίνον δια-  
θρούμενον Καμβύσεα τῷ Βίστρο-  
καὶ οἴσκοντο Καμβύσον καὶ  
θεοδολεγμα τὸ οὐρανόν τεῦτα  
πτονικέναι, τὸ δηπότην π., τὸν τὸν  
ώνιττα, τὸν διαλανθάνει, τὸ  
δὲ π., δὲ αρχιπελάστα δυτὸν αι-  
παριδίου, τὸν υπόπτα τετταὶ τα-  
ὶ θεού. Quamquam absurdissimum  
hoc multis videbitur. Vtpote cum  
Cyrus, quadraginta annos natus,  
regnare cœperit; imperarit annos

multorum, aluminum, quæ vicinam  
regionem ita fertilem reddunt, ut  
à Barbaris Leprus, id est, fertilis,  
appelletur: Et quidem primo ex  
illis profuit Araxes, qui è lacu  
exiens, multis aliis hos campos  
& sitriculo am regionem permeat &  
irrigat: exilit autem è monte Tau-  
ro, ea parte, qua Periardus visitur,  
è latere montis Abo; & versus or-  
tum defuens usque ad fines Pro-  
uincie Syruan, ibidem se flecit  
versus Corum, & Cyro fluvio con-  
junctus diuidit Artaxatam (oue  
hodie Nassiuam dicitur, Arteneio-  
rum ciuitas) & Armeniam perorri-  
gans, præterque Araxis planitem  
labens, exonerat se in mare Cas-  
pium, linquens ad meridiem qui-  
dem Armeniam, ad Arctum vero  
Seuaniam, cuius metropolis est Eris.  
Ioh. Carr vngheus in Itin. Pers.

xxx. Cambyses vero annos vii XII  
Fieri itaque non potuerit Cyrus  
centesimum annum xatis implet-  
se, regnante Cambyle. Vess.

Araxis] Araxes Armeniæ nobis-  
lis fluvius, ex summis jugis Ara-  
rat, qui Periardus olim, nunc  
Caeler montes appellantur. Hec  
juga celeberrima sunt fontibus

v  
7. Adolescentis] Spargapises appellabatur.

Ebrietate] Hoc modo perierunt  
8. Histri apud Florum, 2. to. Bern.

8. Saucios.] Ea est vetus lectio,

Strabo (qui libro II. pag. 353.  
pr. hæc in Sacis gesta scribit)

8. 1. eum adjectione, mero  
saucois

mit, omnesque Scythas cum reginę filio interficit. Amisso tanto exercitu, & quod grauius dolendum, vnicō filio, Tamyris orbitatis dolorem non in lacrymas effudit: sed in vltionis solatia intendit, hostesque recenti victoria exultantes, pari insidiarum fraude circumuenit.

Quippe simulata diffidentia propter vulnus acceptum, refugiens, Cyrum ad angustias usque perduxit. Ibi compositis in montibus insidiis, ducenta millia Persarum cū ipso rege trucidavit. In qua victoria etiam illud memorabile fuit, quod ne nuntius quidem tantæ cladis superfuit. Caput Cyri amputatum, in utrem humano sanguine repletum conjici regina jubet, cum hac exprobriatione crudelitatis, *Satia te, inquit, sanguine quem fitisti, cui jusque infatisibilis semper fuisti.* Cyrus regnauit annos xxx. non initio tantum regni, sed continuo tutius temporis successu, admirabiliter insignis.

CAP. IX. Huic successit filius Cambyses, qui im-  
perio patris Ægyptum adjectis: sed offensus superstitionibus

*Saucios dicit, quomodo Ennius & & Lucretius amore saucios. Inde apud Tibullum, 1.2 percussus tempora Baccho, qui Græcis dicitur oīcō 7.12. Plautus Calina 3.5.6. Se uspiam percussit flore Liberi, hoc est, inebriavit. Hec, fere Bongarius, & plura Gruterus suspicon. 8. 13. Impresi securos præierunt. Freinsheimius sopios legendum suspicatur: ut apud Curtium, 8.6. 32. sopiorum mero ac somno. Est qui saucios ideo damnat, cum iam modo bis de ebrietate præcesserit. Sed nulla hic tautologia, quod ea vox stuporem, effectum ebrietatis potius, quā ipsam designare videatur, inde duxta metaphora, quod admodum ebrij mente, sic alienentur, ut nihil sentiantur, prout solent graviter saucij. Pari fere translatione Archilochus apud Athenæum, 14. 6.m. *viva tu inepaviratēs φρέγας**

vino menem attonicum. Nec alia de causa Plautus, Aulul. 3.6.39. deponere vino dixit, quam quod ebrij non secus esserantur ac ii, qui jam animam efflarent. Certe saucius absolute hoc significatu sumitur etiam à Martiale, 3. 63. & Appul. lib. 7. m. Bern.

*Cum regina filio* Herodotus alij Spargapijem ibim̄ mortem consciuisse.

11. Cum ipso rege trucid. & mox, caput Cyri amputatum. ] Atqui Cyrum regem in acie captum, & cruci affixum, scribit Diodorus: 2.44. Xenophon tradit, placide in lecto obdormisse. Bern.

CAP. IX. 1. Cambyses] Cyri filius dissimillimus patri persarum rex secundus. regnauit annis v i i. mensibus v. Fafius huc omnia tractat Herodot. lib. 2. &c. 3.

*Cambyses*

nibus Ægyptiorum, Apis ceterorumque deorum ædes  
ditui jubet. Ad Ammonis quoque nobilissimum tem-  
plum expugnandum, exercitum mittit: qui tēpestatisbus  
& haranarum molibus oppressus, interiit. Post hæc per  
quietem vidit fratrem suum Mergim regnaturū. Quo  
somnia

*Cambyses*] Natus optimo & clementissimo patre Cyro, & dome-  
stica disciplina diligenter ad pietatē & virtutē institutus, ea fuit  
immanitate, ut omnia sibi licita es-  
se persuaderet, nec ullis commone-  
factionibus aures adhiberet. *Strig.*

*2. Apis*] Nugabuntur veteres  
Apin radiis lunaribus conceptum,  
vt Plutarchus auctor est. Atque is  
erat colore nigro, quadrato in  
fronte candore, macula dextro la-  
teri ingenita, at corniculantis Lunę  
imaginem referente conspicien-  
dus. Quin & Damonum præstigiis  
ipijs Apidis partum allicebit Au-  
gust. de Ciuit. Dei, XVIII. cap. v. In-  
uentus Apis Memphis, Aegyptio-  
rum regiam, solenni pompa dedu-  
cebat, atque tum continuum lau-  
tissimum lātitia signum instiue-  
batur. Post æui spatiū sacris libris  
præscriptum, Nilo immeritus, vel  
potius in fonte sacro, vel sacerdo-  
tum, qui est Phiala, Apis necabatur,  
mox alijs sacrabatur. Ad similitu-  
dinem Aegyptiorum, vitulum sibi  
aureli contulit Idololatras Iraëlli-  
tas, Patres testantur. Inter quos  
Lactant. de Ver. Sap. capit. x. Optu-  
tus Milevianus lib. III. Tertullian.  
lib. aduersus Iudeos; ambros. I. i. de  
Poenit. Hieronymus ad cap. iv.  
Oser; aliique. Vide Selden. *Apis*]  
Bos Ostridi consecratus, id est, Soli.  
describunt Herodotus, 2. 28. Dio-  
dorus, 1. 85. Plin. 8. 46.

*3. Ammonis &c.*] Jupiter Am-  
mon à Chamo nomen accepit, qui  
in Africa steriles arenas ablegatus  
est. Atque hinc vrbs *Amon-No* di-  
cta. *Amon-No* enim reuera est  
*Ammonis*. Ejus nominis reliquie  
in multis alijs: Neque enim in Ae-

gypto solum, sed & in Arabia &  
Africa valuerit notum fuisse no-  
men Ammonis docent Arabiæ flu-  
uius Ammon, Ammonium Pro-  
montorium, Ammonij populi: in  
Africa proprie dicta Ammonis  
vrbs, ad Cyniphum Riuum: in Ins-  
ula Meroë delubrum Ammonis: in  
Marmarica Ammonia vrbs, quæ  
vulgo Paratonium, & Ammoniaca  
regio, vbi oraculum toto orbe ce-  
leberrimum. Quin & yniuerſia Afri-  
ca Ammonia dicta teste Stephano.  
Et, quam late se extenderit cultus  
Ammonis, docet Lucanus libro  
IX.

*Quamvis Etiopum populis  
Arabumque beatus  
Genribus atque Indis unus sit  
Iupiter Ammon, Bochart.*

Porro Iouis Ammonis oraculum  
celeberrimum, in extimo illu Li-  
byæ, apud Garimantes, ultra Cyre-  
num, in solitudinibus vastis, torri-  
dis, ac siccitate sterilibus, situm  
fuit. Circa ipsam oraculum sedem  
densum nemus, quod & Curtius I.  
4. cap. 7. 22. describit: Medium fili-  
us templum obtinuit, in quo ido-  
lum Ammonis pelle amictum hir-  
cina, & hircino capite colebatur.  
Sacerdotes responſa petituri, ido-  
lum, aurato nauigio impositum,  
circumueabant, accinebantque  
carmen patrium. His delinitus ri-  
tibus, non voce, sed solo nutu, sig-  
nisque subobscenis, quæ velles, pro-  
ferebat: Signa antitites iis; qui  
consultum accesserant, referebant,  
ac declarabant. Feuer. de Diuin.

*4. Mergim*] Qui est Herodoto  
Smertu, quo nomine etiam magum  
Oropalem

Somnio exterritus, non dubitauit post sacrilegia etiam  
6 parricidium facere. Erat enim difficile, ut parceret suis;  
qui cum contemptu religionis, grassatus etiam aduersus  
7 deos fuerat. Ad hoc tam crudele ministerium, magum  
8 quendam ex amicis delegit, nomine Cometem. Interim  
ipse, gladio sua spōte euaginato, in femore grauiter vul-  
neratus, occubuit; pœnalisq; luit, seu imperati parricidijs,  
9 seu sacrilegij perpetrati. Quo nūtio accepte, magus ante  
famam amissi regis occupat facinus; prostratoque

## Mergide,

Oropasten vocat: & Cometes ma-  
gus, qui in editionibus vulgatis  
dicitur Comaru contra libros,  
apud eundem Herodotum sit  
i-rexaspes: & Ostanes, qui vulgo  
Orchanes, Herodoto dicitur Ota-  
nes: & Darius Histaſpu filius in  
vett. mss. est Hiprasi. Hac ut in  
Herodoto habentur edidit Alula-  
bus, inconsulte: quia nominum  
mutationes permulta sunt, praeter  
eum Barbarorum, ut sit apud  
Strabonem fine libri 16. Bon.

Fratrem suum Mergim regna-  
turum. Non sine iniuria posset  
aliquis iupicari, scribendum esse,  
Merdm, & paulo post Merdi, pro  
Mergide. Merdim enim, & merdi-  
am appellant nonnulli Cyri fili-  
um, ut testantur Scholia ad Persas  
Aeschylly. Apud Aeschilum ipsum  
male legitur Μέρδης, ut iam vidit  
Scoliaſtes. Herodoto, & Ariorteli  
est Σερπίδης. Nam ſepe τὸ σ no-  
minibus propriis in principio af-  
figitur. Cetera est Ταύρος ἔρηνη.  
Ait enim Κόρης ἡ μέντων τε-  
λευτᾶν Ταύρος αὐτος τη νεώτερη  
νιον ἀπέστοι διαβότιον βακ-  
τριον, καὶ τὸ χωρέας, καὶ Χωρέ-  
μαντας, τοι Παρθίας, καὶ ταρ-  
μαντας, &c. Sic legendum Oropas-  
tes, ipſi est Σφινδαδέρης. Voff.

8. Gladio sua spōte euag. Ab  
auctore nostro eis Herodotus, 3.  
64, & Amm. Marcellinus, 17.6.  
Sulp. Scuerus lib.2.hift.sacræ, pag.

116. Contrarius videtur Strabo,  
qui lib. 15. extremo Cambyen à  
magis sublatum dicit, interprete  
Xylandro. Verū ibi τὸ γεττάνη,  
de imperio Cambysis à magis in-  
tercepto, quam occido iplo, malim  
accipere, qua verbi notio Thucy-  
didi, Zenophonti, Herodiano &c.  
est recepta. Quamquam etiam O-  
rosius, 2.8. magos sub nomine quē  
occiderant Regis, regno obrepere  
autos scribit. Bern.

9. Magus] Nomen fuit Pathizi-  
thæ: præces in Persis à Cambyle  
relictus, is regis fratre, nomine  
Smerde vel Mergide, occiso, suum  
fratrem Smerdim priori cognominē  
& persimilem, regem subornat.

Mag⁹ ante famā] Duos tantum  
fuisse magos, qui Persicū imperiū  
occupauerūt, preter nostrum aſſer-  
rūt Herodotus, 5.61. Sulpiti⁹ Seue-  
rus 1.2. historiæ sacræ pag. 116. O-  
rosius, 2.8. Cedrenus pag. 118. 54.  
Conf. Manasses in annalib. & aliis.  
Atqui ſepte commemorat Amm.  
Marcellinus, 23.22. fin. & Val. Max.  
9.2. Exemp. ext. 6. Verum auctoritas  
Ammiani, confensu plurium  
impar, nec tanti est: Valerii vero  
Max. locū feliciter emendauit, ac  
noſtro conciliauit vir magna digni-  
tationis eruditioſisque Tamis  
Rutgerius, var. lect. 1.8. Cū enim  
vulgari ſic habeant: ne quem ex  
conjuratione, que ſepte magos cu  
eo opprefcerat, &c. ille trampolita  
vna, non amplius, vocula legit: ne  
quē ex cojuratione ſepte, que ma-

Mergide; cui regnum debebatur, fratrem suum subiectit  
Oropasten. Erat enim & oris, & corporis lineamentis 10  
persimilis; ac nemine subesse dolum arbitrante, pro Mer-  
gide rex Orapasta constituitur. Quæ res eo occultior 11  
fuit, quod apud Persas persona regis sub specie majesta-  
tis occulitur. Igitur magi, ad fauorem populi concilian- 12  
dum, tributa & militiae vacationem in triennium permit-  
tuunt: ut regnum, quod fraude quæsierant, indulgentia 13  
& largitionibus confirmarent. Quæ res suspecta primo 14  
Ostani viro nobili, & in conjecturis sagacissimo, fuit.  
Itaque per internūtios quærit de filia, quæ inter regias 15  
pellices erat, an Cyri regis filius rex esset. Illa, nec se ipsa 16  
scire, ait, nec ex alia posse cognoscere: quia singula separa-  
tim recludantur. Tū peirtractare dormienti caput iubet. 1  
nam mago Cambyses aures vtrasque præciderat. Factus 7  
deinde per filiam certior, sine auribus esse regem, opti-  
matibus Persarum rem indicat; & in cædem falsi regis  
impulsos,

*Possum eo opp. Septem, inquam, illorum, à quibus oppressi duo ma-  
gi, procerum Persarum, de quibus  
accipiendo & Florus, 3. 5. 2. Bern.  
10. Erat enim & or. & corp. lin. ]  
Restitui locum ex sententia V. Cl.  
Fr. Modii, qui disertum in Fulden-  
sibus suis ita scriptum ait: quo  
pacto & Bougarsins in mss. libro  
esse profitetur. Nec enim in homi-  
ne pars est, in qua maior solet ha-  
beri lineamentorum ratio, quam  
hoc est, vultus. Antea vulgariter:  
Erat enim decorus, & corpori li-  
neamentu pers. Herodotus, 3. 61.  
in re dū quesit. id est. de decoro  
nihil. Idem.*

*11. Sub specie majest. ] Similiter  
à Deioce Rege Medorum institu-  
tum, Herodotus, 1. 99. tradit, ne  
confici Regem fas esset: ne scilicet  
alitudio conspicu vilesceret.  
Majestati major è longinqua re-  
uerentia. Tac. Ann. 1. 47. Continuuus  
affactus minus verendos homines*

*ipsa satierate facit. Liu. 35. 10. 5.  
Quicquid in excelso fastigio po-  
litum est, humili & tristis consuetu-  
dine, quo sit venerabilis, esse va-  
cuum oportet. Val. Maxim. 1. 6. Vt ut  
sit, omnibus potius quam nemini  
patere debere Principem, ostendit  
egregie Gruterus, ad Tacitum dis-  
sert. 44. Idem.*

*12. Igitur magi ad f.p.c. tributa,  
&c.] Quid hic est, permettere tri-  
buta? Certe, permitti tributis fa-  
uor populi non obtinetur. Erudi-  
tissimus Gronovius noster pro  
tributa, legit tributi, tributi ni-  
mirum vacationem permittunt.  
Recte, si quid iudico. Boxh.*

*Ad fauorem &c.] Sic infra, 2. 1. 1.  
4. & 5. Scilicet nouum imperium  
inchoantibus velis est clementia  
fama. Tacit. hist. 4. 63.*

*14. Ostani ] Ostanes pharnaspis  
filius, cuius filia Phedyma appel-  
labatur. Herodot. 3. 68.*

19 impulsos, sacramenti religione obstringit. Septem tantum conscijs fuere huius coniurationis, qui ex continentia, ne dato in pœnitentiam spatio, res per quemquam narraretur, occultato sub veste ferro, ad regiam 20 perguntert. Ibi obuiis interfectis, ad magos perueniunt: quibus ne ipsis quidem animus in auxilium sui defuit: 21 siquidem stricto ferro duos de coniuratis interficiunt. 22 Ipsa tamen corripiuntur a pluribus: quorum alterum Gobryas medium amplexus, cunctantibus sociis, ne ipsum pro mago transfoderent, quia res obscuru loco gerebatur, vel per suum corpus adigi mago ferrum ius- 23 sit: fortuna tamen ita regente, illo incolumi magus interficitur.

1 C A P. X. Occisis magis, magna quidem gloria recepti regni principum fuit: sed multo maior in eo, quod cum de regno ambigerent, concordare potuerunt. 2 Erant enim virtute & nobilitate ita pares, ut difficilem 3 ex his populo electionem æqualitas faceret. Ipsa igitur

viam

19. *Septem tanrum*] Thucydides, 8.9.26. *Pauci conjurauerant, quo ruriores essent.* Adde Curt. 8.6.20. Ceterum illorum septem optimatum nomina recenset Herodotus 3.70. *Bern.*

21. *Duos interf.*] Atque hos non interfectos a magis, sed tantum Iesos scribit Herodotus, 3.78. cuius quidem ob antiquitatem, haud paucus maior, quam Iustini auctoritas: Et patet ex sequentibus ibi deliberationibus duos illos ex vulnere conualuisse. *Bernecc.*

22. *Gobryas*] Herodot. 3.78. Valer. Max. 3.2. exempl. ext. 2. Magophonie porro seu cædis Magorum, meminit, & Agathias lib. 2. *Bong.*

22. *Ita regente*] Bongars. rectius putat, *istum.*

C A P. X. 1. *Principum*] Septem illorum conjuratorum. Alii, nec male, *principum*, antiquo genitivo, ut ubique *civitatum*, *penitentium*, *apium*, *pædium*, *sapeen-*

*tium*: Sic hominum, dixit Sallustius Iug. 74. 2. pro *hominum*. ut monuit flos delibatus literatorum Scaliger. *Principum* pro *principium* scripsisse quoque Licinium, titul. de stupratoribus, a doctore suo, magno illo Cujacio, se docet ait. *Bongars.*

*De regno ambigerent.*] Extant apud Herod. pulcherrimæ horum consultationes de regno. An ἴσον φίτις aut ὀλιγορχία aut μεταρχία sit constituenda.

*Concordare*] Nam alias natura insociabile regnum Tacit. Annal. 13. 17. nec regna socium ferre, nec redi sciunt. Seneca in Agemenn. verl. 259.

2. *Virtute & nobilita pares*] Hinc intelligitur, quid sibi vellat ista Valerii Maximi, 7.3. exempl. ext. 2. Darius sex adiutoribus ejusdem dignitatu assumpis, &c. qui locus a V. Cl. Cap. Geuartio, Elect. 1.1. optime restitutus explicatusque, crucem

viam inuenierunt, qua de se iudicium religioni & fortunæ committerent. Pactique inter se sunt, ut die statuta 4 omnes equos ante regiam primo mane perducerent: & cuius equos inter Solis ortū hinnitum primus edidisset, is rex esset. Nam & Solem Persæ vnum Deum esse credunt: & equos eidem D-o sacratos ferunt. Erat inter 5 cōjuratos Darius, Hyrcaspis filius, cui de regno sollicito equi custos ait *se a res victorsam moraretur, nihil negotij superesse*: per noctem deinde equuna pridie con-

7  
crucem doctis fixit hactenus. *Bern.*  
4. *Pactique &c.*] Herodotus ex-  
plicatius, p. 84. & ieqq.

5. *Nam & Solem Persæ vnum Deum esse* Aeternos ignes adorasse Persas, nulli dubium est. Vnde & sempiterni magorum foculi meminat Ammianus. Virgis autem ignem inter canendum suscitabāt. Illum contaminare, grande nefas habitum. Vnde Euphrates Persa: πόρος μέντης οὐδὲ τοιχίων μηδεποτέ γε δραστής. Refert Strabo sub finem lib. xv. vbi aeterno igni sacra faciunt, lignis præstantioribus corticem adimere & nitrimentum flammæ pingueum olei succū addere. Grande piaculum & morte plectendum, excusso ex ore halitu agnem inflare. Ventilatione Deus ille souebatur. *Thys.*

*Solem Persæ vnum Deum esse* cr. &c.] Hoc ipsum Strabo l. 15. p. 503. Macrobius, 1. 6. & alii confirmant. At idem Strabo sub finem lib. 15. Martem vnum Persas deum colere tradit: & Curtius 4. 13. 17. Martem à Dario facit inuocatum. Sed Strabonem, sui ipsius oblitum, erroris arcessit Lipsius, Not. 98. ad Tacit. 6. Annal. Curtio veterem, hoc est, suam lectionem restituit Modius, pro Martem scilicet, Mithren seu Mithram legendo. Sic enim Persas Solem appellare solitos, ex eodem Strabone, Suida, & pluribus, notū est. Huius dei antistitem, perpetua

stitutam pudicitia feminam fuisse, patet ex auctore, x. 2. 2. *Bern.*

Et equos &c.] Ita Xenophon Cyropæd. 8. 216. D. & anab. 4. 337. B. Pausanias in Laconicis lib. 3. 201. 14 Rationem reddit Ouid. lib. 1. Fastor.

Placat equo Persis radius Hyperrionia cinctum.  
Ne decur celeri vltima rarda Deo.

Quomodo & Herodotus extremo libro 1. Massagetas ait, equos ideo Soli maciatissime, quod deorum perniciissimo, & quadrupedibus omnibus perniciissimum conueniret. At Romanis equis nona Soli victimæ, sed Marti, quod per eum effigiem Trajanæ capri sine vel quia eo genere animalis Mars dectari putaretur. *Vestus in Equus.* idem de Myfis Flora, 4. 12. *Bern.*

6. *Darius, Hyrcaspis filius*] Darius Hyrcaspis, est is, quem Eldras & Philo nominant Aliuerum, quod ita est. ex historia intelligitur, quia Philo narrat, hanc Assuerum recuperasse Assyriam & Babylonem. Id apud Herodotum narratur de Dario filio Hyrcaspis, & scribit Herodotus lib. 111. Dario concubinam fuisse omnium carissimam Artisanam, qui appellatio conuenit cum appellatione Esther, cuius filius putatur fuisse Artaxerxes Longimanus, assuefactus haud dubie materna disciplina ad veram pietatem. *Strig.*

stitutā diem ad eundē locū dicit, ibique equæ admittit,  
 8 ratus ex voluptate Veneris futurū, quod euenit. Postera  
 die itaque, cum ad statutā horam omnes conuenissent,  
 Darij equus, cognito loco, ex desiderio feminæ hinni-  
 tum statim edidit: & segnibus aliis, felix auspiciū do-  
 9 mino primus emisit. Tanta moderatio ceteris fuit, au-  
 dito auspicio, vt confestim equis desilierint, & Darium  
 10 regem salutauerint. Populus quoque vniuersus, secutus  
 11 judicium principum, eundem regem constituit. Sic re-  
 gnum Persarum, septem nobilissimorum virorum vir-  
 tute quæsitus, tam leui momento in vnum collatum  
 12 est. Incredibile prolsus tanta patientia cessisse eo, quod  
 13 vt eriperent magis, mori non recusauerint. Quanquam  
 præter formam, vittutemque hoc imperio dignam,  
 etiā cognatio Dario juncta cum pristinis regibus fuit.  
 14 Principio igitur regni, Cyri regis filiam in matrimo-  
 nium recepit, regalibus nuptiis regnum firmatus: vt  
 non tam in extraneum translatum, quam in familiam  
 15 Cyri reuersum videretur. Interjecto deinde tempore,  
 cum Assyrii descivissent, & Babyloniam occupassent,  
 difficultisque vrbis expugnatio esset; astuante rege, unus  
 de interfectoribus magorum, Zopyrus domi se veberi-  
 bus

8. *Darij equus.*] Vnde postea Da-  
 rium sigillo habuisse sculptum  
 equum, per quem hinnitum eden-  
 tem Rex factus fuerat, à Scholia-  
 ste Thucydidis est notatum. Ber-  
 nece.

12. *Tanca patientia.*] Gymna. edi-  
 tio: tanca pietate gesissime eos.

*Cessisse eo, quod &c.*] Bonarsius  
 edidit, cessisse eos, quod. Sed prætu-  
 li lectionem quam idem in varian-  
 tibus ē ms. monstrat. Scilicet hoc  
 erat incredibile, proceres illos, re-  
 gno, quod sua quisque vita peri-  
 culo magis eripuerat, & quo ani-  
 mo, vni Dario celsisse. Cedere ali-  
 cui regno, dicit auctor etiam, 29.2.  
 6. Bern.

14. *Cyri reg. filiam &c.*] Atqui

duas Cyri filias, Atossa & Arysto-  
 sm nec non l'armyn Smerdis,  
 & l'hadianam Oranis filiā Darium,  
 duxisse refert Herodot. 3. 88. Sed  
 harum princeps fuit Arystona,  
 Dario maxime adamatā, cuius  
 etiam imaginem ex auro solido  
 compactam habuit. Herodot. 7. 69.  
 An forte rescribendum hoc loco  
 filias? Bern.

*Regalib. nupt.*] Sic infra, 13. 6. 4.  
 Et Tacit. Agric. c. 6. Matrimonium  
 cum orra splendidis natalibus, ad  
 majora nuptiæ decus & rubor opt.  
 Hoc spectans & Lycus apud Senec.  
 Herc. Furente, vers. 345. una sed  
 nostra: &c.

15. *Affyrū.*] Vide supra. 1. 2. 13.  
*Zopyrus.*] Sic enim Herodot. 3.  
 153.

bus lacerari toto corpore jubet: nasum, aures, & labia  
sibi præcidi: atque ita regi inopinanti se offert. Attoni-  
tum, & quærentem Darium causas, auctoremque tam  
fœdæ lacerationis, tacitus quo proposito fecerit, edo-  
cer, formatoque in futura consilio, transfigæ titulo  
Babyloniam proficiscitur. Ibi ostendit populo laniatū  
corpus: queritur crudelitatē regis, à quo in regni peti-  
tione, non virtute, sed auspicio: non iudicio hominū,  
sed hinnitu equi superatus sit: Iubet illos ex amicis  
exemplum capere, quid hostibus cauendum sit: Horta-  
tur, non mœnibus magis quam armis confidant, patian-  
turque se commune bellum recentiore ira gerere. Nota  
nobilitas viri pariter & virtus omnibus erat: nec de fide  
timebant, cuius veluti pignora, vulnera corporis, & in-  
juriæ notas habebant. Constituitur ergo dux omnium  
suffragio, & accepta parua manu, semel atque iterum  
cedentibus consulto Persis, secunda prælia facit: at  
postremo vniuersum sibi creditum exercitum Dario  
prodit,

313. &c. & Plutarchus apophth.  
Reg. c. 3. & alij id nomen scribunt,  
Zættus. Bongarsius, nec male,  
Zophyrus ē mss. expressit. Affines  
enim literæ sunt π & φ, sæpeque  
mutantur inuicem: ut, ῥοπαλum  
& τροφαλum. Sic infra, 3. 4. 12. Pa-  
lanthus, qui aliis est Phalanthus.  
Ceterum huic facinori non ab-  
sime quid habet. Florus, 1. 7. 6. Ber.  
Zopyrum ait Herodot. non ex in-  
tersectorum numero, sed vnius ex  
coniuratis, nempa Megabyssi, filium  
fuisse. Darius dixisse fertur, se vnu  
Zopyrum integrum malle, quam  
centū Babylonias capere. Et oblatio  
malo granato, tantum optauit sibi  
Zopyrorum, quantum ibi granoru  
in esset.

16. Babyloniam] Vide supra 1. 2. 7.  
17. In regni petitione] Ira mss. fa-  
tete & Modio: qui tamē sortitione  
legendum contendit, maxime cum  
præced. a. 3. dicat auctor: ipsi igit-

tur viam inuenient, quæ de se  
judicium religioni & fortuna co-  
mitterent. Verum hoc ipsum Zop-  
pyrus queri se simulat, in regni  
petitione, non virtuti & iudicio  
hominum, sed auspicio sortique  
fuisse locum. Ad hanc si valeat  
emendatio Modij, sequetur sortitionem  
aliquam virtute & homini-  
num iudicio regi: quod contra est.  
Sors deccras ad parum idoneos, ait  
Tacit. Annal. 13. 29. Sorte &  
urna mores non discernuntur.  
Idem, Histor. 4. 7. Quidam im-  
preiſi, porrione legunt, pro  
quo Sichardus in edit. Basil. par-  
titione mallet, contra inuenti au-  
ctoris & competitorū regū. Bern.

22. Exercitum &c.] Similem  
proditionem, vel geminam potius,  
ipse Darius in Saccas mouens, pa-  
sus est à Kilace, equisfone quodam  
Sacca, referente Polyæno lib. 7.  
Strateg. p. 491.

23 prodit, urbemque ipsam in potestatem ejus redigit. Post hæc Darius bellum Scythis infert, quod sequenti volume referetur.

## L I B E R II.

## B R E V I A R I V M C A P I T U M.

- 1 Scytharum origo & antiquitas, de qua cum Egyptiis contendunt.
- 2 Descriptio Scythia, & morum gentis, quæ in plaustris degens justitiam colit & continentiam.
- 3 Scytharum fortitudo bellica: Egyptios fugant, etiamque reddunt tributariam.
- 4 Amazonum à Scythis origo, regina, res gestæ.
- 5 Bellum Scytharum aduersus seruos, quos lepido strategemate reprimunt Darius Scythis, deinde Ionibus & Atheniensibus arma infert.
- 6 Atheniensium origo, gloriatio, industria, artes, reges.
- 7 Respublica Atheniensis Solonis legibus & politico strategemate firmata.
- 8 Pisistratus post fortiter gestæ in Megarenses tyrannidem per 33 annos occupat.
- 9 Ejusdem filius Hippias, patria pulsus, Persarum exercitum in Graciam adduxit. Inde nobilis illa Marathonia pugna, in qua vici Perse. Athenenses victores duce Miltiade.
- 10 Disfidium fraternalum de regno inter Darij filios. Xerxes bellum aduersus Grecos instaurat validissimo exercitu.
- 11 Fortitudine Spartanorum, quorum rex Leonidas, Perse ad Thermopylas maxima clade afficiuntur.
- 12 Themistoclis industria Persarum classis ad Salamnium fretum nauali prælio vicit, post multam stragem fugiti consulit.
- 13 Mardonio terrestris exercitus commissus, Xexes agreundis

eu id est pescatori & scapha, eiusdem pedestris exercitus fame obrustur: unde nouæ clades.

- 14 Mardonius in Bœotia ad Plateas, cum Persis à Grecorum copio visitus, cum pacem profugit. Eodem ferè momento aduersus Persas in Asia feliciter dimicatum est.
- 15 Athenienses Spartani delusis, urbem ex integro restaurant. Spartani Persorum fines depopulan-  
tur. Paeanias defectionis reus damnatur Ari-  
stides proditoris consilia discutit. Xerxes iterum arma mouet infelicitate, à Cimone nauali prælio superatus.

## C A P. I.

**N** relatione rerum ab Scythis gestarum, quæ 1  
satis ampli magnificæq; fuerunt, principiū  
ab origine reputendū est. Non enim minus 2  
illustria initia, quam imperium habuere: nec  
virorum imperio magis, quam feminarum virtutibus  
claruere.

CAP. I. 1. *Scythia*] duplex est Scythia, Europæ & Asiatica. Europa, in quam Darius impressionē fecit cum exercitu septingentorum millium, à Strabone l.7. parua Scythia vocatur, cuius fines quondam fuerunt, Tanais & Borysthenes fluij. Scythia Asiatica, in qua Cyrus bellum postremum aduersus Massagetas infelicitate gesit, duplex est: vna intra Imaum montem, altera extra Imaum. Scythia terminatur ab occasu Scythia Europa seu Tana fluij, quæ limes est, dirimens Asiam ab Europa; à septentrione terra incognita; ab oriente vero Imao monte; à meridie Sacarum regione & Sogdiana. Scythia extra Imaum montem definitur ab occasu Scythia interiori & Sacis, à septentrione terra incognita; ab oriente Soria; à meridie vero parte Indiæ, quæ intra Gangen fluuium est. Hactenus Ptolemaeus

libro 6. De morib[us] vero Scytharum Plinius lib. 6. Ut ergo Cyrus primus rex periarum postremum bellum gesit cum Massagetas, quæ sunt pars Scytharum Asiacorū intra & extra Imaum: sic Darius alteram, quæ est in Europa, aggressus est, eamque Imperij sui iugo subjecere conatus est, sed utrique, Cyrus & Dario, conatus infelicitate cesit. N. m. & Cyrus à Massagetas crudeliter interfectus est, & hic Darius tūpi fuga, amissione septima parte exercitus, discessit. *Scrips.*

*Quæ satis ampli magnificæque fu.* 1 Eadem verba usurpat & Salustius Catil. 8.2. de Atheniensibus. Scythium autem Darij bellum & Herodoto occasionem dedit res Scythicas altius rependi initio libri 4.B. Adde Diodor. Sicul. 2.43. Arrian. 4.princ. Nic.eph. Gregoram lib. 2. post princ. Bonig.

2. Quam feminarum scilicet, &c.

3 claruere. Quippe cū ipsi Parthos Bactrianosque, feni-  
4 næ autem erum Amazonū regna considerint: prorsus  
vt res gestas virorum mulierumque considerantibus in-  
5 certum sit, vter apud eos sexus illustrior fuerit. Scytha-  
rum gens antiquissima semper habita: quanquam inter  
Scythes & Ægyptios diu contentio de generis vetera-  
6 state fuerit: Ægyptiis prædicantibus, initio rerum, cum  
alii terre nimio feruore solis arderent, alii rigerent fri-  
goris immanitate, ita vt non modo prima generare ho-  
mines, sed ne aduenas quidem recipere ac tueri possent,  
prinsquam aduersus calorem vel frigus velamenta cor-  
poris

quis sexus à laude cessaret, vt  
ait Florus. 1.10.9.

3. *Parthos*] Quos eosdem cum  
Persis esse ostendit Teixera.  
*Bactrianoisque*] Vide supra 1.1.9.

*Amazonum*.] De Amazonibus  
præter alios etiam Plato l. 7 de  
Legibus: & Hippocrates de Aquis  
& Locis, viris copulari non tradit,  
nisi tres ex hostibus confecerint;  
atque ibidem affirmit matres puellis  
çneo instrumento mammas exure-  
re. Hę, vt creditum veteribus, Scy-  
thiam primum justa Tanain, & in-  
de prope Thermoodonta habita-  
runt. Fuere & tales si credimus Dio-  
doro, ad mare Hyrcanum & in Li-  
bya. Hodieque prope Angolam in  
Africa, ex mulieribus totum consi-  
stere regnum asseuerant, qui vide-  
runt: masculum omnem natum oc-  
cidere: cum peregrinis rem habere.  
In America quoque hodie Rio da  
las Amazones. *Thys.* De his etiam  
vide Diodor. Sicul. 2.44. Appianus  
in bell. Mitrid. Noster infra, c. 4. &  
alij. Alb. Kranzius l. 1. hist. Sueciz.,  
c. 6. eas origine, Gothicas hoc est,  
Germanas fuisse contendit. At Stra-  
bo l. 11. pag. 348. & Arrian. l. 7. pag.  
156. hoc mulierum genus vñquam  
existisse negant.

5. *Scytha gens antiquiss.*] Herodotus tamen, 4. 5. ipsos Scythes ait  
dicere, genem suam omnium esse  
nouissimam: & de gentis antiqui-

tate Ægyptios non cum Scythis,  
sed cum Phrygibus, certasse refert.  
1.2. 2. quod confirmat in Eutropiū  
Claudianus, 2. 251. Sed Marcel. 22.  
34. *Ægyptiam genem* inquit, om-  
niū recensissimā, nisi quod super  
antiquitas certat cum Scythes. B.  
Similem contentionem inter A-  
thenieas & Argiuos memorat  
Isocrates Panathenaico Bong.

*Scythus & Ægyptius*] M. Porcius  
Larro principatum quoq; originis;  
Scythis tribuit; neque adeo inepte:  
Arca Mox in Armeni, mōtibus cō-  
sedit, Armeni vero Scytha. *Thys.*

*Contentio*] Quam pluribus expo-  
nit Ocho Heurnius in Indice, c. 13.

6. *Ægyptius*] Aegyptiis antiquissi-  
mos le esse mortalium perfua-  
sum habuere. Creditumque Gentili-  
bus, non tantum cetera animan-  
tia, sed ipsum quoque hominem,  
compendium illud mundi atque  
imperatorem vniuersi, Nilum fe-  
cundissimum amnum benigna  
quadam caloris humorisque tem-  
perie in lucem produxisse. Lege  
Pomp. Melam l. 1. c. 9. & Plin. 10. c.  
58. Diodorum Siculum, Aelianum,  
Mactrobium, &c. *Thys.*

*Generare homines*] Ita mox infra,  
n. 18. Periuererunt enim olim sibi  
profani Gentiles, vt etiamnum ho-  
die Sinenses, homines initio cum  
ceteris animalibus, non à Deo  
conditos, sed è terra, stirpium  
adinstar,

poris inuenirentur, vel locorum vicia quæ sitis arte reme-  
diis mollirentur: Ægyptum ita temperatam semper fuis-  
se, ut neque hyberna frigora, nec æstivus solis ardores in-  
colas eius premerent; solum ita secundum, ut alimento-  
rum in usum hominum nulla terra feracior fuerit. Iure  
igitur ibi primum homines natos videri debere, ubi edu-  
cari facillimè possent. Contra, Scythæ cæli temperame-  
tum, nullum esse vetustatis argumentū putabant: Quip-  
pe naturam, cum primum incrementa caloris ac frigoris  
regionibus distinxit, statim ad locorum patientiam, ani-  
malia quoque generasse: sed & arborum atque frugum, 12  
pro regionum conditio[n]e, apte genera variata. Et quanto 13  
Scythes sit calidum asperius quam Ægyptiis, tanto & cor-  
pora & ingenia esse duriora. Ceterum si mundi, quæ nunc 14  
partes sunt, aliquando unitas fuit: siue illuvies aquarum  
principio rerum terras obrutas tenuit: siue ignis, qui &  
mundum genuit, cuncta possedit, utriusque primordij  
Scythes origine praestare. Nam si signis prima possessio re-  
rum fuit, qui paulatim extinctus, sedem terris dedit;  
nullam priusquam Septentrionalem partem, hyemis ri-  
gore ab igne secretam: adeo ut nunc quoque nulla me-  
gis rigeat frigoribus. Ægyptum vero, & totum Orientem, 16  
tardissime temperatum: quippe qui etiam nunc torrenti  
calore solis exestuet. Quod si omnes quondam terra sub-  
mersæ

adinstar ortos. Vide Diod. Sicul. i.  
7. Eo spectat Atheniensium gloria-  
tio, quam Diogenes Cyricus iis  
cum muribus & lumbricis com-  
munè dicebat esse, se nō id ydovat,  
hoc est, vt noster infra, 2. 6. 4. ait,  
eodem innatus solo. Vide vt modo  
monimus, Laetantium de falsa  
relig. 2. 12. Bern.

8. Nulla terra feracior] Fertilita-  
tem Aegypti predicat & Nicocles  
in laudat. Basiliidis: Josephus  
bell. Ind. 5. 11. &c. Egesippus, 4. 27.  
Tacit. Hist. 7. 5. Plin. paneg. c. 30. &  
31. cum aliis. Bong.

13. Quo into calidum &c.] Ingenia

hominum ubique locorum siue for-  
mar. Curtius, 8. 9. 26. Positio celsi  
corporibus habendum dar. Tacit.  
Agric. cap. 11. Quem locum insig-  
niter illustrat Gruterus dissert. 43 ad  
Tacit. Addendus Erasmus Adagio:  
Mores hominum regioni respon-  
dent. Bern.

14. ignis qui & mundum genuit]  
Hæc sententia fuit Heracliti. Quos  
& Stoicos fecitos Cicero restatur  
111. de Natur. Deor. cum dicit. Sed  
omnia vestri (Stoici) Balbe, solent  
ad igneam vim referre Heraclitum,  
ut opinor, sequentes. Quin & eum  
mundi animam esse existimabant.

mersa profundo fuersunt; profe<sup>to</sup> editissimam quim<sup>y</sup> ue  
partem decurrentibus aquis primum detectam; humil-  
limo autem solo eandem aquam diutissime immorat-  
18 tam: Et quanto prior queque pars terrarum siccata  
19 sit, tanto prius animalia venerare cœpisse. Porro Scy-  
thiam adeo editiorem omnibus terris esse, ut cuncta flu-  
mina ibi nata in Maeotim; tum deinde in Ponticum &  
20 Egyptum mare decurrant, Egyptum autem, qua tot re-  
gum tot seculorum cura impensa que munita sit, & ad-  
uersum vim incurrentium aquarum tantis struthis mo-  
libus, tot fossis consciisse, ut cum his arceantur, illis reci-  
piantur aquæ, nihilominus colis, nisi excluso Nilo, non po-  
tuerit,

19. Scythiam adeo editiorem ] Virgil. 1. Georgic. v. 240.

Mundus ut ad Scythiam Ri-  
phæsque ardus arces  
Consurgit, premitur Libya deue-  
xus in Austris.

Sed constat inter Mathematicos,  
in globo nullum esse alio editio-  
rem locum Bong.

Maeotim & Cimmerias paludas  
nominavit Claudianus. Temerin-  
dam Scythis appellari restatur Plinius.  
quasi matrem maris. Sicut &  
Dionysius Alexandrinus ~~partio~~  
~~ab~~ mbr. Malim ego finem maris  
significare cum nostratis. Scy-  
this autem cum Germanis multa  
communia fuisse vocabula, præser-  
tim in hoc tractu, Taurica Cherso-  
nesus abunde testis. Vide & Bus-  
beq. Epist. 4. Legat. Turc. Armenis  
tamen prius vocabulum mairi pro  
matre usurpatum.

20. Egyptum &c.] Strato qui-  
dam auct Strabonem lib. 1. pag.  
2. a. Egyptum alt prisca tempori-  
bus inundatam fuisse mari. B. Et  
fane, quod statuerent veteres, Ae-  
gyptum ex limo, quem Nilus v-  
hit, accumulato & exaggerato na-  
tam, exinde Nili domum eam ap-  
pellarunt. Eustath. in Dionys. pe-  
rieg pag. 31. pr. Videendi, Herodo-  
tus, 2. 5. Arist. Meteor. 1. 14. Plin. 2.

35. Senec. nat. quest. 6. 26. Quibus  
contradicit Brodæus miscell. 3. 5.  
vbi ait, nec decem quidem mundi  
statues ad spatium istud hu-  
mo expleandum sufficere. Bernec.

Vim incurrentum aquarum ]  
Præterrum in cataractis de quibus  
apposite Senec. Egressus Aethio-  
piam arenasque, per quas iter ad  
commercia Indici maris est, præ-  
terlabitur. Excipiunt autem cata-  
ractæ, nobilis infigi soëctaculo lo-  
cus: ibi per arduas, excisaque plu-  
ribus latis rupe Nilus intûrgit &  
vires suas concitæ: frangitur enim  
occurrentibus saxis, & per angu-  
stias eluctatur, vñicumq; vincit au-  
vincitur, fluctuat: & illic excitatis  
primu aquis, quas sine tumultu le-  
ni alueo duxerat, violèt\* & torrés  
per malignos trâitus proflit, dis i-  
miliis sibi: quippe ad id lutosus &  
turbidus fluit. At vbi in scopolos  
cautiū iarruit, spumat, & illi non  
ex natura, sed ex injuria loci, co-  
lör est: tandem eluctatus obstan-  
tia, in vastam altitudinem subito  
destitutus cadit, cum ingeni re-  
gionum circumstantium steepitu.

Cum huc arceantur, illi res ag] Hac respiciens Isocrates in lauda-  
tione Busiris, Egyprios dixit  
imbrum simul & siccatum, quo-  
rā alius Jupiter promis conditum est,  
per se ipsos potestatem habere:  
dum

tuerit, non posse videri hominū vetustate ultimam, quæ, siue ex aggerationibus regum, siue Nili trahentis limum terrarum recentissima videatur. His igitur argumentis superatis Ägyptiis, antiquiores semp. 1 Scythæ visi.

CAP. II. Scythia autem in Orientem porrecta includitur ab uno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis, à ergo Asiam & Phasi flumine. Multum in longitudinem & latitudinem patet. Hominibus inter sc nulli fines. neque enim agrum exercent: nec domus illis villa, aut tectū, aut sedes est, aimenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberosque secū in plaustris vehunt, quibus

coriis

dūm scilicet Niloticas aquas, quæ vicem imbrum Aegypto præstant, pro arbitrio vel foisis in agros suos deriuant, vel objectis moliibus arcent.

Aggerationibus regum] Inde titulus Codicis, de Nili aggeribus non rumpendis. Cic. moles vocat op. postras fūndibus. Oth. 24. Bong.

Nili erahens &c. ] Vnde aqua Nili turbida & limosa fuerit, varie auctores, Arrianus, de Rebus Iudicis pluriarum in Aethiopia vehementiam, causam voluit. Abradi particulas telluris in Aethiopia, Plutarchus asserit; Alij aliter.

CAP. II. I. Ponzo] Vide supra, l. 1. 6.

Riphæi] Plinius dicit, ubi desciunt Riphæorum montium juga, ibi Arimphæos esse. Quos non esse Scythas, Herodotus testatur. vide eum libr. 4. & Plin. l. 6. c. 7. Riphæi montes assidua niue rigent, atque siti sunt in extremis partibus versus aquilonem, vnde fluit Tanaïs. Sed quinam & ubi Riphæi montes?

Phasi flumine] Ita legendum etiam contra libros, qui habent Irbasi. De Phasi vide Plinium, l. 4. & Solinum c. 20. & libellum de fluminibus nomine Plutarchi editum. De Scythis, præter Herodotum lib. 4. vide Diodorum Siculum l. 2. & Strabonem l. 7. ubi eo-

rum integratatem multis prædicat, de qua & Horatius l. 3. ode 24. Vide & pauca apud Marcellin. l. 22. c. 19. & confer quæ l. 31. 5. & seqq. de Hannis scribit & Alanis, quos c. 7. discurrere ait latrocinando & venando. Ita enim videtur locus ille supplendus. Bongarsius. Legitur & Tanaïs vero à Scythis Silas appellabatur, qui ex Riphæis montibus originem accipere creditur, ut Ptolemaeus & Plinius tradunt. melius ex filiis Riphæi, ex parte nimurum Hercynia oriri Isidorus voluit. ut olim auctor fuit Orpheus in Argonauticis, atque hodie oculati testes. Ex magna ibi palude oriri, Herodotus tradidit. Alij autem, teste Eustathio, Tanaïs fontem incognitum esse tradunt. Illud præterea scire oportet, Arrianum scribere, alium Tanaïn esse Scythicum, quem Alexander cum summo discribente trajecit. Tanaïs quoque Iaxartes appellatus insigne errore, is enim in Caspium mare se exonerat, Tanaïs autem in Maeotidem. Duo illi ostia tribuunt antiqui, sicut & in r. n. Albericus Campensis, et si Dominicus Martinus Niger quinque ostiis in Maeotidem fluere dicat. Vide & Acneam Sylgium in sua Geographia. 4. In plaustris] Vnde Scythæ dicti:

coris, imbrium hyemisque causa tectis, pro domibus  
5 vtuntur. Iustitia, gentis ingenii culta, non legibus.  
6 Nullum scelus apud eos furto grauius: quippe sine tecti  
munitione pecora & armenta habentibus, quid saluū  
7 esset, si furari liceret? Aurum & argentum non perinde  
8 ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle vescuntur.  
9 Lanæ iis usus ac vesuum ignotus: & quanquam conti-  
nus frigoribus vrantur, pellibus tamen ferinis aut mu-

*n' μαζικοι & απαξοληται, hoc est  
in plaustris viuētes itē αμαζενοι  
domos suas in plaustris habentes.*

Corius] Vix inhibeo manum re-  
scripturientem corribus: quæ vox  
è curribus, quod coris in ms. quo-  
dam iuprascriptum Bongarsius af-  
firmat, facili literarum ductu for-  
matur. Certe plaustra Scythica  
corribus tecta facit & Amm. Mar-  
cellinus, 22. 19. Idemque, 31. 6.  
Alanos ait vagari supersidentes  
plaustris, que operimentis curvatu-  
corticium (tanquam imbricibus) per  
solitudines conserunt. Bern.

5. Iustitia, genti ingenio culta,  
non legibus] Morallum justissimi  
Abij (hoc est, Scythæ) dicuntur  
Homero Iliad. 13. 6. laudante Stra-  
bone lib. 7. p. 209. & Arriano lib. 4.  
pr. Sed & noster infra, 12. 1. 17. gen-  
iem innociam dicit. P. Ceterum de  
princis Romanis similiter Sallust.  
Catil. c. 9. Ius bonumque apud eos  
non legibus magis, quam natura  
volebat. De Germanis Tacitus, c.  
19. Ius ibi boni mores valent,  
quam alibi bona leges.

Ingenio] Ingenium vocat, quod  
pauci post, n. 14. naturam.

Nænius: *Ite actu in frondiferos  
lucus, ubi*

Ingenio arbusta nata sunt, non  
obitra.

Notauit Scaliger ad Au' calum, 1.  
23. Petronius, Crines ingenio suo  
flexi. Tacit. annal. 3. 26. cum honesta  
suo propter ingenio pererentur. Sallust.  
hist. libro 3. Fugna ingenio loci  
prohibebatur. Et libro 5. Insulae

*suopre ingenio alimēta mortalibus:  
gignunt-ita Florus, 2. 6. 27. & 2. 17.  
5. Berne. B.*

6. Quid saluum esset] Ita vett.  
editiones manuscriptorum tradu-  
ces: melius, opinor, quam quod  
Bong. edidit, quid inter filium su-  
peresse? Nam ratio ista generalis  
est, non filiarum propria. Verum  
quidem est, quod non in filiis, (vbi  
vehiculorum incommoda vēctio).  
sed planicie morari soliti Scythæ.  
vnde *campestres* eos vocat Horat.  
3. Od. 24.

7. Non perinde &c.] Ita vett. om-  
nes. Tacit. de Germanis, c. 5. Posse-  
sione, inquit, & usu (auri & argen-  
ti) haud perinde afficiuntur. Bong.  
Editiones quædam veteres, & è  
Bongarsianis miss. vnu, forte me-  
lius, perinde aspernantur ac reliqui  
morailes appetunt.

8. Lafe] inde Homero Iliad. 13. 6.  
Γαλαξειοι ιγοι, lattini, Strabo.  
1. 7. & 11. addit carne & Caseo, equi-  
no. maxime Bong.

9. Lanæ iis usus &c.] Particula  
interposita & quamquam, totam  
loci sententiam turbat, quæ p' ana-  
fit ea sublata. Legendum ergo cen-  
set Salmasius: *Lanæ iis u. a. u. ig-  
notus, quamquam &c.*

1. ellibus &c. murinis] Vir magnus.  
marinis hic legēdū suader, cū & in.  
Tacit. Germ. c. 17. sit de pellibus bel-  
luarū, quas exterior Oceanus gig-  
nit. Vix persuader: magis Turneb<sup>s</sup>,  
aduersar. 15. 23. mures, antiquos in-  
tellexisse non tantum domesticas,  
illas bestiolas, omnia rodentes, ac  
penorū

riais vtuntur. Hæc continentia illis morum quoque iustitiam edidit, nihil alienum concupiscentibus. Quippe ibidem diuitiarum cupidio est, vbi & vsus. At ju

penori infestas: sed & siluestres feraeque bestias mitioris formæ, pelle commendabiles: quo in genere sunt *Mares* & *Hermeline*. Facit huc illud Seneca, epist. 90, 38. *Magna Scytharum pars cergis vulpium inducet ac murium, quæ tacu multa. Et impenerabilia venient sunt.* Eginoardus in vita Caroli M. Ex pellibus *lurinus vel murinus thorace confecto humeros ac pectus bieme muniebat.* Ammianus, 31. 3. Hunnis item *indumenta tribuit ex pellibus silvestribus murium consarcinatus: vbi Notas eruditissimas V. C. Fr. Lindenbrogii vide.* Ceterum de pellicis tegumentis multa, nec alspernanda, congetur Hieron. Magius, miscell. 3.7. Bern.

Tamen ferinis Bongartius rancu maller, tentatio certe requirit. In quibuidam codicibus legitur, *felines, proferinis.* Torum autem hunc locum sic emendauit Cl. Salmatius: *Lana us vsus ac vestium ignotus, quanquam continuis frigoribus urantur. Pellibus tam ferinis aut murinis venantur.* Scythes enim, siue Parthos, murinis pellibus, cōficiendis tunicis, vlos fuisse, testatur Hesychius: Σιμων. Πόρ. Πάτθος κελεύσται πι μως ἀγορεί σιδος ο ταῖς σοφεις χρῶντος καρδιανος. Huiuscmodi tunicas μυστρες appellabant. Sed non possum hic præterire, quæ de hoc animali ad me perscriptis vir diuinus, Cl. Salmatius: De Simore, inquit, verum est, quod tibi in familiari sermone dixi, hodieque à Paris hoc nomen dari animalculo cuidam paruo felis non dissimili. Arabes *Simmor*, cuius pelle calidorem esse corpori humano, quæ cuiuslibet alterius animalis, scribunt; sed nec eodem modo præ-

parari. Puto esse, ut illa a nomi deicribunt, quam Matenzi *linnam* vulgo appellamus, Hungari & Poloni, Germanique Zobel. Sed ut felis similis sit hæc bestia, non ideo tamē admiserim scriptaram, quam in quibusdam scriptis Iustini exemplaribus reperiiri ait. *felini, aut murinis.* Quis eam non videt ab imperito aliquo esse ex cogitata, qui cum videret, murinas ibi pelles nominari, statim putauit felinas pro feriis dicendas, quas auctor una commemoraret? Atqui certum est, veteres Latinos murium nomiae, cum murinas pelles dixerent, & feles ipsos, omnes genus domesticos, feroique, comprehendisse, & maiora etiam animalia, quorum pelles ad vestitum, visurarentur. Cum Pantheras Romani mures Africanos vocarunt, nonne earum pelles murinas possent vocari verisimile est? Puto tamē, futilū, per murinas pelles interlexisse minorum omnium animallū, ut sunt martures, males, feles feri, vulpes, simores Parthici, & alia. Per ferinas vero grandiorum ferarū, ut sunt lupi, leones, leopardi, & similia. Ammianus Marcellinus, lib. xxxi. notat, *Hunnos indumentis operiri linteis, vel ex pellibus silvestribus murium consarcinari.* Ad quem locū Fr. Valesius scribit, has pelliculas odoratas fuisse, & citat Hieronymi verba, que de alio plane mure intelligenda. Nā animal Moschi etiā mus est, & Zibethum, quoque mure appellariunt, sed eorum pellibus ad vestitū non suunt vī, & siluestres illi mutes, ex quorū pellibus sibi vestes Hunnos confarcinasse tradit Marcellinus, de martis, vel martubus accipiendi, & vespuculis, quarū hodieq; in illis pellibus ad amictū expetuntur, & in aliis orbē, nostrisque, inde importātor. Hactenus Salmatius. Vof. 14. 52.

utinam reliquis mortalibus similis moderatio, & abstinentia alieni foret! profecto non tantum bellorum per omnia secula terris omnibus continuaretur: neque plus hominum fetrum & arma, quam naturalis fatorum cōditio raperet. Proisus ut admirabile videatur, hoc illis naturam dare, quod Græci longa sapientium doctrina præceptisque philosophorum consequi nequeunt; cultosque mores incultæ barbariæ collatione superari. Tāto plus in illis proficit vitiorum ignoratio, quam in his cognitio virtutis.

CAP. III. Imperium Asiæ ter quæsuere, ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti, aut invicti mansere.  
1 Darium, regem Persarum, turpi ab Scythia summoventur fuga: Cyrus cum omni exercitu trucidauerunt:  
2 Alexandri Magni ducem Sopyriona pari ratione cum copiis vniuersis deleuerunt: Romanorum audiuerere, non  
3 sensere arma. Parthicum & Bactrianum imperium ipsi  
4 condiderunt. Gens laboribus & bellis aspera vires corporum immensa: Nihil parare, quod amittere timant:

14. Sapientium doctrina ad Scytharum laudem locus quoque huc egregius facit ex Plutarchi conuiuio: Ardalus, inquit, Anacharsim allocutus, interrogauit, an apud Scythes tibicinæ essent: qui ex tempore respondit, ne quidem vires apud Scythes esse. Rurumque Ardalo dicente, Atqui dij suat Scythis: Omnino, inquit Anacharsis, iique intelligentes humanæ lingue. Neque Scytha idem credunt, quod Græci: qui quamquam Scythis eloquio praestare se censem, tamen Deos osium & lignorum sonos, quam humanam vocem, libentius audire abhidentur. Quid quod Scytha cum Zamolxisde suo legislatore, animarum immortalitatem credebant? Studia quod attinet, quis inter Ethesicos prior Orpheo poeta?

quem Thracem sive Scytham fuisse constat. Clemens quoque Alexandrinus lib. 1. Græcos multa accepisse ab iis refert. Neque ipse Plato in Cratyllo suo hoc negat. Theodoretus Colloquio 5. ita de iis loquitur: Quinetiam Nomades Scytha, qui sunt nobis familiarissimi (eos dico, qui in solitudinibus vitam degunt) singulari quadam mentis solertia ac prudenter prædicti esse narrantur, accentissimoque ingenio pollere, ad cognoscendam veritatem, falsitatemque resellendam maxime facti. Thys.

CAP. III. 1. Quæsuere] Hoc est, acquisuere, pro composite simplex. Ita supra, 1. 9. 13. Vell. Patrc. 2. 18. 7. & alij. Bern.

2. Turpi fuga] Eadem prope verba intra, 7. 3.d.

7. Nihil!

meant: nihil victores præter gloriā concupiscunt. Primus Scythis bellū indixit Vexoris, rex Ægyptius, missis primo lenonibus, qui hostibus parendi legem dicerent. Sed Scythæ, iam ante de aduentu regis à finitimis certiores facti, legatis respondent: tam opulentí populi duce stolide aduersus inopes occupasse bellū, quod magis domi fuerit illi timendū: quod belli certamen anceps, prima victoria nulla, dumna manifesta sint. Igitur non exceptuatos Scythes dum ad se veniatur, cum tanto sibi plura in hoste concupiscenda sint, utroque preda ituros obuiam. Nec dicta, res morata: quos cū tanta celeritate venire rex addidicisset, in fugā veitur, exercituque cū omni apparatu belli relicto, in regnum se recepit. Scythes ab Ægypto paludes prohibuere: inde reuersi, Asia perdomitam vectigalem fecere, modico tributo, magis in

7. Nihil vñctores &c.] Supra, 1.1.7.  
Pulca in hanc rem dissertatio  
Phil. Camerarii, hor. subcī. cen-  
tur. 1.78.

8. Vexoris] Ita boni libri: alij Vi-  
xoris: quidam Besoxus. Orosius  
ms. lib. 1. cap. 14. Vesogenes. Florenti-  
na editio hoc loco, & initio libri  
1. suppoluit Sesostris, contra li-  
bros; opinor quia Herodotus,  
lib. 2. refert, eum Scythes subegisse.  
Iornandi est Vesosis. Bong. Vexo-  
ris rex Ægyptius: Lege quoque  
hic, ut supra, Sesostris. Sed miror  
equidem quod Iustinus hic dicat  
Scythes viceisse Sesostris, siue Seso-  
strem, & in regnum repulisse: cum  
Herodotus, Dicæarchus, Diædorus  
Siculus, & alij, prodiderint, hunc  
Scythes subegisse, omniumque,  
quas adierit, gentium fuisse victo-  
rem. Trogum tamen secutus est  
Valerius Flaccus lib. v.

--- ut prima Sesostris  
Inulerit rex bella Geris, ut clade  
suorum  
Terricu, hos Thebas, patriumque  
reducat ad amnem.

Thasidōs hos imponat agris, Col-  
chosque vocari  
Imperet.

----- Vossius.  
Lenonibus] hoc est, legatis, secia-  
libus. Hanc vocem omnes, præter  
vnus, veteres agnolunt: & probat P. Danielis ms. Glossarius. Le-  
no, id est, mediator, inquit, qui  
apud Iracos dicitur Ambassator.  
Vnde Trogus / ometus in secundo  
historiarum: Premisis lenonibus,  
qui hostibus parendi legem indice-  
rente. Bong. Neque vero mirandum,  
lenones, flagitijs propudiisque ini-  
stros, de re honesta usurpari: sicut  
contra conciliacor & conciliare, vo-  
ces honestæ, ad hoc turpe ministe-  
rium postea sunt traductæ.

10. Stolide] Ms. colendi. Vnus ita-  
lide, quod ad vulgatam lectionem  
proxime accedit, quam sequutus  
est Orosius. Hic locus explicat,  
quod Scythicus legatus apud Curtiu-  
m, 7.8.27. ait, suu paruisse uer-  
usque in Ægyptum Bong.

13. Nec dicta, res morata] Ita Flo-  
rus, 3.3.9. Nec segnius quam mina-  
uisuerant, &c.

16. Nec

in titulum imperij, quam in victoriae præmium impo-  
16 sito. Quindecim annis pacandæ Asiae immorati, vxo-  
rum flagitatione reuocantur, per legatos denuntianti-  
bus nisi redeant, sobolem se ex finitimiſ quasituras, nec  
passuras, ut in posteritatem, Scytharum genus per semi-  
17 nas id intercidat. His igitur Asia per mille quingentos  
18 annos vestigalis fuit. Pendendi tributi finem Niaus  
Rex Assyriorum imposuit.

**I. C A P. IV.** Sed apud Scythes medio tempore duo  
regij juuenes, Ylinos & Scolopitus, per factio[n]em optimam,  
domo pulsi, ingentem juuentutem secum tra-  
2 xere; & in Cappadociæ ora, iuxta amnem Thermodo-  
onta considerunt, subjectosque Themiscyros cam-

16. Nec passuras, ut in posterita-  
cem] 10. Peyraredus, nobilis Aqui-  
tanus, legit, nec passuras, ut sine po-  
steritate, &c. Voss. Freinshemius re-  
scribit ita: nec passuras in poste-  
rum, ut &c. Bene, ut puto.

**C A P. IV. 1.** Duo regij juue-  
nes] Totum hunc locum conser-  
cum Orosij capite 15. libri primi. B.

**2. Cappadocia]** Καππαδοκία, Asie Minoris regio. Hodie Almasia est Iacobo Caſtald. Genech. Theue-  
to, Toceatu, Alaluiē, Pineto, Stra-  
boni & Halicarnasseo hæc Cappa-  
docia quoque Leucolyria dicitur,  
Αιγαλούρια. Cappadoces à Græcis  
Syros nominari, scribit Herodotus  
lib. 1. Pyræthos cognominatos  
aliorum differentia, scribit Eustathius:  
quod ex igne futura pre-  
dicebant. Capthorim Hebræis di-  
ci, docet ex Onkelo Arias. Joseph.  
lib. Antiqu. 1. dicit, Hebræis Mel-  
chinos (Μελχίτου) nuncupatos in-  
colas. Strabo tradit, Cappadociam  
in duas satrapiz̄ à Persis diuisam,  
in eam, quam proprie Cappado-  
ciam ad Taurum, item Magnam  
cognominarunt: & alteram, quam  
Pontum, & Cappadociam Pontica-  
m dixerunt. Hæc Pontica, eodem  
auctore, sub Archelao rege, in  
quinque præfecturas distincta

pos-  
fuit. In Lauinænā Λαυηναῖνων  
nēpe, (vel Lanianā Λανιαῖνων) Sargulena[m] Σαργυλενῶν, Sarauena[m] hoc (in Græco non inue-  
nio,) Chamanena[m] Χαμανενῶν, & Morimeham Μοριμενῶν. De  
hac Cappadocia intelligit vetus  
Adagium, tria Cappa peisima, ut  
ex Iudori Peluſiotæ Epistolis vi-  
detur. In totidem quoq[ue] idem  
Strabo diuidit eam quam Magnam,  
dixit, scil. in Melitenā Μελιτενῶν  
Cataoniam Καταονίαν, Ciliciam  
Κιλικίαν, Tyanitim Τυανῖτην,  
Isauritum Ισαυρίτην. Sed quod hic  
quoque addam, est, quod Ptole-  
maeus Sargarausenā Σαργαραυ-  
σενῶν, & Garsauria Γαρσαυρία, le-  
git. Apud eundem Melitena, Catao-  
nia, & Lauianensis, in Armenia Mi-  
nore; & Isauris, in Galatia ponun-  
tur. *Orel. Cappadocia.* Oros. 1. 15.  
*Cappadocia Pontica ora.* Legen-  
dum ex ms. Pontiq. B.

**Thermodōra]** Hic est amnis Cappa-  
docia, sicuti & Scythia, quæ tamē  
eundem esse ex Eustathio arbitror.

**Themiscyros]** Themiscyra apud  
Strabonē l. 12. Pōti planities, Ama-  
zonū sedes Ptolemaeus & Themis-  
cyra vrbē appellat. Thys.

pos occupauere. Ibi per multos annos spoliare fuitimost  
assueti, conspiratione populorum per insidias trucidan-  
tur. Horum vxores, cum viderent exilio additam orbi-  
tatem, arma sumunt: finésque suos summouentes pri-  
mo, mox etiam inferentes bella, defendunt. Nubendi  
quoque fuitimis animum omisere; seruitutem, noa  
matrimonium appellantes. Singulare omnium sæculo-  
rum exemplū ausæ auxere rempublicam sine viris: jam  
etiam cum contemptu virorū se tacentur. Et ne felicio-  
res aliaæ aliis viderentur; viros qui domi remanserant,  
interficiunt. Vltionem quoque cælorum coniugum, ex-  
cidio fuitimorum consequuntur. Tum pace armis que-  
sita, ne genus interiret, cōcubitum fuitimorum ineunt.  
Si qui mares nascerentur, interficiebant. Virgines in  
eundem ipsis morem, non otio, neque lanificio: sed ar-  
mis, equis, venationibus exercebant, inustis infantum  
dexteroribus mammis, ne sagittarū jactus impedi-  
tur: vnde Amazones dictæ sunt. Duæ his reginæ fuere,  
Marthesia & Lampeto: quæ in duas partes agmine diui-  
so inclytæ iam opibus, vicibus gerebant bella, solæ ter-  
minos alternis defendantes: & ne successibus deesset  
auctoritas,

6. *Singulare exempli.*] Secutus  
sum nixam fide mss. emendatio-  
nem Fr. Modij, nisi quod ausæ pun-  
ctum in subdivisitionem mutari.  
*Audere exemplum* eo modo di-  
citur, ut apud Tacitum annal. 13.  
36.1. *Audere pugnam:* & alibi, au-  
dere stuprum, vltionem, &c. Ceterum,  
non tam vera quam huic  
narrationi similia, de puellis Bo-  
hemis, Velasca duce, principatum  
ia viros occupantibus, habet Aen.  
Silvius, Bohem. cap. 7. Bern.

7. *Viro q. d.r. interficiunt.*] Inde  
Scythica voce dictæ Amazones  
Æorpata, hoc est, viricida Hero-  
dot. 4.11.6. B.

10. *Interficiebant.*] Aliter Iornan-  
des, Getic. c. 8. Q[uo]d c[on]quid parrus  
masculini edidissent, pari reddie-  
bant, &c. Qua ratione adhuc hodie

principias Africani Regis Moni-  
motapæ legiones, quas ex mulle-  
ribus in certam aliquam insulam  
derrusis conserbit, femellas sibi  
reieruare, masculos patribus tran-  
mittere scribit Eduard. Lopez, l. 3.  
de regno Cong. c. 9. Bern.

12. *Marthesia & Lampeto.*] Scri-  
be Marpesia & Lampedo. Græcis.  
Marpesia ή Δαυτόδη. Hec  
Lampedo inter Pleiades olim re-  
lata est, sed postea alia in ejus lo-  
cum substituta est. Voss.

13. *Alternis.*] Scil. vicibus. Ita vet.  
editiones Bong. alcerno, quod ne-  
scio an idem sit cum alternari. Paulo ante, pro sole term. Freins-  
hemius legit, soli, hoc est, ditionis.  
valde probabiliter.

13. *Et ne successibus.*] Inde vo-  
tum Alexandri apud Curtium,  
8.8.

14 auctoritas, genitas se Marte prædicabant. Itaque majo-  
re parte Europæ subacta, Asiæ quoque nonnullas ciuita-  
tes occupauere. Ibi Epheso, multisque aliis urbibus cō-  
ditis, partem exercitus cum ingenti præda domum di-  
mittunt. Reliquæ, quæ ad taendum Asiæ imperium re-  
manserant, concursu barbarorum cum Marthesia regina  
17 interficiuntur. In huius locum filia eius Orithya regno  
succedit:

8.8.28. *Veniam Indi quoque Deū quoque esse me credat.* Fama enim bella conitant, &c. De D. Augusto Philo Iudeus lib. de legatione ad Caium: *Accipit diuinos honores, non quod probaret, sed quia videbatur hec postulare amplius Imperij, cui veneratio quadam parabatur his artibus.* Videamus omnia D. Augustinus de Civitate Dei, 3. 4. ubi de sententia Varro, utile esse, ut se homines ex diis genitos memoriatur. Bern.

Genitus se Marte, I. Diodorus de vna tantum id narrat, cuius nomen non exprimit: & Apollonius, Amazones, Martis & Harmoniae Naiadis geniti esse tradit. Bon.

14. *Asie]* Sieton. Csl. 22. 4. *Magnam iauit Asia partem Amazonas renuisse quondam.* Si am accipe Minorem, non illam, quæ tertia pars Orbis habetur. B.

15. *Epheso] Vrbs tonit nobilis, & Diana templo, quod inter septem orbis miracula, fuit celeberrima.* Hæc condita à Smyrna Amazone, vel, ut alij, à Zimorna. Vnde & Smyrna & Zimorna dicta juxta Stephanum & Hesychium. Ephesi autem pars oppido ab Androclo inclusa. Post, circa Templum Diana in loco cauo ac depresso ha-  
bitarunt vque ad Alexandrum. Ly-  
simachus autem urbe in superiora transiit, & eorum urbe antiquâ adjuuantibus imbris subuerit. vnde cataclysmos Ephesi dicta. vi-  
de Salinus in Solinum.

17. *Orithya]* Sic est in omnibus scriptis libris, & impressis quibus-

dam, Vulgo Otrera: & apud A-  
pollonium lib. 2.

— — A'μαζ. videt Cæsareus,  
O'tribon te καὶ Αττίνη μ. B. Ama-  
zois hoc nomen tranpositis li-  
teris corrumpitur. Scribendu enim  
Oritia: Grecum est Οτρία Apol-  
lonio, pro quo alij dixerunt Οτρί-  
πεια, ut Καλλίστη Καλλίστεια.  
Inde Otreria vel Otrina Trog-  
Grotius hoc certissimum habet. Nā  
Oritya Atticū nomen est. Salmas.

Filia eius Oritya regno succe-  
dit. Nam supra scriptum erat, le-  
gendum esse, Sinope. Et sic quoque  
legerunt sequioris eti scriptores,  
huius compilatores. Sinopē Ama-  
zoium vnam fuisse, & ab ea urbe  
dictam, testatur Andron, apud Ety-  
mologici magni auctore, in voce  
Σινόπη. O' δ' Α'νδρον φοίσις  
μήτις τῆς Α'μαζόνων αυγάστη  
τις Πόντον οὐδέ τὸ Ευφράτη  
τίκου, πίνεσσα τε πλεῖστον οἴνον  
προταγορεύθεται Σινόπη. Με-  
ταφράσει ἐτῶ τὸ οὐλαῖς την  
ποντική πίνεσσα. Atqui nō Σινόπη  
significat την ποντική πίνεσσα,  
sed Σινόπη, quomodo ei scri-  
bendum fuerat. Auctor Scholiost  
ad 11. Apollonij Rhodij librum.  
Ε'πει δὲ οὐδὲ τοι στράτευτα γέ-  
γονται οὐδέ Θεοῖς οὐδεὶς οὐδέ  
χρέοιται, Α'μαζόνες, κακούντι-  
την φίλιν Σινόπην ἔτειτα καὶ  
φθερὴ Σινόπη. Sic scribendum.  
Hesychius, Σινόπην την οι-  
κεῖσθαι

succedit: cui præter singularem beli scientiam, eximia seruata in omne ævum virginitatis admiratio fuit. Huius 18 virtute tantum additum gloriæ & famæ Amazonum est, ut Herculi Rex, cui XII. stipendia debeat, quasi impossibile, imperauerit, ut arma reginæ Amazonum sibi afficeret. Eo igitur profectus longis nouem nauibus, comitante principum Græciæ juventute, inopinantes aggreditur. Dux tum sorores Amazonum regna tractabant: 20 Antiope & Oribhya: sed Oribhya foris bellum gerebat. Igitur cum Hercules ad litus Amazonum applicuit, in 21 frequens multitudo cum Antiope reginæ, nihil hostile metuente, erat. Quare eff. etum est, ut paucæ repentinæ 22 tumultu excite, arma simerent, facilèmque victoriam hostibus darent. Multæ itaque cœsæ captiæque. In his 23 dux Antiope sorores captæ sunt, Menalippe ab Hercule, Hippolyte à Theseo. Sed Theseus obtenta in præ-

24 mium  
νότιη Σαρδικη. sic lege. vulgo enim coasperatissimus locus iste Hesychij. Voss.

18. *Herculi* ] Apud Tyrios is maxime cultus, atque inde deuolutus ad alias gentes. Tyrlis Melcattus, quasi rex fortis ἦρος μελές enim regem denotat. Vnde & Hesychius Μέλιτης & Ηρωλέτης. 19. *Aribs* autem validum denotat. Vnde & A'nt Græcorum & Heros nomen suum accepere. Qui apud Aegyptios Arte vocabatur. Neque ab iis Persæ multum differunt. A'rtios enim Persis Heroës, sicut Hesychius & Stephanus de urbibus testantur. Et A'præ, clarus, magnus, & spendidus, quod in Artaxerxe & Artabazo origine adhuc suam retinet. Artabazus enim nihil aliud quam fortis denotat prefectum. Bassa pro capite hodieque Turcis Tartarisque in usu, quin & in priore syllaba Herculis vox quoque A'rtia latitat. Qui quia etiam cum sole confunditur, duodecim solis labores in Zodia-

co Herculi adscripsere, eique Iunonis hortatu impositos fixere. per Iunonem autem ipsum cœlum intellexere. Putant nonnulli sub Herculis fabulis Samsonis historiam denotari. Sed multum dubito, ita tamen August. 18. Ciu. Dei, 19. aliquie. Thys.

*Rex, cui duodecim stipendia deb.*] Hic duodecim Herculis labores, stipendia 12, sine controueria vocantur. vnde pons & labor dicitur. Hor. Epod. Od. 17.

*Quæ finu? aut quod me manet  
stipendium?*

*Efficere: iussas sum fide ponus  
tuam.*

Hec Turnebus aduersar. 30. 27. De duodecim porro laboribus seu certaminibus, quæ rex Eurystheus, instinctu Iunonis imperabat Herculi, casibus eum objecturus, legendæ fabulæ, & Diodorus Sicul. libro 4. tangit etiam Plin. panegyr. cap. 14. fin. & alludit Seneca in Apocolocynt. putauit sibi decimum terrium laborem venisse. Bern.

24. *Theseus*] Sicuti Iustinus, ita & Philo

mium captiuam, eamdem in matrimonium assumpsit, & ex  
 25 ea genuit Hippolytum. Hercules, post victoriam, Menalippen captiuam sorori reddidit, & pretium arma reginæ accepit. Atque ita funetus imperio, ad regem res-  
 26 uertitur. Sed Orithya, ubi compert bellum sororibus illatum, & raptorem esse Atheniensium principem; hor- tatur comites, frustaque & Ponti sinum, & Asiam edo- mitam esse dicit, si Graecorum non tam bellis, quam ra-  
 27 pinis pateant. Auxilium deiude à Sagillo, rege Scythia, petit: Genus se Scytha cum esse: cladem virorum, ne- cessitatem armorum, belli causas ostendit; assecutisque virtute, ne segniores viris feminas habere Scythæ vi-  
 28 derentur. Motus ille domestica gloria, mittit cum in-  
 29 genti equitatu filium Panasagorum in auxilium. Sed ante prælium, dissensione orta, ab auxiliis desertæ, bello  
 30 ab Atheniensibus vincuntur; receptaculum tamen ha- buere castra sociorum, quorum auxilio intactæ ab aliis  
 31 gentibus, in regnum revertuntur. Post Orithyam, Pen- thesilea regno potita est, cuius Trojano bello inter fortissimos viros, cum auxiliū aduersus Graecos ferret,  
 32 magna virtutis documenta extitere. Interfecta demum Penthesilea, exercitūque eius absumpcio; paucæ, quæ in regno remanserant, ægre se aduersus finitos defen- dentes, usque tempora Alexandri Magni durauerunt.  
 33 Harum Minithya, siue Thalestris regina, coconcubitu

Alexandri

Philochorus & alij testantur jux- ta Plutarchum, Theseum Hercu- lem secutum, cum Amazonibus bellum inferret, atque nauigasse usque ad Pontum Euxinum, & premium virtutis accepisse Antio- pam. Sed Pherecydes, Hellanicus, aliique, post Herculem pro- pria classe nauigasse, atque Antio- pam abduxisse tradunt. Atque hæc origo grauissimi belli Ama- zonum, quæ pene in ipsa urbe ca- stra metata, atque à Theseo cœ- sa, vide Plutarchum in Theseo.

31. Penthesilea ] Amazonum regina, quam auxilio Trojanis venisse proditum, & ab Achille occisam. Quam cum, sepulchro ut condecorarent, Graecis persuadere vellet Achilles, atque Ther- sites eidem opprobria objiceret, iætu pugni occisus. Tunc Diomedem, Theræt cognatum, in Scamandrum fluuum projecisse cadaver Penthesileæ proditum est.

33. Concubitu Alex.] Infra. 12. 3. 5. & 42. 3. 9. Curtius, 6. 5. 42. CAP. V.

Alexandri per dies **xiii.** ad sobolem ex eo generandam, obtento, reuersa in regnum, breui tempore cum omni Amazonum nomine intercidit.

CAP. V. Scythæ autem tertia expeditione Asiana, **1** cum annis octo à conjugibus & liberis absfuisse, seruili bello domi excipientur. Quippe conjuges eorum longa **2** exspectatione virorum fessæ, nec iam teneri bello, sed deletos rate, seruis ad custodiam pecorum relictis nubunt: qui reuersos cum victoria dominos, velut aduenas, armati finibus prohibent. Quibus cum varia victoria fuisset, admonentur Scythæ mutare genus pugnæ, memores non cum hostibus, sed cum seruis preliandū, nec armorum, sed dominorum iure vincendos: verbera in aciem, non arma adferenda; omissaque ferro, virgas ac flagella, ceteraque seruilis metus paranda instrumenta. Probato omnes consilio, instructi sicut præceptum erat, postquam ad hostem accessere, inopinantibus verbera intentant: adeoque illos perculerunt, ut quos ferro non poterant, metu verberum vincerent; fugamque non ut hostes victi, sed ut fugitiui serui caperentur. **6**  
Quicumque capi potuerunt, supplicia crucibus fuerunt.

Mulieres

CAP. V. 1. Scytha autem servitia, &c.] An eadem cum his? certe simillima sunt, quæ Sal. Neugebauerus commentar. Moscouie, sub finem capititis **3.** refert ex annalibus Russorum: vbi de Chlopigorod, hoc est, seruorum castro, quem in locum serui ab heris in fugam versi se receperunt. Bern.

Scytha aurem] Vide Herodotum initio libri **4.** qui non *otto annos*, sed *vixi annos*, domo absuisse Scythas narrat: quod sane probabilius est. hic tamen contra consensum librorum nihil muto. Bong.

5. Perculerunt] Ita mss. Herodotus, **4.4.** οἱ στρατιῶται.

6. Crucibus fuerunt] Qualis autem crux? quin de omni cruce dici

possit, altam fuisse, & sublimes pendisse qui affixi huic ligno erat, non est dubium. Nam & nocentes in crucem tolli, leuari dicebantur, aut etiam eam inscendere & ascendere. Sed qui putabat omnes ad unum exemplar eretas fuisse, sane errauerit. Sublimes extra ordinem aliquæ statuebantur: si exempla edenda forent in famosa persona, & ob atrox facinus, aut si hoc supplicio veniret affidens ille, cuius odium esset apud omnes flagrantissimum, aut quæcunque alia causa id flagitaret. Ceterum vulgares cruces non admodum altas fuisse, ex suppedaneo, quod habebant, si habuerint, ostendi potest. Non enim appositū illis suppedaneū, ut cruciarī corporis.

7 Mulieres quoque male sibi cōsciæ, partim ferro, partim  
 8 suspendio, vitam finierunt. Post hæc pax apud Scythes  
 9 fuit, vsque tempora Iancyi regis. Huic Darius rex Per-  
 satum, sicut sapientia dictum est, cum filiæ eius nuptias nō  
 10 obtinueret, bellum intulit: & armatis septingentis mil-  
 libus hominum Scythiam ingressu, non faciēt bus ho-  
 stibus pugnæ potest statem; metucas, ne interrupto ponte

Istri,

pus in illo pedib⁹ sustentis requies-  
 cere: & quasi sustineretur, ut vulgo  
 perīasus doctis esse video. Ad hoc  
 enim suppactum fuit, si tamē fuit  
 crucibus ~~υπερθόσοι~~, ut pede in eo  
 posito cruciarius possit ascendere  
 per se, & lignum quod in medio  
 fixum erat insidere eodem proorsus  
 modo, quo eques, pede stapedi im-  
 posito ad subleuandum se, equum  
 adscendit. medium itaque crucis  
 lignum, quod eminebat ex anteri-  
 ore parte, equi lignæ vicem ha-  
 buit, quod incidebat & equitatbat  
 cruciarius. Unde & οὐτούδι eo  
 dixit crucifixum Iustinus in Try-  
 phonis dialogo. In eo ligno veluti  
 subsidebant toto corpore su-  
 stentati, quia illud natibus preme-  
 bant, cruribus hinc inde pendulis.  
 Hominis autem ita subsidentis bra-  
 chia, utriusque expansa, ad duas  
 latitudinis partes extremitas deliga-  
 bantur, clavis etiam affixa: pedes  
 in ima extremitate longitudinis  
 vinciebantur, & clavis configeban-  
 tur: caput reclinatum habebatur  
 ad extremitatem longitudinis  
 summam: nec is pedibus insistebat  
 suppedaneo, quod falso imaginati  
 sunt. Tribus autem partibus tota  
 crux constabat, arrectario ligno,  
 sive stipe, sive palo, qui erecta  
 statione in terram defigebatur. Sta-  
 cilum & statumen appellat Ter-  
 tullianus. Hæc præcipua pars cru-  
 cis, sive major, quia longior &  
 densior. Altera pars transuersaria  
 est, que ideo antenna appellatur:  
 nam arrectaria mali instar haberet,  
 transuersaria antennæ. Hæc pars  
 diuersis brachiis cruciarij & alli-

gatis quasi vestita erat. Quæ direc-  
 tæ defigebatur, torum corpus su-  
 stinebat rectum. Tertia fuit sedile,  
 id est, lignum quod à medio stati-  
 culo sive stipe crucis erecto emi-  
 nebat, cui insidebat cruciarius.  
 Crucem similem esse Tau Samari-  
 tanum, ex origine tradit Hierony-  
 mus. Aegyptio forsan Salebdi, dice-  
 re voluit, vel Tau littera Abyssino-  
 rum. Appendix loco censetur  
 fuisse suppedaneum. Sed de eo me-  
 rito dubitatur, cum nulla ejus  
 apud veteres mentio, nisi nos  
 Greg. Turonensis auctoritas mo-  
 ueat. Ultimo erat superius tabula  
 alba, nigris literis notata, in qua  
 causa mortis describatur. Græci  
 λιούσαμα dicerūt. Quod id est, ter-  
 ste Hesychio, atq; abulla alba: Salm.

8. [Iancyri] Ea est sex mss. con-  
 stans lectio. Hunc regem Orosius,  
 2. vocat *Attyrum* ms. *Accurum*.  
 Herodotus, 4. 120. *Indachyrsum*  
 vbi & *Scopasin*, & *Taxacim*, dua-  
 rum aliarum Scyriæ partium re-  
 ges, commemorat. Ctesiz, c. 17,  
 Σωτέρημα dicitur: *Antrireggy-  
 rus* Iornandi in Geticis, c. 10. Hæc  
 Bong. Apud Ioroandem tamen pro  
*Antrireggyrus*, Gruterus è ms. Pa-  
 latinis *Iancyras* substituit. Apud  
 Herodotum vero Ιάνθη τυρφή  
 forte pro Ιάνθη τυρφή, & apud  
 nostrum *Iancyrus* pro *Indazyrus*,  
 vel *Idanthyrus* scriptum ait Cl.  
 Salmasius ad Solin. 346. A. 1.  
 Ιάνθη τυρφή: est nomen illius Scy-  
 thi regis apud Clementem. Bern.

Visque ad tempora *Iancyri* regu-

Omaino scribendum, *Idanijri*.

H. erodotus

Istri, reditus sibi intercluderetur, amissis octoginta milibus hominum trepidus refugit: quæ jactura, abundante multitudine, inter damna numerata non est. Inde 12. Asiam & Macedoniam domuit: Ionas quoque nauali prælio superat. Deinde cognito quod Athenienses Io- 13 niis auxilium contra se tulissent, omnem impetum belli in eos conuertit.

## CAP.

Herodoto est I'stri Ιστρος, ut & Arriano, lib. vii. Straboni I'stri Ιστρος. Plutarcho in Apophthegmatibus, I'stri Ιστρος. Multis enim vocabulis inseritur Ιστρος: ergo, & plenioris toni, & vt, Α'ττες Α'ττες, Α'μυντας Α'μυντας. Thymondas Thymondas, Indigetes Indigentes, Carpetani Carpentani, Callatia Callantia, & sexcenta eius generis. Voss.

10. Istri Δαρδανοι, Europa maximus fluvius Ptolemæo & ceteris. Ister. Ιστρος, quoque vocatur, teste Plinio & Strabone: hic, horum nominum mutationem ponit, ad eius cataractas: ille, vbi primum Illyricum alluit: Ptolemæus ad Axipolin urbem: Appianus ad Saui fluminis cum eo confluenciam. itaque ut superior pars Danubius, inferior vero Ister vocatur. Bessorum lingua Istrum nominari, addit Tornandes. Stephano Matteo, Ματταιος, quondam dictus fuit, idem cum Danubim Δαρδανοι, & Danusim Δάνυτη, appellauit. Addubanum nominatur apud Festu, nisi locus depravatus sit. Ortel.

12. Asiam & Macedoniam) De Asia alias Macedonia Europe celebris regio: haec à Septentriione, à Dalmatia Mœsiaque, montana se iungunt: ab occasu mari Adriatico sine Ionio; ab ortu, Aegeo ab Iuitur. Meridianam oram Epiroticæ gentes & ipsa Græcia excipit. Passim Emathia ante dicta fuit, Plinio & Trogostibis. Pæoniam primo

vocatam scribit Luius lib. 40. deinde Aemoniam. Item Edonia & Pieria Solino. Etiam Boeotia quondam dicta, Trogus auctor est. Eius partem Μακεδονια Hesychius & Stephanus appellant, & inde tota regione nomen accepisse refert Eustathius in Dionysium. Posterioribus seculis huius pars Salutaris dicta fuit, ut constat ex libro Notitarum, quæ partim Macedoniam, partim Dacie adscribitur. Ortel.

Ionas] Quæ seruitur adeo impatienter tulerunt, ut crebras seditiones contra praefectos Persicos mouerint. Ac ut de aliis moribus gentis Ionice non dicam, quæ omniū maxime Horuit ingenis & opibus, Dario quidem regnante valde inquieta tuit hac prouincia. Nā dubibus Aristagora & Histio ingam imperij Persici excutere conata est, & hoc nefario consilio sibi ingentes clades & multarum urbium excidia accersiuit. Cum enim Aristagoras, gener Histio, sua sponte ad defectionē propensus esset, magis erit à socero incitatus est, qui cum in aula Persica apud Darium versaretur, & videret, literas non posse mitti sine summo periculo, seruum quedam fide præstante, cui notas in capite impresserat, ad Aristagorā ablegauit. Aristagoras cognitis & perceptis notis, quæ horatrices erant ad mouendam seditionem, externa praefidia quærit, primū apud Spartanos, deinde apud Athenienses. Neque vero difficile fuisset Aristagore, regé Spartanum in suam sententiam adducere;

1 CAP. VI. Nunc , quoniam ad bella Atheniensium  
 ventum est, quæ non modo vltra spem gerendi, verum  
 etiam vltra gesti fidem patrata sunt ; operaque Athene-  
 nensium effectu majora quam voto fuere; paucis virbis  
 2 origo repetenda est : quia non, ut cæteræ gentes, à for-  
 3 didis initiiis ad summa creuere. Soli enim, præterquam  
 4 incremento, etiam origine gloriantur. Quippe non ad-  
 uenæ, neque passim collecta populi colluuius originem  
 virbi dedit : sed eodem innati solo , quod incolunt ; &  
 5 quæ illis sedes, eadem origo est. Primi, lanificij, & olei,  
 & vini usum docuere. Atare quoque, & serere frumen-  
 ta , glandem vescientibus monstrarunt. Literæ certe ac  
 facundia & hic ciuilis ordo disciplinæ, veluti templum

Athenas

cere ; proposita ingenti pecunia, nisi filiola Cleomenis patrem monuisset, vt insidias huius hospitis caueret. Dilicetens igitur Lacedemone, re infecta, Athenas proficiscitur, atque ibi doctis dolis & facetis fabricis perficit, ut 2 o. naues à populo decernantur ad societatem belli ionici. Hæ naues , vt inquit Herodotus lib. 5. fuerunt scintillæ exsuscitantes ingens incendium inter Græcos & Persas. Sed Aristagoras postquam infeliciter cum clas- se regis dimicasset, in Thracia se- dem quærens, ab incolis una cum exercitu suo deletus est. Histixus, princeps seditionis, simulans se pacaturum Ioniam, à rege in parriā dimissus est. Ibi cù ciues suos crudelissimo luctuosissimo bello implicuerat, in quo Miictus, Samus, Chius, Sardes vastatae sunt ; ad extreum has scelerum poenas persoluit. Nam corpus ipsius cruci affixum est à duobus satrapis, Artapherne & Harpago, qui fugiente in Myziam Sardes retraxerunt, caput vero avulsum ab humeris Dario transmissum est, ut perfidiam proditoris execraretur. *Strig.*

CAP. VI. Patrata sunt ] Bong. peracta sunt. Sed monitu Franc. Modij retinimus vulgatam ha- cœnus lectionem. *Patrare pro per- ficeré*, elegantissimo cuique veterum in usu fuit. vt Sallust. Catil. 56. 5. *incepta patrare*. Tacit. Annal. 2. 88. *patrare necem*. Bern.

4. Eodem innati solo ] *Indigenæ*, *autochtones*, *natives*, *Terrigenæ* Ausonio in Catalogo Vrbium :

*Nunc & terrigenus patribus me- moremus Athenas.*

Cicero pro L. Flacco c. 26. *Athena- rum urbs veru statre ea est*; ut ipsa ex se cives suos genuisse dicatur. B. Adde Platonem in Menexeno, Demosth. orat. funeb. & Euripi- dem Ione. Quidam tamen colo- nos Saitarum Athænienses dicti- tabant. Diodor. Siculus , l. 28. Bern.

5. *Primi* ] De Atheniensium inuentis Lucretius initio libri 6. Aelianus var. hist. 3. 38. Cicero pro Flacco c. 26. Bong.

*Serere frum.*] Inde frugum pa- rents hæc vrbis appellatur à Floro, 3. 5. 16.

6. *Athenas*

Athenas habent. Ante Deucalionis tempora regem habuere Cecropem: quem, ut omnis antiquitas fabulosa est, biformem tradidere, quia primus marem feminæ matrimonio junxit. Huic successit Cranaus, cuius filia Athis regioni nomen dedit. Post hunc Amphictyon regnauit,

6. *Athenas*] Athenæ urbs nobilissima Græcia, à cecrope Aegyptio condita, juxta amnum Idissum, ingeniorum & eruditionis fons, quam ab Attio quadrurbam appellatam scribit Festus, clariores, quam ut debeant indicari. Euripidi *Ενδίσθιον*, Græcia Græcia, Diodoro, 13. 27. οὐρανὸς πάντων ἀρχὴ πόλεων πατέρινα τε καὶ θεού, Demoftheni oculus Græcia, Aristidi sapientię Prytanæum dicitur. De qua Urbe vide *Athenas Atticas Meursii*. Αἴθιον sive Minerua illi nomea dedit. Αἴθιον autem refert Hebraeorum Adonai. Quippe illa sapientia Dea ex Iouis cerebro nata. Dei autem comes sapientia vel potius ipse Deus sapientia est. Adonai autem Dominus Deus *Thys*.

7. *Deucalionis*] Quia Deucalion antiquissimus rex Thessaliam credebat etiam antiquissimi quique, quin & ipsi Satyri Δευκαλίωνes dicti, vel etiam Δευκαλίωνes, unde Theocritus,

Οὐδὲ οὐδὲ τεγον Δευκαλίων  
η Δευκαλίωνες.

*Rerum habuere*] De statu & mutationibus Reipubl. Atheniensium, multa paucis Strabo 1.9. Vide & Vell. Patrc. 1.2. Primum regem faciunt Cecropem: alij Acteum, sive Acteonem σὸν τοῦ Ζεύς. Pausanias Atticus, Eustathius in Dionysium, alij. De variis appellationibus Atheniacis, prater jam citatos, vide Herodotum, 8.44. B.

*Biformem*] Διονὺς Eusebius & Hieronymus in Chronicis. Plutarchus de sera Nurn. vind. c. 11. Eustathius in Dionyl. Vide & Dio-

dorum, 1.28. de Pete Mnesthei patre. B. Plures huius appellationis rationes habet Suidas in Κίκης.

8. *Cranaus*] Ab hoc & regionis incolae Cranai dicti.

*Attis*] Alij leg. *Attū*. Acteum ante ab Acteo rege dictam affirmant; vel quia litoralis fere tota sit, exili & angusto quodam veluti margine. Vide Appollodorum lib. 1.11.

9. *Amphictyon*] Pausanias ad Amphictyonem regem, hunc in modum imperium devolutum esse testatur, Acteum, quo in loco nunc Attica est, memorant primum regnasse. Et successor Cecrops, qui cum Acteū filia nupta erat. Huic filiæ fuerū Erse, Aglauros, & Pandrosos; filius Erychthon, qui ad Atheniensium regnum non accessit: forte enim ita accidit, ut viuente patre vita discederet: quo factum est, ut Cecrope mortuo Cranaus, qui opibus & potentia Atheniensibus praestabat, regno potiretur. Cranao vero & alias suis filiis ferunt, & Attidem, à qua tota regio, quæ prius Acteū dicebatur, Attica nominata est. Sed Cranaum Amphictyon, nihil infinitatem veritus (siquidem ejus filiam in matrimonium habebat) regno per vim expulit. Verum & ipse postea ab Erychthonio, facta coniunctione oppretus est. Vett. *Amphictyonides*. Vulgo *Amphytrion*: & ita Orosius ms. 1.9. Verum nomen ex Pausania retulimus. Et ex mss. emendanda est editio Chronicorum Eusebii, quæ Amphictyonem quintum Atheniensium regem facit, quam sit Amphictyon 3. Athen. B.

gnauit, qui primus Mineruæ vibem sacrauit, & nomen  
ciuitati Athenas dedit. Huius temporibus, aquarum il-  
luvies majorem partem populorum Græciæ absumpsit.  
Superfuerunt, quos refugia montium receperunt, aut  
ad regem Thessaliæ Deucalionem ratibus eucti sunt;  
à quo propterea genus hominum conditum dicitur. Per  
ordinem deinde successionis regnum ad Erechtheū de-  
scendit, sub quo frumenti satio apud Eleusin à Tripto-

lemo

*Nomen ciuitati. Arb. ded.*] Atqui Theseum Athenis dedisse nomen, auctor est in ejus vita Plutarchus. Rursum Hyginus, Fab. 164. & 275. Mineruam Athenas & condidisse & ex suo nomine sic appellasse dicit. Bern.

10. *Aquarum illuvies*] De rege, sub quo factum est diluvium Deucalionis, varie traditur. Noster autem Historicus hoc loco, & Orosius lib. 1. cap. 9. diluvium Deucalionis accidisse scribunt regnante Amphictyonem, qui tertius à Cecrope fuit. Sic enim eo loco ait Orosius: Anno octingentesimo decimo ante Romanam conditam, Amphictyon Athenis tertius à Cecrope regnauit; cuius temporibus aquarum illuvies maiorem partem populorum Thessaliæ absumpsit, paucis per refugia montium liberatis, maxime in monte Parnasso, in cuius circuitu tunc Deucalion regno potiebatur; qui ad se ratibus confugientes, suceptos, per gemina Parnassi iuga fouit, alii que, à quo propterea genus humatum reparatum ferunt. Ea quoque tempestate subactam Indianam Liber Pater sanguine maledicet, cædibus oppleuit, libidinibus polluit: geatem vtique nulli vñquam hominum obnoxiam, vernacula tantum quiete contentam. Hæc ille. Nec inter autores alios conuenit de tempore huius diluvij. Nos igitur sequimur Eusebii in Chroacis, & Orosium in 1. lib.

qui Deucalionis diluvium posterioris faciunt Ogygiano 230. annis, hoc est, circa annum etatis Mosis 50. licet Eusebius inibi signet 70. à qua annorum suppuratione proxime abest Cyrius. Perer.

*Græcia*] Orosius, t. 9. Thessalia. B.

11. *Erechtheum*] Vert. in hoc nomine varie corrupti sunt. Ab hoc rege Homerus, Iliad. 2. 547. Athenienses vocat δῆμον Ερέχθεω. Hic à Pausania, Euzebio, quem Augustinus de Ciuit. Dei, 11. 10. sequitur, dicitur Erichthonius. Quod hic ait, per ordinem successionis, repugnat Pausanias Atticis, quem vide, & Diodor. 1. 29. qui eum ait Egyptum fuisse. Bern.

13. *Satio apud Eleusin à Triptolemo reperta est.*] Hoc Buzyges heroi Attico tribuunt alij. Vide Plinium, lib. 7. cap. 56. Et Hesychium in voce Βυζύγης. Epimenidi quoque adscribit hoc Aufonius in Epistolis.

*Hoc si impetratum munus abs te accepero,*

*Prior colere quam Ceres.*

*Triptolemon olim, siue Epimenidem vocane,*

*Aut Bulianum Buzygem.*

Ita legèdi hi versus. Quis enim sit Medes, neminē scire puto: neque etiā quare Buzyges Tullianus dicitur: Omnino itaque scribendum Bullianus, siue Bulianus, à Bulia ciuitate Attica. Recte autē hic Justinus frumenti sationē repertam esse ait sub Erechtheo, non sub Erichthonio, vt alij ferme omnes,

Erech

Iemo repeita est, in cuius muneris honorem noctes initiorū sacratae. Tenuit & Aegeus, Thesei pater, Athenis regnum, à quo per diuortium decedens Medea, propter <sup>14</sup> adultam priuigni astatem, Colchos cum Medio filio, ex

## Ægeo

Erichthonio eūdem facientes, cum hic quartus, alter vero septimus Atheniensium rex fuerint Marmor Arundellianum ΑΦΟΤ ΔΗΜΗΤΗΡ ΑΦΙΚΟΜΕΝΗ ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΣ ΚΑΡΙΩΝ ΕΦΤΑΤΕΝ ΚΑΙ ΠΡ....ΠΡΑ.....ΩΤΗΔ..... τριπτολεμού τοτ κελεούτ και ναιρας ετη χηδδαδη βασιλευτού σ αθηνησιν επιχθεως αφοτ τριπτολημο.....ε σπιρην εν thi παρια καλοτμενη ελετσινι εθ χηδδαδη. Rharia, in qua primum Triptolemus seminasse hic dicitur, est campus in Eleusine. Stephanus : Ρ' αριον πεδίον ἐπέλευσιν, καὶ Ρ' αρια γῆ, νεῳ Ρ' αριστος, ἡ Δημητήρ. Male apud Hesychium : Ρ' αριον, πατεσιον, pro πεδίον. Nomen hoc inditum erat illi campo à patre Rharo. Hesych. Ρ' αριον, ισχυρόν, καὶ διορμα το τετπολεμού παρεγέ. Filius hic erat Cranae, ut idem aliibi; Κερας voc Ρ' αριον. In hac tamen inscriptione Triptolemus, non Rhari, sed Celei filius fuisse dicitur. Et sic quoque Pausanias. Alij autem Celeum regem Elusinis faciunt, Triptolemo coetum, alij pauperem hominem. Similis quoque variatio in nomine matris, quæ hic Neera dicitur, cum aliis quoque Metanira, Polymnia, & Deiope vocetur. Voissius.

*Eleusin*] Attic castellum, circumdatum templo Cereris.

*Triptolemo*] Celei & Meganiræ, vel, ut aliis, Deiope's filius. Orpheus

quoque, nisi alius sit poëta, Dysaulem Eubuli & Triptolemi patrem extitisse, Cheilus autē Atheniensis Tragicus scriptum reliquit, ex Amphictyoni filiabus genitos Triptolemum & Cercyona. Prater iationem frumenti etiam Triptolemus boues & aratrum inuenisse dicitur; quamquam id alij Brigæ Atheniensis attribuant. Vide Pausan. Diodor. Hygin. Plin.

*Noites initiorum*] Eleusinia nimium sacra.

14. *Aegeus*] Pandionis minoris filius: cumque pater à Metionidis regno pulsus esset, atque ad Pyram Megarensi regē, cuius filiū in matrimonio habebat, aufugisser, filii iterū ejectis Metionidis, Megaris Athenas reuertī, atque Aegeus natu maximus regnum obtinuit.

*Colchos*] Regio quæ in Ponto posita magna ex parte in mare pertinet, altero latere in Euxinū & Maeotin deuexa, altero in Caspium & Hyrcanū mare. De iis ita Dionysius:

Περὶ ἡ μήχον πάντοιο μὲν θεῶν Τιμεσιπάτεων  
Κόλχοι γειτναῖσι, μετάλυσις  
Αιγαίωνος.

*Verum ad finum Ponti, post terram Tyndaridarum,*  
*Colchi degut, aduena ex Ægypto.*  
Colchos autē origine Argypios, atque his demum locis confedisse liquet cum Sesostris Scythas inuadere tentaret, & partem exercitus apud Phasin fluvium reliquit. Hinc Valer. Flaccus argon l. 5. Iasonem inducit templi picturam attenitus considerantem :

Cunabula gentis  
Colchidos, hic orruisque ruens, ut  
prima Sesostris  
(Intulerit rex bella Getis, ut clade suorum

15 Ægeo suscep<sup>t</sup>o, concessit. Post Ægeum Theseus, ac de-  
 16 inceps Thesei filius Demophoon, qui auxilium Græcis  
 aduersus Trojanos tulit, regnum possedit. Erant inter  
 Athenienses & Dorienses simaltatum veteres offensæ,  
 quas vindicaturi bello Dorienses, de euentu prælij ora-  
 17 cula consuluerunt. Responsum superiores fore, ni regem  
 18 Atheniensium occidissent. Cum ventum esset in bellum,  
 militibus ante omnia, custodia regis præcipitur. Athe-  
 19 niensibus eo tempore rex Codius erat: qui & respon-  
 so Dei, & præceptis hostium cognitis, permutato regis  
 habitu, pannosus, sarmenta collo gerens, castra hostiū  
 20 ingreditur: ibi in turba obſtentium, a milite, quem  
 21 falce astu convulnerauerat, interficitur. Cognito reg's  
 22 corpore, Dorienses sine prælio discedunt. Atque ita  
 Athenienses virtute ducis, pro salute patriæ morti se  
 offerentis, bello liberantur.

I CAP. VII. Post Codrum nemo Athenis regnauit  
 quod

*Territus hos Thebas, patrumque  
 reducat ad annem,  
 Phasidios hos imponat agris, Col-  
 chosque vocari*

*Imperet.*

Vide Heliodor. l. 4. Aethiop. & Bo-  
 chartum in suo Phaleg.

15. *Demophoon qui auxilium*] Hic variat historia. Menesthei Atheniensium regis anno XVIII. cap-  
 tam Troiam auctor est Eusebius, at Homerus in catalogo nauum:  
*Iliad.* 2. 552. & Diodorus, l. 1. eundem faciunt Atheniensium ducem.  
 Collocatur autem inter Theseum & Demophoontem Bern.

16. *Dorienses*] Herodotus, 5. 76  
 Vide & Valerium Max. 5. 6. & Au-  
 gustinum, de ciuit. Dei, 18. 18. Pau-  
 sianas Atticis & Achæcis, Orosius,  
 l. 18, Peloponnesos vocant, & Eu-  
 sebius in Chronicis: Velleius Pa-  
 terculus, 1. 2, Lacedamonias: que  
 eadem sunt. Fuit autem Codrus  
 Melanthi ex filius, Pluta rchus  
 de exilio, cap. 24. Strabo libro

9. Hunc locum transcripsit Saref-  
 ber. Polycrat, 4. 3. B. Historia, præ-  
 ter auctores citatos, ex his quo-  
 que petenda: Cicerone Tuscul.  
 1. 4. 8. Amin. Marcellino, 22. 13. Po-  
 lyxeno Strategem, lib. 1. Tzetze  
 Chil. 1. Hist. 4. Laetantio, 3. 12.  
 Seruio ad eclogam 4. Bern.

19. *Pannosus*] Sumpta ueste lig-  
 natoris, ut vult Polyxenus: pasto-  
 ris, ut Velleius. Famularem ve-  
 stem vocat Ciceron: quomodo &  
 in Valerio legendum censet Mo-  
 dius, pro familiarem. Bern.

21. *Cognito* Sebistius leg. agnito.  
 Sic infra, 2. 8. 4.

CAP. VII. 1. Post Codrum] Aliter tamen Pausanias in Achæ-  
 cis, cum ita loquitur: Non multis  
 post annis cum Medon & Nileus  
 Codri filij de regno disiderent,  
 negaretque Nileus regnum se  
 Medontis ferre posse, qui pe-  
 de altero claudicaret: rei cogni-  
 tione Delphico oraculo permissa,  
 respondit yates deberi Medonti  
 Athenien

quod memorie nominis eius tributum est. Administratio reipublicæ annuis magistratibus permissa. Sed ciuitati nullæ tunc leges erant: quia libido regum pro legibus habebatur. Legitur itaque Solon vir iustitiae insignis, qui velut nouam ciuitatem legibus conderet; qui tanto temperamento inter plebem senatumque egit (cum si quid pro altero ordine tulisset, alteri displicituru[n] videretur) ut ab utrisque parem gratiam traheret. Huius viri inter multa egregia, illud memorabile fuit: Inter Athenienses & Megarenses de proprietate Salaminae insulae, prope usque interitum armis dimicatum fuerat. Post clades multas capitale esse apud Athenienses cœpit, si quis legem de vindicanda insula tulisset. Solicitus igitur Solon, ne ast tacendo, parum reipublicæ consulueret; aut censendo, sibi subitam demen-

Atheniensium regnum. Dimissi itaque in coloniam Nilens alijque Codri filij, tum ex Atheniensibus quicumque nomina dedissent, tum multo maximum Ionum manum abduxerunt. Et mox de illorum familia: Paterno quidem genere & aucto à Codro & Melanthio è Pylo Messenij; materno Athenienses fuere.

2. *Annus magistracibus*] Paterculus, l. 2. & Eusebius in Chron. post mortem Codri Archontas seu principes aiunt constitutos: quos mors finiebat: multis autem post annis constitutos annuos magistratus. Bong.

3. *Nullæ leges*] Ex Plutarchi Solone & aliis notum, Draconis legibus usos Athenienses ante Solonem. Vide A. Gellium, l. 18. Bong.

*Libido regum*] Supra, l. 1. 2.

4. *Solon*] Vide Thysij memoria veterum Rerum publicarum, vbi de Republica Atheniensi agitur. Et Samuelis Petiti *Leges Atticas*.

5. *Tanto temperamento*] Dicere enim solebat, *Equalitas haud pars bellum*. Vide Plutarchi & Laertij Solonem: eiusque de legi-

tiam bus præter ceteros Herodotum, l. 29. & 2. 177. B.

*Ve ab ipsisque*] Similem moderationem Lius tribuit Fabio, 3. 1. 4. & Ouid. de se, Trist. 1. 95.

*Res quoque priuata statui sine crimine judex*.

*De qua mea fissa est, pars quoque vista fide*.

7. *Megarensis*] Magara Megaridis regionis urbs ad sinum Saronicum, quam coloniam facit Plinius.

*Salamina*] Ptolemy insula est prope Peloponnesum in sinu Saronico. Nigro & Sophiano testibus nunc Coluri appellatur. urbem cognominem habere scribit Eustathius in Homerum. Vide Orel.

1. *Capital. Davito* Καπιτάλιον. Plutarch. Solone, c. 10. Festi mutilator Paulus: *Capitale facinus, quod capi pana lustur*. Et est plerisque locis apud bonos autores veterum librorum scriptura. B.

9. *Dementiam simulare*] In primis versutum & callidum factum Solonis vocat Cicero, *Officior. 1. 10*. Versus eius vide apud Laertium.

tiam simular, cuius venia non dicturus modo prohibita: sed & facturus erat. Deformis habitu, more vecordium in publicum euolat; factaque concursu hominum, quo magis consilium dissimularet, insolitis sibi versibus suadere populo cœpit, quod vetabatur: omniumque animos ita cepit, ut exemplo bellum aduersus Megarenses decerneretur, insulaque, deuictis hostibus, Atheniensium fieret.

**C A P. VII L.** Interea Megarenses memores illati Atheniensibus belli, & deserti, ne frustra arma mouisse:

Totam historiam quæ apud Plutarchum in Sol. cap. 10. &c. Meminit & Pausanias in Atticis & Aelianus, 7. 19. Vide etiam Frontinum lib. 4. cap. vlt. Controversiam de Salamina insula exponit Strabo I. 9. vbi de Megara. Eo ergo.

Cuius venia Jita Drusus alienationem mentis simulant quasi per dementiam, funesta Tiberio imprecatur. Tacit. Annal. 6. 24.

II. Insolitus sibi versibus suadere populo capi] Salamis inscribatur poëma illud solonis, & constabat centum versibus: quorum principium habes apud Plutarchum in Solone, & Diogenē Laertium, quamvis aliter: sed minus recte. Versus, quibus maxime persuasit populo, apud Diogenem existant. Sic vero sunt legendi.

Εἰλού δι τὸν ἡγαθὸν Φελεγάνδρον Σιμίνητος,

Αὐτὶ γε Αἴθωσις πατρίδος αρετὴν φέρειν,

Στήσατο δὲ τὸν θεόν μετ' αὐτῷ ποιοῦσι τὸν οὐρανόν.

Αἴθωσις δέ τοι αὐτὸς τῷ Σαλαμῖνι λαμπεῖται.

Non, ut vulgo, τῷ Σαλαμῖνι αφέντων. Voss.

**C A P. VIII. i.** Megarensis:] Eadem Frontin. Strategem. lib. 4. 7. 44. & prolixe Aeneas in poliorcetico, c. 4. Bern.

Eleusinū sacris] Quod autumno

ineunte mysteria celebrarētur, docent iij verius, quos ex Seneca adducimus:

Quāta, cū lōga rēdit hora noctū. Crescere & sumos cupiēs, quietos. Libra Iūlīo ostēnet aqua currē.

Turba secretā Cere frēquērat, qua quidem quinquennalia fuisse docet Tertullianus in Valentiniis, non longe à principio: Nam & illa, inquit Eleusinia, hæresis & ipsa Atticæ superstitionis, quod taccent, pudor est. Idcirco & adytum prius cruciant: diutius initiant, quam consignant: cum & portas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspedio cognitionis rediscant: atque ita tantam majestatem exhibere videantur, quantum præstruxerunt cupiditatē. Sequitur jam silentij officium. Attente custodiunt quod tardē inueniuntur. Ceterum tota in adytis diuinitas, tot suspiria porrarum, totum signaculum lingue, simulacrum membris virilis reuelatur. Minorū horum verborum splendor obsolescit duabus maculis à nemine hacenus animaduersis. cum & portas ante quinquennium instiueunt. Legendum enim, cum epoprias ante quinquennium instiueunt. Eodem modo infra: tot suspiria porrarum, nam & hic quoque legendum, suspiria epopiarum nam cur suspitia pro suspitia reponeret doctus Rhenanus, causæ nō erat. Tn

uisse videretur, matronas Atheniensium in Eleusinis sacris noctu oppressuri naues condescendunt. Quare cognita, dux Atheniensium Pisistratus juuentutem in insidiis locat, iussis matronis solito clamore ac strepitu etiam in accessu hostium, ne intellectos se sentiant, sacra celebrare: egressisque nauibus Megarenses inopinantes aggressus, deleuit: ac protinus classe captiuam intermixtis mulieribus, ut speciem captarum matronarum præberent, Megaram contendit. Illi cum & narium fortinam, & petitatam prædam cognoscerent, obuij ad portum procedunt, quibus cæsis, Pisistratus paulum à capienda vrbe abfuit Ita Megarenses suis dolis hosti victoriæ dedere. Sed Pisistratus, quasi sibi, non patriæ vicisset, tyrannidem per dolum occupat: quippe voluntariis verberibus domi affectus, laceratique corpore, in publicum progrederitur: aduocata couacione vulnera populo ostendit: de crudelitate principum, à qui

eingredi Bon'egmūw<sup>θ</sup> qui accipiebant mysteria (quod w<sup>θ</sup> dicitur, Tertullianus dicit *instaurare*) vocabantur Mū<sup>θ</sup> quinquennio autem ineunte, eadem ingredi Bon'egmūw<sup>θ</sup>, dicebantur iπ̄oται οὐ καὶ ἐφοργι. Alia sunt τριετηριαὶ μετάστασι. Hæc autem πεγάδαι dicebantur, ut illa μετάστασι. Hæc quinquennalia, illa triannualia. Et hæc semper, et diximus, celebraabantur nocte, quæ sequebatur τλω' οἰστάσι Bon'egmūw<sup>θ</sup>, Itatim post occasum solis, plenilunio. Scalig.

Eleusinis sacris ] Quæ & noctes initiorum auctori, 2.6.13. & mysteria Cereris initiorum sacra, 5.1.1. & Cerealia sacra, Velleio, 1.4.3.

2. Pisistratu*m*juuentutem in insidiis locas] Polyenus, & alij non nulli, Solon id strategem tribuant, non Pisistrato. Sed conciliat hæc Plutarchus in Solone, qui docet, utriusque ope id gestum esse. Voss.

5. Ita Megarenses] Vett. omnes, Doriens. inepit & duxerunt. Irrepsit forte ex superioribus. Bong.

6. Pisistratus] Præter Plutarchū in Solone, vide Diodor. 12.95. Herodotum, 1.59. lege V.1. Max 1.3. & 8.9. Aelianum 8.16. Quæ autem ratione Pisistratidaram tyrannide liberati sunt Athenienses, docet Herodotus, 5.63. & Pausanias Laconicus. Bong.

Tyrannidem ] Quia arte hic tyrannidem occupauerit vide Aristot. lib. 5. c. 5. Polit. & Plutarchum in Solone. Bis fuit Athenis expulsus, & cum annos natus 33. tyrannidem exercere coepisset, annos duontaxat decem & septem imperavit, filij vero annis 18. Ita Aristoteles. Sed Iustinius 33. annos Pisistrati tyramnidem durasse refert. Quod si iunctim intelligas, duobus tantum annis ab Aristotele discrepat. Fuit hic clemens tyranus iuxta Ciceronem in epist. ad Attic.

bus hæc se passum simulabat, queritur : adduntur vocibus lacrymæ, & inuidiosa oratione multitudo credula acceditur : amore plebis inuisum se senatu affirmat : obtinet ad custodiani corporis sui satellitum auxilium ; per quos occupata tyrânide per ann. xxxiiii. regnauit.

**CAP. IX.** Post eius mortem Diocles, alter ex filiis, per vim stuprata virginem, à fratre puellæ interficitur. Alter, Hippias nomine, cum imperium paternum tenueret, interfectorem fratris comprehendendi jubet : qui cum per tormenta conscius cœlis nominare cogeretur, omnes amicos tyranni nominavit : quibus interfectis, quærenti tyranno, an adhuc aliqui consciij essent ; neminem ait superesse, quem amplius mori gestat, quam ipsum tyrannum. qua voce eiusdem se tyraanni victorem, post vindictam pudicitie sororis ostendit. Huius virtute cum admonita ciuitas libertatis esset, tandem Hippias regno pusus, in exilium agitur : qui profectus in Petras, ducem se Dario, inferenti Atheniensibus bellum, sicuti supra significatum est, aduersus patriam suam offert. Igitur Athenienses, auditio Darij aduentu, auxilium à Lacedæmoniis, socia tum civitate, petuerunt. Quos ubi viderunt quatridui teneri religione, non expectato auxilio, instructis decem millibus ciuium, & Platæensibus auxiliaribus mille, aduersus sexcenta milia,

**CAP. IX. 1.** *Diocles, alter ex filiis]*  
Nescio quid Iustino euenerit, vt quem omnes vñanimi consensu Hipparchum vocent, ille Dioclem appelleret. Neque tamen eum in re notissima lapsum esse, crediderim, cum nullam huius erroris causam videam. *Voss.*

**3.** *Cadu]* Modius hanc vocem suos ms. constanter abnuere dicit : nec est sane necessaria. *Bern.*

**8.** *Auxilium à Lacedæmoniis]*  
Per Philippidem hemerodromū. Herodotus, 6.105. Probus in Miltiade. Meminit & Plato lib. 3. de

Legibus. De quatridui religione, Lycurgi legem commemorat Lycianus de Astrologia. Vide & Strabonem lib. 9. Confer cum auctore nostro Orosium, 1. 8. *Bern.*

**9. Decem millib[us]**] Herodotus lib. 6. duo millia in auxilium mississe Platæenses affirmat, cui consonum, quod Plutarchus dicit, nonnulla millia in Marathonem Athenienses misisse.

*Platæensibus]* Plato Dialog. 3. de Legibus, nullos nisi Lacedæmonios fuisse auxiliares affirmat; et si serius, Perlis iam proligatis venierat.

lia hostium, in campos Marathonios in prælium egrediuntur. Miltiades & dux belli erat, & auctor non exspectandi auxiliij, quem tanta fiducia ceperat, ut plus præsidij

rim. tardiores antem, vel bello legerim, subnotauit.

contra Messenos impeditos, vel aliam ob causam, quam ipse ignorare se fatur, venisse. Herodotus lib. 6. & Strabo lib. 9. pleiūlūni religione retentos affirmat, antequam enim Luna orbem suum absoluisset, nouam expeditionem inchoare illicitum religione vel potius superstitione Lacedæmoniorum fuit. Et hoc est, quod Iustinus dicit quatriidui religione obligatos finisse. Porro Thucydides solos Athenienses cum Lacedæmoniis manus cœlestis refert. Socrates autem, Orat. 9. Platænæs fuisse auxiliares affirmit. Ideo & Alexander eorumdem urbem & dicari iussit. Magis. Platænas autem sub Citharone monte inter hunc & Thebas in via, quæ Athenas ducit, sitas esse prodidit.

*Sexcenta millia*] Plutarchus Damum cum tricies centenis millibus Marathonem irrupisse testatur. Vide & Platon. Dialog. 3. de LL.

*In Campos Marathonios*] Marathonem Atticæ urbem, ad quam pugnatum est, Pomponius Mela lib. 2. magnarum & multarum virutatum testimoniū cognominat. De pugna Marathonia (quam Plutarchus à trecentis auctoriis descripsit affirmit) porro consulendi, Herodotus 1.6. Pausanias 1. 1. Aemilius Probus in Themistocle & Miltiade, Agell. 17. 21. Bern.

10. *Miltiades*] Maxime animaduerenda obliterandaque est Miltiadi origo, atque agnationem aliqui confundemur non solum apud Probum, verū etiam Plutarchum & Herodotum. Quamobrem ego ut lectorem labore penitus leuarem, stemma totum, ut infra cernere est, apposuiatque ex quibus auctoriis illud col-

## CODRVS

Miltiades. A Tisagoras. E.

Cimon. C.

Stesagoras. D. Miltiades. G.

Methiocus. E. Cimon. F.

Lacedæmonius. Thessalus. Heleus.

A *Miltiades*] Hic nullis relictis filiis decedens Tisagoram, vel potius Stesagoram, (vt alij legunt) successorem habuit: auctor Herodotus.

B *Tisagoras*] Ut Aristidis Scoliaestes.

C *Cimon*] Hunc ramen Herodotus ex materno latere Miltiadi primo fratrem dicit, hic prior Cimon (vt Plutarchus in Cimone posteriore scriptum reliquit) non admodum mentis compos fuit, quamobrem κοίλευθος dicitur.

D *Stesagoras*] Hic major natuit, Miltiades vero minor. Herodotus, lib. 6. cap. 7.

E *Methiocus*] Huius vitam conscripsit Probus.

F *Cimon cum tribus filiis*] Plutarchus in Cimone vita. Tisagoras Miltiadi, nostri auus) ut Aristidis Scoliaestes ait) gen' suū ad Codrū referebat. Sed hac de re satis.

Dux belli] Στρατηγος, vnuus ē decem. Πολιμενος autem erat Callimachus Aphidnæus Herodotus, 6. 109. & Pausanias lib. 1. Bong.

11 præsidij in celeritate , quam in sociis duceret. Magna  
 igitur in pugnam euntibus alacritas animorū fuit, adeo  
 vt, cum mille passus inter duas acies essent, citato cursu  
 12 ante jactum sagittarum ad hostem venerint : nec au-  
 13 daciae eius euentus defuit. Pugnatū est enim tanta vir-  
 tute, vt hinc viros, inde pecudes putares. Victi Persæ in  
 14 naues confugerunt ; ex quibus multæ suppressæ, multæ  
 15 captæ sunt. In eo prælio tata virtus singulorum fuit, vt  
 cuius laus prima esset, difficile iudicium videretur. Inter  
 ceteros tamē Themistoclis adolescētis gloria emicuit,  
 16 in quo iam tunc indoles futurae imperatoriae dignita-  
 tis apparuit. Cynægiri quoque militis Atheniensis glo-  
 17 ria, magnis scriptorum laudibus celebrata est ; qui  
 post prælii innumeratas, cedes, cum fugientes hostes ad  
 naues egisset; onustam nauem dextra manu tenui, nec  
 18 prius dimisit, quam (manum) amitteret, tum quoque  
 amputata dextra, nauem sinistra comprehendit : quam  
 & ipsam cum amississet, ad postremum morfu nauem de-  
 19 tinuit. Tantam in eo virtutem fuisse, vt non tot cædibus  
 fatigatus : non duabus manibus amissis victus: trun-  
 cus ad postremum, veluti & rabida fera, dentibus dimi-  
 cauit.

11. *In pugnam*] De qua Herodo-  
 tus, Plato, Plutarchus, Pausanias,  
 Valerius, Frontinus, Orofius, alij.  
 Tam autem spectata illorum vir-  
 tus erat, & auctoritas, vt jurare  
 mos fuerit per eos, qui interfue-  
 rant pugnat, vt testatur Athenæus  
 lib. 9. pugnata est anno secundo  
 Olympiad. 72.

12. *Alacras*] Isocrates, Orat. 8. tan-  
 to impetu irruisse refert, vt nulli  
 iam vita suæ rationem haberent.  
 Et Orof. l. 12. cap. 10. ne quidem  
 expedito sagittarum jactu repelli  
 potuisse irnentes affirmat.

13. *Eius*] *Snu* legit Acidalius ad  
 Vell. Patet. 2. 55. 2.

14. *Themistoclu*] Cuius virtus  
 apud Grecos spectatissima fuit.  
 Platarchus patrem eius obscurum

hominem fuisse dicit, matrem  
 Threiciam. Idem Lycomedas pro-  
 pinquitate attigisse affirmat.

15. *In quo jam &c.*] De eodem The-  
 mistocle præclare Aelianus var. 3.  
 21. Vere quippe Vopiscus in Pro-  
 bo, cap. 3. in fine : *Neminem*, in-  
 quir, unquam peruenisse ad virtu-  
 tum summam iam macrum; nisi  
 puer seminaris virtutum genera-  
 more concretus, aliquid inclivium  
 designasset.

16. *Cynægiri*] De quo præter He-  
 rodorum, b. 114. Valerius, 3. 2. &  
 Ammianus, 24. 2. 3. qui eum, & Cal-  
 limachum, vocat Medicorum bel-  
 lorum fulmina. Bong. Cynægitum  
 imitatus est Accilius in nauali  
 pugna ad Magiliam, teste Sueton.  
 Cai. 68. 9.

cauerit. Ducentam illia Persæ eo prælio, siue naufragio, 20 amisere. Cecidit & Hippias, tyrannus Atheniensis, au 21 stor & concitor eius belli, diis patriæ vltoribus poenas repetentibus.

CAP. X. Interea & Darius, cum bellum restauraret, 1 in ipso apparatu decedit, relictis multis filiis, & iu regno, & ante regnum suscepis. Ex his Artemenes maximus natu, ætatis priuilegio, regnum sibi vindicabat; quod ius, & ordo nascendi, & natura ipsa gentibus[de-] dit.] Porro Xerxes contiouerisiam non de ordine, sed 3 de

20. *Ducentæ millia*] Pausanias refert in palustrem Marathonis locum incidiisse Barbaros, atque ibi gregatim cæsos. Ex Atheniensibus tantum centum & nonaginta occisos refert Herodotus. Hac pugna contigit post Romanum conditam anno ducentesimo & sexagesimo, non longe amplius, vt tradit Gellius lib. 17. cap. 21.

*Ducentæ millia Persæ eo præl.* siue naufr. am. ] Sex millia ducenta tantum scribit Herodotus, 6. 117. sed eorum scilicet, qui prælio occubuerunt: noster naufragio hauftos adjicit, quorum ingentem cuius-  
se numerum, etiam ex D'odoro 11. c. 12. & 13. colligitur. itaque pro sine naufr. quod omnes habet editiones, montu Freinshemij recripsi siue naufr. quod nisi recipim⁹, nimiope discordabit ratio. Bern.

21. *Cecidit & Hippias*] Idem confirmat Cicero lib. 9. ad Attic. epist. 12. & Tertullianus aduerlus Gentes. Suidas vero, nescio quo auctore, tradit, ex hac pugna Hippiam elapsum, fuga in Lemnum peruenisse; & ibidem, oculis captum, effluente per illos sanguine, acerba morte periisse. Bern.

*Concitor*] Quidam Conditor, vulgo concator, vt & initio l. 5. Sed illud ms. approbatibus malo. Tacitus Annal. 4. missisque in Galliam concatores belli Bong.

CAP. X. 2. *Artemenes maximus*

naru] Plutarcho in apophthegmatibus, & lib. de amore fraterno, est A'gætæne. et sic in ms. Iusti. V. ff.

*Artemenes*] Herodotus, 7. 2. Ar-  
tobazanen vocat, & hanc contro-  
uersiam viuo patre motam, & ab  
ipso Dario judicatam esse refert.  
Idem paulo post Achamenem no-  
minat Darij filium, Xerxis fratrem.  
Plutarchus in Artaxerxe c. 2. ab Ar-  
tisa, qui postea Artaxerxes dictus  
est, & Cyru, eandem questionem  
renouatam scribit, & Darij con-  
trariam huic sententiam coinme-  
morat. B. cuius quidem sententia  
posterioris exequitatem (vt scilicet  
etate primi preferantur) exemplis,  
legibus, rationibusque corfirmsant  
P. Greg. Tolosanus de Republ. I. 7.  
c. 9. & Arnif. I. 2. c. 2. sect. 21. adjun-  
genda Fr. Hotomanni illustris  
questione 2. Bern.

*Ius & ordo nascendi*] Ita Herodotus inquit in Polyhymnia, νομίζουσιν τοὺς πάτερας αὐθόπα-  
των τὸ προτελεῖτα τοῦ Ιεροῦ δοκεῖν  
τοῖσιν, id est, mos omnium populo-  
rum est, ut natu maximus impe-  
rium obtineat. Idem alibi &  
νόμον appellavit.

3. *Xerxes*] Dedit hoc Xerxi confilium Demaratus exul, di-  
cens, Idem quoque Spartæ ser-  
uari solere, obtinuitque ita à pa-  
tre Dario Xerxes, vt rex successor  
declararetur. Fuit enim haec

4 de nascendi felicitate referebat. Namque Artemenem  
 primum quidē Dario, sed priuato prouenisse : se regi pri-  
 5 num natum. Fratres itaque suos, qui ante geniti essent,  
 priuatum patrimoniu[m] quod eo tempore Darius habuisset,  
 non regnum sibi vindicare posse : se esse, quem primā in-  
 6 regno iam rex pater susulerit. Huc accedere, quod Arte-  
 menes non patre tālūm, sed & matre priuata adhuc for-  
 7 tune, aū quoque materno priuato, procreatus sit : se ve-  
 ro & matre reginā natum, & patrem non nisi regē vidi-  
 se; aūum quoque maternū Cyru[m] se regem habuisse non-  
 8 bāredem, sed conditorem tanti regni : & si in aquo iure  
 utrumque fratre pater reliquisset, materno tamē se iure  
 9 & austro vincere. Hoc certamen concordi animo ad pa-  
 truum suū Aitaphernem, veluti ad domesticum judicē.  
 10 deferunt : qui domi cognita causa, Xerxes m præposuit:  
 adeoque fraterna contentio fuit, vt nec vīctor insulta-  
 uerit, nec vīctus doluerit : ipsōque litis tempore innicē  
 munera miserint ; jucunda quoque inter se non solum,  
 sed credula conuiua habuerint ; iudiciū quoque ipsum  
 11 sine arbitris, sine conuictio fuerit. Tanto moderatius tū  
 fratres inter se regna maxima diuidebant, quam nunc  
 12 exigua patrimonia partiuntur. Igitur Xerxes bellum à

contentio (vt Herodotus scribit) ante Darij mortem in ipsa aduersa[re] Græciam expeditione. Neque enim veteri Persarum instituto licebat regi, nisi prius successore constituto, in bellum proficisci.

9. *Aitaphernem* Ita ex Herodo-  
 to emendaui. Veteres habent  
*Ariaphernem*, facilis lapsu. Vnū su-  
 pra scriptum, legendum esse *Tisa-*  
*phernem*. Bong.

10. *Credula* Freinsh. crebra mal-  
 let : cum suspecta, jucunda esse  
 non possint. Si tamen *credula* re-  
 tinens, videri queat ira legen-  
 dum; jucunda quoque inter se, non  
 solum *credula*. Bern.

11. *Tanto moderatius*] Epiphone-  
 sia similissimū huic est infra, 15. 2. 9.  
 12. *Xerxes*] videtur post Cyru[m]

patre  
 nomen gentilitium fuisse Persa-  
 rū regibus Σέξαν & Α'πτοζερέων, præter nomen quod habebant ante Imperium. Omnes reges, post  
 illum memoriosum, dictos Artaxeras, ait Diiodorus Siculus, 15. Etiam Darius ab Alexandro vi-  
 etus, dicitur Artaxerxes Iachiadæ ad Danielem, 12. v. 5. Ex  
 ψυχρώ autem, omisissis gut-  
 turalibus, & ψ quod fieri solet, in  
 ē verso fit Xerxes. Et quia vī du-  
 rior est in media voce, etiam hæc  
 à Græcis omissa, factum est Xerx,  
 & cum Græca terminatione Xerxes.  
 Are est additamentum quoddam  
 honorificum, vt Sha apud persas  
 posteriores. Significat magnum, in-  
 terprete Hesychio. Scaliger, Gro.  
 Aduersus

patre cōceptum aduersus Græciā, quinquennium instru-  
xit. Quod ubi primum didicit Demaratus, rex Lacedæ-  
moniorum, qui apud Xerxem exulabat, amicior patriæ  
post fugā, quam regi post beneficia, ne inopinato bello  
opprimērentur, omnia in tabellis ligneis magistrati  
perscribit, easdēmque cera superinducta delet: ne aut  
scriptura sine tegmine indicium daret, aut recens cera  
dolum proderet: fido deinde seruo perferendas tradit,  
iussu, magistratui Spartanorum tradere. Quibus per-  
latis, Lacedæmoniæ quæstiōni res diu fuit, quod neque  
scriptum aliquid viderent, nec frustra missas suspica-  
rentur, tantōque rem maiorem, quanto sit occultior  
putabant: Herentibus in conjectura viris, soror regis 16  
Leonidæ cōsilium scribentis inuenit. Erasa igitur cera, 17  
belli consilia deregantur Iam Xerxes septingenta mil- 18

lia

*Aduersus Graciam quinquen-  
num instruxit] tres tantum annos in isthoc apparatu Xerxes  
consumpsisse, inquit Diiodorus. Tu-  
lianus vero ἡγέρτης, oratione  
priori de laudib⁹ Constantii, inquit,  
τὸν ξένον χρόνον τοῦ διαβού-  
τα τοῦ οὐρανοῦ τοῦ περίπλου τοῦ  
πολεμεῖσθαι. Quod esse non  
potest, cum sexto anno, ex quo re-  
gnū adeptus est, bellum in Græ-  
cos mouerit Xerxes. Voss.*

*Quinquennum in truxit] vulgo  
per quinquennium, & Orosius, 2.c.  
9. sed antiqua scriptura recta est: i-  
ntra, 12.3.1. Triduum luctum in-  
dixit. Lex 12. Tabul. Usu, auctori-  
tatis fundi, biennium esto. Quintili-  
anus declamatione 195. Ex lege  
in exilium quinquennium missus  
est. Notauit sat Cujacius, cum in-  
terpretaretur titulum Cod. de  
vulcan. pro emptore, vel pro trans-  
fact. Bong.*

*13. Demaratus] Herodotus fine  
libri 7. Fugam ejus ad persas ex-  
plicat libro 6.c. 70.B. Adde Sene-  
cam de Beneficiis, 6.31. Bern.*

*An tabella lignea] Sic infra, 21.6.6.*

*14. Easdēmque cera] Nam si ce-  
ra inducatur, non ira olet, ac si  
liquida superfundatur: hoc est  
quod dicit Polyenus. Demaratum  
εἰς τὸν ξένον τοῦ περίπλου τοῦ  
πολεμεῖσθαι. Quanuis Herodotus  
aliter. Docetissimus Gronou⁹ apud  
Iustinianum malebat, eademque cera.  
Quod ego non puto. Explicit  
hanc rem Iulius Africanus cap. 56.  
τοῦ ξενικοῦ στολῶν τοῦ πολεμεῖ-  
σθαι, cuius verba adscribam: ἀ-  
λλοι πάλιν ἐν τῷ δέλτῳ ξένον  
τοῦ περίπλου τοῦ περίπλου τοῦ  
πολεμεῖσθαι εἰς τὸ κυρον τοῦ περίπλου τοῦ περίπλου τοῦ πολεμεῖσθαι. Eita  
τοῦ πάλιν τοῦ περίπλου τοῦ περίπλου τοῦ πολεμεῖσθαι εἰς τὸ κυρον τοῦ πολεμεῖσθαι. Voss.*

*16. Soror regis Leonidae] Mulielli-  
nomē fuit Gorgo. Plut. in apoph-  
th. Lacon.*

*18. Septingenta millia] In nu-  
mero harum Xerxis copiarum ve-  
teres auctores variant. Herodotus:  
1.7.c. 184. 185. 186. Ctesias in Per-  
sicis c. 23. Plinius, 33.10. Diiodorus:  
sicul. 11.5. Isocrates Panathenaico.  
Plutarchus parallelis c. 2. Aem.  
Probus.*

19 lia de regno armauerat, & trecenta millia de auxiliis: ut non immerito proditū sit, flumina ab exercitu eius siccata, Græciāque omnem vix capere exercitum eius.  
 20 potuisse. Naves quoque mille ducētas numero habuissē.  
 21 dicitur. Huic tanto agmini dux defuit. Ceterum, si re-  
 22 gem sp̄ctes diuitias, non ducem laudes: quarum tanta  
 copia in regno eius fuit, ut, cum flumina multitidine  
 23 consumerentur, opes tamen regiæ superessent. Ipse au-  
 tem primus in fuga, postremus in prælio semper visus  
 est, in periculis timidus; sicubi metus abesset, inflatus;  
 24 denique ante experimentum belli, fiducia viriū, veluti

naturæ:

Probus Themistocle. Quomodo autem exercitum Xerxes dinume-  
 rauerit, vide Herodotum, 7.60. &  
 vlinium, 4.11. Bong.

19. Flumina ab exercitu eius  
*[sicca]* Fusa ea de re Herodotus  
 1.7. qui prodit, Echedorum male  
 apud eum legitur *X̄i d̄w̄p̄o*. Numē  
 potantibus defecisse. Quo respicit  
 Alexander apud Curtium lib. 1.  
 Cum adiret Gracos, admonebat, ab  
 illi genebris illata Gracia bella;  
 Darij prius, deinde Xerxes in solē-  
 rie, aquam ipsam terramque po-  
 pulantium, ut neque fontium ha-  
 flum, nec solitos cibos reliquerent.  
 Vbi nonnulli pro populantium ex-  
 ius reponunt poscentium. Sed ma-  
 le, Neque enim coheret cum se-  
 quentibus. Quamvis nō ignorem,  
 Veritas aquam terramque postula-  
 et solitos: quod tamen video alios  
 falsitos haduissē; cum Herodotus  
 testetur Megabazum Darii satra-  
 pam, nuntios ad Alexandrum A-  
 mynta filium misisse, *aīm̄v̄l̄as*  
*γ̄v̄t̄s k̄ īd̄s Δ̄p̄sico θ̄στλ̄s*.  
 H̄ ipsum quoque legitur in epi-  
 dola Arikippi ad. Philippum re-  
 gē, nisi quod ibi sit. *A'λέξανδρο*  
*δ̄ A'λέξ male pro A'λιξανδρο* o  
*A'μύντα*. Passim obvia sunt eius  
 sei exempla Voss.

20. Naves quoque mille ducen-  
 tes: Non dubitauit recipere in tex-

tum emendationem loci, pridem  
 à Fr. Modio, ad Curtij 5. 7. II.  
 propositam præsettim approba-  
 tam etiam à Bong. & con-  
 gruentem cum Herodoto, Dio-  
 doro, Probo, Noctate, Orofio:  
 qui tamen oneriarum sue  
*τριπλούτος* adducent tria millia,  
 & *ιεπ̄πλωτ̄ον* octingentas &  
 quinquaginta. Ut ille superior nu-  
 mer⁹ sit triremiū seu rostratū,  
 vt Orosius vocat. Editiones hacte-  
 n⁹ habuerunt Naves decies centū  
 millia numero. Ita scilicet singulis  
 hominibus è Xerxes exercitu, sin-  
 guliæ naues euenerint quod asse-  
 rere, nec Græculorum impudentis-  
 sim⁹ quisque sustinuit. Bern.

21. Si regem [sp̄ctes] Vitia Xer-  
 xis præpostera Darii patris edu-  
 cationi adscribit Plato lib. 7. de Il.  
 C. Bern. 23. In periculis timidus  
 Ita fere Liuinus, 4.28.4. in orio tu-  
 multuosi, in bello segenes, Et 7.15.  
 2. In castris feroce, in acie pauidi.  
 Cōtra Tacit. Hist. 1.84. Fortissimum  
 in ipso discrimine exercitus, qui  
 ante discrimen modestissimus.

24. Denique ante experimentū  
 belli, fiducia viriū. Cū Xerxes Sar-  
 dib⁹ mouceret copias, interdiu cœ-  
 lo fereno. Sol tenebris & horrendis  
 tenebris obscuratus est, quæ su-  
 bito noctis imaginem attulerunt,  
 & stellas cœlo harentes conspic-  
 uas reddiderant. Hoc portento-  
 seritus.

naturæ ipsius dominus, & montes in planum ducebat & conuexa vallium æquabat, & quædam maria pontibus sternebat, quædam ad nauigationis cominodum per compendium ducebat.

CAP. XI. Cuius introitus in Græciam quam terribilis, tam turpis ac fœdus discessus fuit. Nam cum Leonida rex Spartanorum cum quatuor millibus militum

angustias,

territus Pythius, V. filiorum pater, vnius vacatione à rege petiuit. rex quæ vellet eligere permisit, deinde quem pater elegerat, in partes duas distractum, ab utroque via latere posuit; & hac victimâ lustravit exercitum. Habuit itaque quem debuit exitum. Viatus enim lateque fulus, ac stratam ubique ruinam suam certaens medius inter suorum cadavera incelsit. Porro cum in urbem Helleponsi Abydum venisset; & in specula sedens vniuersum exercitum contemplatus esset, lacrymas tenere non potuit: tautam vero querenti Artabano respondit, se uhemener moueri consideratione vita humana, cuius ranta sit fugacitas, ut nemo ex hoc numero censesimum atatu annum confertur sit. Artabanus ne ἀσθενεῖαι videretur, hanc sententiam regi subiecit, *Multa accidunt homini qua longe sunt acerbiora ipsa moree.* Etsi enim huius vitæ curriculum breve est, tamen nemo omnium tam beatus est, quin sèpenumero malit mori quam vivere. Nam morbi & ceteræ calamitatis tanto impetu in nos irruunt, ut hæc fugax vita longissima esse videatur, & mors non aliter quam perfugium & portus optatus à calamitosis expectatur. Age vero, inquit Xerxes, ne semper humanas miserias consideremus, sed animum ab his ad præsentia negotia transferamus, quid tibi de mea expeditione aduersus Græcos videtur? Artabanus aperte constantiam sui consilij, declaratus, inquit: Dux

res me potissimum terrent, quæ tuis conazibis aduersa fronte repugnabunt, mare videlicet & terra. Nullus enim portus reperiatur, qui orta tempestate in mare naues vniuersas recipere possit. Quod cu ita sit, ipsa experientia te couincet, ut fatearis, calamitatis esse dominas naturæ humanae, nec quæquam esse, qui vim fati effugere queat. Deinde terra tantæ multitudinæ diu sustentare nō poterit, sed absuntis cōmeatibus horrēda famæ sequentur. Sic igitur statuo, eum virū esse optimū, qui futuras tempestates propiciet, timide ad dādū consilium Republicæ accedat; postea vero, in rebus gerendis sit fortis. Plura videre licet apud Herodotum.

Inter alia porteta, quæ clade Persarū significarunt, illud etiā ab eodē Auctore cōmemoratur: Equus in castris Persarū leporē edidit, quo partu haud dubie fuga Xerxis, velut in imagine, pieta est. Sed tot tantisque portentis non potuit Xerxes de proposito deduci, quæ minus Græcī bellū inferret. Strig.

Quædam maria ponib[us] sternebat. Hellespontum ita nauibus operuit, ut Europā Afīz jungeret.

CAP. XI. 2. Leonida] Lege præter Herod. 7. 219. &c. & Oros. 2. 9. Strab. lib. 9. Aelian. 3. 2. Valerium, 3. 2. & Paul. Laconicis. Meminit & Seneca epist. 82. sub fin. Vide & Ctesiph exceptra. Variat hic multis à ceteris. B. Adde Cic. Tusc. 1. 42. Agell. 3. 7. Bi.

Quatuor millibus] Orosius in militum numero consentit. Ilocrates in Panegyrico Lacedæmonios fuisse dicit, ex confederatis.

vero

angustias Thermopylaū occupass̄t, Xerxes contēptu paucitatis, eos pugnam capessere iubet, quorum cognati  
 3 Marathonia pugna interfecti fuerāt; qui dū vlcisci suos  
 quærunt, principiū cladi sucre: succedēte deinde inutili  
 4 turba, maior cædes editur. Triduo ibi cum dolore & in-  
 5 dignatione Persarū dimicatū: quarta die, quū nuntiatū  
 es̄t Leonidæ, à xx millibus hōstū summum cācumen  
 6 teneri, tunc hoitatur socios recedant, & se ad meliora  
 patriæ rēpora reseruent: sibi cū Spartanis fortunā expe-  
 riendā; plura se patriæ quā visa debere: ceteros ad prasi-  
 7 dia Gracie seruandos. Auditō regis imperio discessere  
 8 ceteri, soli Lacedæmonii remansiūt. Initio huius belli  
 sciscitantibus Delphis oracula, responsū fuerat, aut regi  
 9 Spartanoř, aut vibi cadendū. Et idcirco rex Leonida, cū  
 in bellū proficisceretur, ita suos firmauerat, vt ire se pa-  
 torato ad moriendū animo scirent. Angustias propterea  
 occupauerat, vt cū paucis aut majore gloria vinceret,  
 11 aut minore dāno reipublicæ caderet. Dismissis igituſ so-  
 ciis, hortatur Spartanos, Meminerint, qualiter cuncte  
 12 præliantibus, calendarū esse: canerent, ne fortius man-  
 sisſe, quem dimicasse videantur; nec exspectandū,  
 vt ab hōste circumuenientur, sed dum nox occasione da-  
 13 ret, securis & letis superueniendum: nusquam vittores  
 14 honestius, quam in castris hostium perituros. Nihil erat  
 difficile

vero non multos. Plutarchus in parallel. Leonidam à Lacedæmo-  
 niis contra Xerxem cum quingen-  
 tis militibus missum esse dicit.  
 Quam gratum istud Leonidæ fa-  
 tum fuerit, quamque laudem in-  
 de reportauerit, ex M. Catonis  
 Originum libris apud Gellium, l. 3.  
 cap. 7. liquet. Propter eius, inquit  
 nitidissimus auctor, virentes omnis  
 Gracie gloriam atque gratiam  
 præcipuam claritudinis incleris-  
 me decorare monumentis signis,  
 statuis, elogis, historiis, aliisque re-  
 bus gratissimum id factum habue-  
 re. Mag.

Thermopylarum ] Thermopylæ  
 unde sunt dictæ, docet Strabo lib. 9.  
 De eisdem etiā Liuius lib. 5. Dec. 4.  
 & Plutarch. in Catone Censorio. à  
 portarum similitudine dictæ, quas  
 per arctum transgredi opus esset.  
 Ita Pylæ Cilicæ & Pylæ Sufidæ  
 Curtio & Plinio dictæ. Caudinis  
 Furcis Thermopylarum angustias  
 comparat Isocrates.

Marathonia pugna interf. ] De-  
 cennio ante. Supra 2. 9. 20. Bern.  
 6. Recedant ] Sic infra, 2. 8. 4. 9.  
 14. Nihil erat difficile ] Senec.  
 epist. 4. Quisquis viram suam con-  
 tempserit, tunc deminuit. Et Senec.  
 in

difficile persuadere persuasis mori: statim arma capiunt, 15  
 & sexcenti viri, castra quingentorum millium irrum-  
 punt. Et tunc regis prætorum petunt, aut cum illo;  
 aut si ipsi oppressi essent, in ipsis potissimum sede mo-  
 rituri. Tumultus totis castris oritur. Spartaani postea- 16  
 quam regem non inueniunt, per omnia castra viatores  
 vagantur; cedunt, sternuntque omnia: ut qui sciant se  
 pugnare non spe victoriae, sed in mortis ultionem. Præ- 17  
 lium à principio noctis in maiorem partem diei tra-  
 etum. Ad postremum non vici, sed vincendo fatigati, 18  
 inter ingentes stratorum hostium cateruas occiderunt.  
 Xerxes duobus vulneribus terrestri prælio acceptis, ex- 19  
 periti maris fortunam statuit.

CAP. XII. Sed Atheniensium dux Themistocles, 1.  
 cum animaduertisset Ionas, propter quos bellum Per-  
 sarum suscepserant, in auxilium regis classe venisse; so-  
 licitare eos in partes suas statuit. Et, cum colloquendi 2.  
 copiam non haberet, quo applicituri erant, symbolos  
 proponi,

in Herc. OET. Contempser omnes  
 ille, qui morem prius.

15. Sexcenti] Quingentos habet Diodorus, 11.9. quem in hac nar-  
 ratione fere expressisse auctor noster videretur: Cicero de Fin. 2.  
 30. trecentos: ut & Seneca sua-  
 ria 2. & Aelianus, 3. 25. cuius in-  
 terpres τριακοσίαι imperite vertit  
 triginta. Trecentos item habet He-  
 rodotus, 7. 224. & Plutarchus in  
 parallelis cap. 4. Mille autem La-  
 cedonios eduxisse primo Leonidam fine sociis, refert Diodo-  
 rus, 11.4. & Isocrates Panathenaico & Archidamo. Bern.

Regis prætorum] Diodorus, 11.9.  
 τὰς τὰς θερινὰς σκηνὰς. Cur-  
 tius, 3. 11. 38, tabernaculum vocat.

17. Dies] Ms. die, antique pro  
 dies, Sallust. Iugurth. 97. 1. Vix de-  
 cima parte die reliqua. Vide qua-  
 gnotar Agellius, 9. 14, que Priscianus

lib. 7, ex prima hist. Sallustij. Bong.  
 18. Non vitti &c. Sic Athenien-  
 ses consumpti magis quam vitti,  
 infra, 5. 1. 10. & Oros. 2. 15. Nemo  
 trecentos Fabios vittos dicit, sed  
 occasos: & Regulus capens est à  
 Fænit, non vittas: & quisquis alius  
 saeuenies fortuna & vi ac pondere  
 oppressus, non submetit animum.  
 Senec. de Benef. 5. 3.

CAP. XII. 1. Ionas] Herodotus.  
 1. 8. Plutarchus in Themist. Ortos  
 autem Ionas ab Atheniensibus,  
 notum ex Herodot. l. 1. & aliis. B.  
 Jones autem non ab Ione, Xuti fi-  
 lio, sed à fauan nomen accepere:  
 vnde & faunes Homero.

2. Symbolo] Symbolum, & sym-  
 bola, & symbolus dicunt Latini.  
 Plant. Pseud. 1. 1. 53, & Bacchid.  
 2. 3. 31. ms. vnus hoc loco habet  
 symbolo: quomodo & Plautus  
 ixe. Bong.

7. Cefim]

3 proponi, & saxis proscribi curat: *Quae vos, Iones, demen-*  
*tia tenet? quod facinus agitatis? bellum inferre olim codi-*  
*4 toribus vestris, nuper etiam vindicibus, cogitatatis?* An ideo  
*5 mania vestra codidimus, ut essent qui nostra deterent?*  
*quid si non hec & Dario prius, & nunc Xerxi, bellis*  
*causa nobiscum foret, quod vos rebellantes non desti-*  
*6 tuimus. Quin vos in hac nostra castra ex ista obfidence*  
*transfisi? Aut si hoc parum tutum extat, vos commis-*  
*7 so prælio ite cœsim, inhibete remos, & a bello discedite.*  
*8 Ante naualis pœnæ congregacione miserat Xerxes qua-*  
*tuor millia armatotum Delphos, ad templum Apolli-*  
*9, nisi diripiendum: proflus, quasi non cum Græcis tan-*

7. *Cœsim*] Ita recte libri veteres.  
 Varro apud Nonium:

*Vereor ne me quoque, cum do-*  
*mum ab Ilio*

*Cœsim reverendo, præter canem*  
*cognoscat nemo.*

L. 6. ex plagiis, 52. ff. ad L. Aquil. Ea-  
 dem ratione Plautus, *Caecina*, 2. 8. 7.

*Recepim cedam ad paritem.* B.  
*Προμυτε χρέος* est Thucydidi, 1.  
 9. 24. vbi Scholia sten. vide.

8. *Aene naualis &c.*] Hæc vide  
 apud Herodotum, Plutarchum,  
 Diodorum, Aemilium Probum,  
 Orosium, 2. 10. apud quem initio  
 capitii, vox his abest à ms. & sane  
 inducenda est. Song.

*Delphos ad templum Apollinis*  
*diripiendum]* Hoc quod posterius  
 frequentatum fuit oraculum, se-  
 dem habuit ad radices Parnassi,  
 vbi templum condiderant incole,  
 supra specum oppido muroque  
 cinctum, & templum ipsum, ob-  
 natuam præcipitiem, munierant  
 aditu adeo diffici & angusto, vt  
 obiecta lapidum mole accessum  
 omn. in vndique præcluserint, ex-  
 igua semita relieta, qua consulturi  
 oraculum absque comitatu ince-  
 derent. In medio templi exigua  
 planities erat, & in ea hiatus, ex  
 quo spiritus acer, & vehemens, ter-  
 ribili sonitu excussus, vatem  
 tripodi insistentem, & afflatu ex-

pectantem, corripiebat, agitatam-  
 que & concusam in furorem ver-  
 tebar, statis diebus, quibus faro li-  
 cebat. Terunt enim, annuatim sex  
 mentes continuos apud Lycios, ro-  
 tidemque in Delo oracula percon-  
 taturis patuisse: in reliquis locis,  
 non quis tempore, sed statis de-  
 finitique diebus tantum: vixit  
 vel Idibus, vel Kalendis, vel au-  
 gelcente vel deficiente luna, vel  
 ineunte aut defuente die, scilicet  
 licuisse. Religionem in consu-  
 lendo Pythio oraculo eam seruari  
 oportebat, ne promeret quicquam  
 Pythia, nisi totam prius victimam  
 cōcremiceret, ac velut micare cer-  
 neret. His legitime peractis Da-  
 mon ex obessa Pythia, (πυθική  
 ἀτμή enim εἴη η γνώση, ex spi-  
 ritu Dei astuta credebat) con-  
 cepta & fere metris Græcis scite  
 admodum atque argute, sed ambig-  
 ue nimis ac captiōne illigata res-  
 ponſa pronuntiabat: cūque laſuain-  
 ſe receperisset atque abdidisset  
 specum, Pythia ceu exonerata spi-  
 ritu & ad ſe reuersa conſistebat  
 ac conquiescebat. Fuit autem om-  
 nium templorum Ethnicorum lo-  
 cupletissimum, ſtatuis ex ſolido  
 auro argentoque confatis im-  
 mensi ponderis, & aliis innumeris  
 ac pretiosissimis donariis refer-  
 tum.

tum, sed & cum diis immortalibus bellum gereret: quæ manus tota imbris & fulminibus deleta est, ut intel-<sup>10</sup>  
ligeret, quant nullæ essent hominum aduersus deos vi-  
res. Post hæc Thespias, & Plateas, & Athenas vacuas <sup>11</sup>  
hominibus incendit: & quoniam ferio in homines nō  
poterat, in ædificia igne grastatur. Namque Atheniæs <sup>12</sup>  
post pugnam Marathoniam, præmonente Themisto-  
cle, victoriam illam de Persis, non finem, sed causam  
majoris belli fore, eccl. naues fabricauerant. Aduentant: <sup>13</sup>  
igitur Xerxe, consulentibus Delphis oraculum, respon-  
sum fuerat, *Salutem muris ligneis tuerentur.* Themisto-<sup>14</sup>  
cles nauium præsidium demonstratum ratus, persuadet  
omnibus, *Patriæ municipes esse, non mænia;* ciuitatem-<sup>15</sup>  
*que non in ædificiis, sed in ciuibus posita.* Melius itaque

salutem

11. *Thespias*] Oppidum hoc est in Boœtia juxta Heliconem, & vt Strabo, lib. 9. testatur.

12. *Plateas*] Πλαταιαι, Boœtia me-  
diterranea vrbs Ptolemyo, Vi-  
truvio, Theoni & Stephano. Du-  
centis stadiis à Tanagra abesse,  
testis est Dicæarchus: & octoginta  
à Thebis, septuaginta autem Thucy-  
didi. Platea ca terra hinc, apud  
Pausaniam. Tres sunt insulae sic  
dictæ: Plinio ante Troadem. Orel.

13. *Athenas vacuas*] Infirmos affe-  
cta que ataris multos relictos esse  
scribit Plutarchus. Ab iis qui armis  
inepti essent, arcem ligno munia-  
tam, & oraculo satisfacerent, tra-  
dit Pausanias in Atticis. Cui &  
Herodotus astipulatur, pauperes-  
que relictos asserit.

14. *Et quoniam ferro*] Crudele faci-  
nus, & quod tale magis apparebit,  
si componatur cum Antigoni mo-  
deratione infra. 28. 4. 15.

15. *Aduentante igitur Xerxe*] Post pugnam ad Termopylas, in  
qua viginti millia Persarum &  
trecenti Lacedemonij fortiter di-  
micantes pro patria interficiuntur.  
Xerxes in cœciliū adhibuit

Demaratum exulem, cuius fidem  
& benevolentiam multis in rebus  
prespexerat. Demaratus huius cō-  
filii auctor fuit: vt rex classis  
trecentarum nauium ad vexan-  
dam Peloponnesum mitteret, &  
reliquam Greciam pedestribus  
copiis domaret, affirmans, hac ra-  
tione futurum esse, vt singuli Græ-  
ci domestico bello implicati ad  
alios juvandos & tutandos nihil  
momenti afferre possent: Acheme-  
nes vero Xerxis frater, & præfe-  
ctus classis prætoriæ, contrarium  
sententiam dixit. *Strig.*

16. *Murus ligneis*] Præter Iustinum,  
Herodotus, Polyenus, 1. Strateg.  
Arist. 1. Rhet. Marcus Tullius. 1. 10.  
ad Atticum, Epist. 7. & lib. 3. Offic.  
Valer. 1. 6. c. 5. Frontinus, lib. 1. Stra-  
teg. cap. 3.

17. *Themistocles*] Cicero, 10. ad  
Atticum, Epist. 7. consilium Themis-  
tocleum. Frontinus, 1. 3. 6. B

18. *Ciuitatemque*] Thucydides, 7. 14.  
22. ἡδ περ ποστητική τετράχν. Ta-  
cit. hi. 1. 84. Quid? vos pulcherrimæ  
hæc urbe, domibꝫ & rectis & cō-  
gestu lapidu flare creditis? Mura  
istu &c. Huc pertinet oratio Lætuli  
ad.

salutem naūibus, quām urbi cōmissuros. Huius sententia  
 16 etiam Deū auctōrem esse. Probato consilio, conjugēs li-  
 berōsque, cum pretiosissimis rebus, abditis insulis, relicta  
 17 urbe, demandant: ipsi naues armati cōscendunt. Exē-  
 18 plū Atheniensiū & aliæ urbes imitatæ. Itaque cū ad-  
 unata omnis sociorum classis, & intenta in bellum na-  
 uale esset: angustiāsque Salaminij sicuti, ne circumveniri  
 à multitudine posset, occupassent; dissentio inter ciuita-  
 19 tum principes oritur: qui cū deserto bello ad sua tuer-  
 da delabi vellent, timens Themistocles, ne discessu so-  
 ciorum vires minuerentur, per serū fidum Xerxi nun-  
 tiat, uno in loco eum contractam Graciā capere facillime  
 20 posse. Quod si ciuitates, usq; iam abire vellent, dissipetur;  
 21 maiore labore ei singulas consecrādas. Hoc dolo impel-  
 lit regē signum pugnæ dare. Græci quoque aduentu ho-  
 22 stiū occupati, præliū collatis viribus capeſſunt. Interea  
 rex, velut spectator pugnæ, cum parte nauium in litore  
 23 remanet. Artemisia autem regina Halicarnassi, quæ in  
 auxilium

aī exercitū intra Caudinas fur-  
 cas conculsum, apud Liliuni, 9.4.

16. *Abditis insulis*] Herodot. lib.  
 3. alios Trozenem, alios Aeginam,  
 multos Salaminam missos, aliaque  
 in loca, restatur. Trozenios huma-  
 nitate prestitissime auctor est Plu-  
 tarchus. Quippe cum & publice  
 alerentur pueri atque institueren-  
 tur. Vide Herodotum, 8.41. vbi Sa-  
 laminem & Aeginam insulas no-  
 minat, itemque Trozenem. Adde  
 Diodorum, 11.13. & Frontinum, 1.  
 3.6. Manuscriptus, additis, ex quo  
 Sebisius ingeniole & forte recte  
 adserit. cum in illa festinatione vi-  
 cinas quam remotiores & abditas  
 insulas eos circumspexisse sit cre-  
 dibilius. Firmat conjecturam He-  
 rodotus, 8.41. Bern.

*Coniuges, liberosque, cum pretio-  
 ſimis rebus, abditis insulis de-  
 mandant*] Senes in insulas depor-  
 tasse, inquit Aristides in oratione

υπὸ τῆς τεττάρης. Coniuges ve-  
 ro, & liberos, Trozenem misiles,  
 non in insulas. *Abditas* autem vo-  
 eat insulas illas, quoniā in intimo  
 recessu finis essent sitz. Voss.

18. *Salaminij freti*] Salamis est  
 insula in finu Saronico contra At-  
 tecam Sophiano & D. Mario Nigro  
 auctōribus, hodie Coluri appella-  
 tur.

19. *Per seruum fidum*] Fronti-  
 nus, 2.2.13. Bong.

22. *Spectator*] Manuscripti, ex/  
 pectator : unde Val. Acidalius ad  
 Vell. Pat. 2.14.5. facit *especta-*  
*tor*, antiquæ pro *aspectator*. Sicut  
*escendere* Tacitus & Seneca, pro  
*ascendere*.

23. *Artemisia*] Lygdamis filia  
 Herodotus, 7.99. Paulianas Lac-  
 onicis. Vnus ē manuscriptis Are-  
 midora scriptum habet, quomodo  
 & Orosius, 2. Bong.

auxilium Xerxi venerat, inter primos ducis bellum acertrimè ciebat: *Quippe ut in viro muliebrem timorem, ita in muliere virilem audaciam cerneret.* Cum ancesps prælium esset, Iones iuxia præceptum Theimistoclis, pugnæ se paulatim subtiliabere cooperunt, quorum defectio animos ceterorum friget. Itaque circum spicentes fugam pelluntur Persæ, & mox prælio vici, in fugam vertuntur. In qua trepidatione multæ captæ naues, multæ mersæ; plures tamen non minus fæuita regis, quam hostem timentes, domam dilabuntur.

CAP. XIII. Hac clade perculsum, & dubium consilio Xerxes Mardonius aggreditur. Hortatur in regnum abeat, ne quid seditionis mox fama aduersi belli, in maius siccius mos est, omnia extollens: sibi ccc. millia armatorum lecta ex omnibus copiis relinquunt, qua manu aut cù gloria eius perdomiturn se Græcā: aut, si aliter enentur ferat, sine eiusdem infamia hostibus cessurū. Probato 4 consilio,

*Halicarnassus]* Fuit hæc urbs Cariæ, circa initium Tauri, ad mare sita, Principum regia, Argiorum colonia, Mausoleo nobilis. Quondam Zephyriam diétam, scribunt Strabo & Stephanus. Plinius dicit, Zephyriam quondam insulam fuisse, sed postea Halicarnassio adiunctā. 24. *Quippe ut in viro muliebrem timorem]* Hoc Xerxes non sibi, sed suis aptans, *Viri quidem*, inquit, *excitterant mihi femina: femina autem, viri.* Herodotus, 8.88, & ex eo Suidas in voce *Αρτεμισία* qui tamen Artemisiam contra Perias militasse falso scribit. Bern.

27. *Multa mersæ naues]* Duxenter, inquit Diodorus, 11.19. Bong.

CAP. XIII. 1. *Mardonius]* Hunc fuisse putant Mardonium, qui sub Xerxe in Græcia casus, eundem cum Mardochæo. Nomen noa admodum abludit, sed etas atque alia circumstantia, apud Herodotum.

2. *Ne quid seditionis]* Tacit. hi-

stor. 2.97. *Froperis nostris rebus, certaturi ad obsequium aduersam fortunam ex aqua derelictant.*

*Fama aduersi belli, in majus, siccius mos est]* Nihil mutandum. Sic quoque initio lib. 14. *Ne fama, aut rem in majus extolleret, auctoritatem animos rerum nouitiae terroreret.* Voss.

*In majus]* In omnibus quoquot viderim editionibus extat, & in majus. Monitu Sebilij expunxi &, quod manifeste παράξενο nullique rei est. De re Tacitus annal. 3.44. 1. Cuneta, ut mos fama, in majus credita. Et Curtius, 9.2.21. Nunquam ad liquidum fama perducitur: omnia illa tradente, majora sunt vero.

3. *Trecena millia]* Habet ducenta millia equitum Probus. Vitruvius 1.1. c.1. in huius victoriæ memoriam, porticum pulcherri-  
mam, cui & à Persis profligatis nomen inditum sit, constructam fuisse dicit.

5. Ponni

consilio, Mardonio exercitus traditur : reliquias copias  
 5 sex ipse reducere in regnum parat. Sed Græci audita  
 regis fuga, consiliū ineunt pontis interrumpendi, quem  
 ille Abydo veluti victor maris fecerat; ut intercluso re-  
 ditu, aut cū exercitu de leretur; aut desperatione rerum,  
 6 pacē viclus petere cogeretur. Sed Themistocles, timēs,  
 ne interclusi hostes desperationē in viuitū verterent,  
 & iter quod aliter non pateret, ferro patefacerent: satis  
 mulros hostes in Gracia remanere dicitans, nec augeri  
 7 numerū retinendo oportere; cū vincere consilio ceteros  
 non posset, eundē seruum ad Xerxem mittit, certiorēm-  
 que consilij facit; & occupare transitū maturata fuga  
 8 jubet. Ille perculsus nuntio, tradit ducibus milites per-  
 9 ducendos; ipse cum paucis Abydon contendit. Vbi  
 10 cum solutum pontem hibernis tempestatibus offendis-  
 set, piscatoria scapha trepidas trajecit. Erat res specta-  
 culo digna, & estimatione fortis humanæ, rerum varie-

5. *Pontū interrumpendi*] Ita liberorū pädagogum At Diodorū  
 etiam Herodotus & Polyænus. De hunc à superiori diuersum facere  
 strategemate Themistoclis ita videtur, lib. II. c. 17. & 19.  
 Frontinus, I. 2. c. 6. Themistocles ut-  
 ito Xerxe volentes suos ponere  
 rumpere prohibuit, cum docu-  
 fer, potius esse, eum expelli ex Eu-  
 ropa, quam cogi ex desperatione  
 pugnare: idem misit ad eum, qui  
 indicaret, in quo periculo esset, nisi  
 fugam maturareret.

*Abydo* Est hæc yrbs Asiz à Mi-  
 litiis condita: cui Sestos in Euro-  
 pa opponitur intercedente Hel-  
 leiponto.

6. *Themistocles, timens*] Fronti-  
 nus, 2. 6. 8.

*Ne interclusi &c.* Vegetius, 3. 21.  
 Clausis ex desperatione crescit au-  
 dacia; & cum spes nihil est, sumit  
 arma formido. Ideoque Scipionis  
 laudata sententia est, viam hosti-  
 bus, qua fugiant, munirendam.

7. *Eundem seruum*] Scilicet de  
 quo supra, 2. 12. 19. quem Sicinum  
 nominat Herodotus, 8. 75. eumq;  
 Themistocles ait fuisse & seruum &

tate liberorū pädagogum At Diodorū  
 hunc à superiori diuersum facere  
 videtur, lib. II. c. 17. & 19.

9. *Piscatoria scapha*] Scaphæ, re-  
 ste Nonio, nauicula sunt, quæ ma-  
 jores naues consequuntur. Vnde  
 tabolenus IC. Si nauem, inquit, cū  
 instrumentis emitti, præstari tibi  
 debet scapha nauis. Cæsar in  
 Commentariis: Quod cum ani-  
 maduertisset Cæsar, scaphas lon-  
 garum nauium, item speculatoria  
 nanigia militibus compleri jussit.  
 Sane crebra est apud auctores sca-  
 pharum mentio: nunc vulgo pro  
 scapha, nostri nautæ scyphum ap-  
 pellant. Sic quidem & ab eruditis  
 puratur. Sed certè & scyphus no-  
 men est nauigii. Id quod Aurel.  
 Macrobius, vir multæ eruditioñis,  
 apertissime ostendit. Sat. 5. Sunt &  
 qui scaphas liburnis associari di-  
 cant, exploratoriasque vocari, vt  
 est apud Vegetum. Sunt & qui ab  
 Illiricis inventas tradant. Sane  
 venter nauis scapha antiquis di-  
 cebatur, teste Suida. Gyrald.

10. *Quem*

tate miranda, in exiguo latentem videre nauigio, quem paulo ante vix æquor omne capiebat; carentem etiam omni seruorum ministerio, cuius exercitus propter multitudinem, terris graues erant. Nec pedestribus co-  
piis, quas ducibus assignauerat, felicius iter fuit: siquidem quotidiano labore (Neque enim illa est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multorum deinde 12 dierum inopia contraxerat & pestem: tantaque fœditas morientium fuit, ut viæ cadauetibus implerentur, alitésque & bestiæ, illecebris sollicitatæ exercitum sequerentur.

CAP. XIV. Interim Mardonius in Græcia Olyn-  
thum expugnat. Athenienses quoque in spem pacis, amicitiamque regis sollicitat, spondens incensæ corum virbis etiam in maius restitutionem. Posteaquam nullo pretio libertatem videt his venalem, incensis quæ ædificare cœperant, copias in Bœotiam transfert. Eo & Græcorum exercitus, qui centum millium fuit, sequutus est: ibique prælium commissum. Sed Fortuna regis cum duce mutata non est. Nam victus Mardonius vel-

vti

10. *Quem paulo ante vix ag. om.  
cap] Grauem illum & mari & ter-  
ra Xerxem, nec hominibus tantum  
terribilem: sed Neptuno quoque  
compedes, & Calo tenebras mini-  
tarem.* Val. Max. 3.2. Bern.

11. *Neque enim illa est]* Similis fere locus de Gallis, intr. 24. 8. 13.

12. *Inopia conter. &c.] Ita Florus,  
3.5.27.*

CAP. XIV. 1. *Olynthum]* Olynthum ab Artabazo expugnatum refert Herodotus, 8.127.

*Olynthum]* Vrbs à Melia describitur, inter Athon montem, & Pallenem urbem. Viginti stadii à Meciberna, ut tradit Suidas. Plinius & Orosius quoque meminerunt. Thracia urbem maximam vocant Xenophon, & Libanius. Eadem Sibonnia, σιβωνία, appellatur, vt

scribit Herodotus in Pollymnia. Sed regionem potius sic vocat, in qua Olynthos, & aliæ urbes sive sunt. Oret.

2. *Athenienses quoque]* Herodotus, fine lib. 8. & Diodorus, 11. 28. Bong.

5. *Fortuna regis &c.]* Insigniter hoc dictum illustrat Gruteri dissertatio 1. ad Tacit.

*Victus Mardonius]* Hæc est memorabilis illa Græcorum ad Platæas victoria, de qua Herodotus, lib. 9. Diodorus, 11. 31. Plutarchus Aristide. Aemilius Probus Aristide & Pausania, quos vide, & Strabo, lib. 9. & Pausan. Laconicis & Bœoticis. Interfectum eo prælio Mardonium, præter Cresiam scribunt omnes: hunc iequitur auctor noster. Bong.

6. Regalis

6. *vii ex naufragio, cum paucis profugit. Castra referta regalis opulentiae capta.* Vnde primum Græcos, diuiso  
 7. *inter se auro Persico, dicitur luxuria cepit.* Eodem forte die, quo Mardonij copiæ deleræ sunt, etiam nauali prælio in Asia sub monte Mycale, aduersus Persas dimicatum est. Ibi ante congressionem, cum classes, ex aduerso starent, fama ad utrumque exercitum venit, viciisse Græcos, & Mardonij copias occidisse.  
 9. *Tantam famæ velocitatem fuisse, ut cum matutino tempore prælium in Bœotia cōmissum sit, meridianis horis in Asiam, per tot maria, & tantum spatij, tam breui 10 horarum momento, de victoria nuntiatum sit.* Confecto bello, cum de præmiis ciuitatum ageretur, omnium 11 judicio, Atheniensium virtus ceteris prælata. Inter duces quoque Themistocles princeps, ciuitatum testimonio judicatus, gloriam patriæ suæ auxit.

## C A P.

6. *Regalis opulentiae*] Nam Xerxes è Græcia fugiens, aureos & argenteos lectos atque mensas, omnemque regium apparatum reliquerat apud Mardonium. Herodotus 9, 81. Bern.

Vnde primum &c.] Florus 3, 12.

9. *Syria prima nos victa corrupit.*  
Adde nostrum, infra, 36, 4, 12. Liv. 39, 6. fin.

7. *Mycale*] Libri scripti hoc loco omnes depravate legunt Messæ, alijs Mosæ, alijs aliter. Vulgatam lectionem contra libros retinuerex Herodoto & Diodoro. Est autem Mycale mox Ioniz & urbs Stephano. Bern.

8. *Occidisse occidisse*] Bongars. cecidisse, Sed Modij judicium sequutus, retinui manuscrptis firmatam aliarum editionum lectionem. Ea locutione vntunt veteres, exercitum ad internectionem deletum significaturi. Luius 28. Exercitus eorum prope occidione occisi. Similique fere ratione Tacitus annal. 12. copia rum occidione occubuſſent. Bern.

9. *Tantam fama velocit.*] Hanc

famæ velocitatem redarguit Diodorus 11, 33. Ait enim rumorem istum sparsum à Leotychida, strategematis loco. Vide Plutarchum in Aemilio, c. 41. B. Simile tamen fame velocitatis exemplum habet noster, infra, 20, 3, 9. Adde Sueton. Neron. 1, & Domitian. 6. Florum 3, 3. fin. Bern.

11. *Themistocles*] Magna fuit gloria Themistoclis post victoriam Salaminiam, quam Plutarchus his verbis describit: Themistocli omnium Græcorum consensu primæ partes datae sunt. Cum enim duces in Isthmo ad aram conuenissent, unusquisque primum calculum sibi seruauit, alterum Themistocli tribuit: Lacedæmonij vero Themistoclem premio sumissæ sapientie dignum judicantes coronam olei capiti ipsius imposuerunt, & Sparta discedenti trecentos satellites addiderunt; qui ad fines terre Laconicæ hospitem deducere. Praeconio Themistoclis nihil glorioius homini tribui potest, hujus viuis viri consilio & sapientia vicos esse Persas & seruatam Græciam

C A P. X V. Igitur Athenienses aucti , & præmiis 1  
 belli,& gloria , vibem ex integro condere moliuntur.  
 Cum mœnia maiora cōplexi fuissent, suspecti esse La- 2  
 cedemoniis cœpere , recte reputantibus, quibus ruina  
 vrbis tantum incrementi dedisset , quantum sit datura  
 munita ciuitas. Mittunt ergo legatos, qui monerent, ne 3  
 munimenta hostibus & receptacula futuri bellis exfruant.  
 Themistocles, vt vidit spei vrbis inuideri, non existi- 4  
 mans abrupte agendum, respondit legatis, ituros Lace-  
 damonē, qui de ea re pariter cum illis consulant. Sic di- 5  
 missis Spartanis, hortatur suos opus maturarent. Dein ipse 6  
 interjecto tempore in legationem proficiscitur, & nunc  
 in itinere infirmitate simulata , nunc tarditatem colle-  
 garum accusans, sine quibus agi jure nihil possit, diem  
 de die proferendo, spatiū consummando operi quare- 7  
 bat ; cū interim nuntiatur Spartanis, opus Athenis ma-  
 turari ; propter quod denuo legatos mittunt ad inspi-  
 ciendā rem. Tum Themistocles per seruum magistrati- 8  
 bus scribit Atheniēsīū, legatos vinciat, pignusque teneat,  
 ne in se grauius cōsulatur. Adiit deinde cōcionē Lace- 9  
 dēmoniorū : indicat permunitas Athenas esse, & posse  
 jā illatū bellū non armis tantū, sed etiā mūris sustinere:

Si

Græciam Quid quod Græci negle-  
 ctis iudis Olympicis totos se ad  
 contemplandum Themistoclem  
 conuerterunt, & hospitibus hunc  
 liberatorem patriæ magna cum  
 admiratione mostrarunt ? sed  
 hanc tantam gloriani deformata  
 esse constat partim calumniis &  
 ingratitude ciuium , partim ip-  
 his Themistoclis petulantia &  
 improbitate. Nam Leobotes homo  
 obscurus atque ignobilis crimen  
 proditionis Themistocli obiecit,  
 & ciuitas ingrata mercedem an-  
 guinam vulpecula liberatrici per-  
 soluit. Etenim Themistocles pulsus  
 vniueria Græcia ad Xerxem, siue,  
 vt alij narrant, ad filium Xer-  
 xis Longimanum confugere coa-

ctus est. Strig.

C A P. X V. 1. Ex integrō con-  
 dere moliuntur ] Frater Diodo-  
 rum 11. 39. vide Thucydidem 1.  
 15. & Frontinum 1. 1. 10. Memi-  
 nit & Pausanias initio lib. 1. Bon-  
 garsius.

2. Recte reputantibus ] Manu-  
 scripti , recte putantibus : ex quo  
 Sebilius reputantibus facit, omisso  
 recte, quod nec abest incommodo.  
 Bern.

3. Munimenta host. ] Sebilius  
 mallet , munimenta hostib[us] in  
 receptaculum : vel , munimenta  
 receptacula, per appositionem.

6. Agi ] Sebilius præfert , age-  
 re , vt referatur ad Themisto-  
 clem.

10 Si quid ob eam rem de se crudelius statuerent, legatos eo-  
 11 rum in hoc pignus Athenis retentos. Grauius deinde ca-  
 stigat eos, Quod non virtute, sed imbecillitate sociorum  
 12 potentia quarcent. Sic dimissus, veluti triūphatis Spar-  
 13 tanis, a ciuibus excipitur. Post hæc Spartani, ne vires  
 otio corrumpent, & vt bis illatū a Persis Græciæ bellū  
 14 vleiscerentur, vltro fines eorum depopulantur. Duceo  
 suo, sociorumque exercitui deligunt Pausaniam, qui pro-  
 ducatu, regnum Græciæ affectans, prodictionis præmiū  
 cū Xerxe, nuptias filiæ eius paciscitur, redditis captiuis,  
 15 vt fides regis aliquo beneficio obstringeretur. Scribit  
 præterea Xerxi, quoscumque ad se nuntios missos, interfici-  
 eret:

14. *Pausaniam*] De quo facto &  
 Thucydides, 1.22. Diodorus, 11.45.  
 Plutarchus, in Themistocle & pa-  
 rallelis. Aemilius Probus in The-  
 mistocle & Pausania. Quod mox  
 sequitur, pro ducatu regnum affe-  
 gisse Pausaniam, est, honore du-  
 cis non contentum, regem Græciæ  
 constituere se voluisse. Quod ideo  
 monendum, ne quis cum Hispano  
 interprete sequius hæc accipiatur.  
 Adde infra, 9.4.2. *Berneccerus*.

*Pausaniam*] Post pugnam Pla-  
 tæniem non minor tuit Pausanias  
 virtus quam felicitas. Ut enim Pau-  
 sanias dux Laconicus, victoria mi-  
 nime cruenta, ingentem exercitū  
 Persarum ante oculos miserabiliter  
 prostravit: sic ipsam victoriā  
 castitate & modestia insigni orna-  
 uit. Cum enim mulier captiua Coa  
 ad ipsum à milibus adducta es-  
 set, non modo ab eius consuetudi-  
 ne abstinuit, que duci victori con-  
 cessa videbatur, sed etiam eam, in  
 patriam deduci misit. Deinde, cum  
 quidam Egineta Lampo ei hor-  
 tator erat, vt luxiret in cadavera  
 Persarum, amputatis eorum capi-  
 tibus & in hafta circumgestatis,  
 eamque rem affirmaret concilia-  
 turam esse Pausanias singularem  
 opinionem & gloriam; respondit

Pausanias sapientissime & mode-  
 ratissime: Barbaris hominibus hu-  
 ius consilij auctor esto: Gracos vero  
 ad humanitatem assuefactos, do-  
 ctrina studiorum & honesta disciplina  
 auerari decet immanem crudeli-  
 tam. Quod vero ad gloriæ appre-  
 petitionem attinet, scio me acquies-  
 cere in approbatione Spartanorū  
 rum, quibus satis est me placere:  
*Sancta faciendo & sancta dicen-*  
*do.* Haec dux virtutes, castitia &  
 modestia, quam rara sint in victo-  
 ria lata & felici & gloriosa, ex-  
 exempla aliorum ducum ostendunt,  
 qui post victoriæ fuerunt  
 superbissimi & flagitiosissimi. Sed  
 proh dolor, vt nulla virtus sine  
 Deo perpetua est, ita etiam Pausa-  
 nias paulo post victoriæ ex altissi-  
 mo fastigio virtutis & gloriæ in  
 deterimas & acerbissimas calamiti-  
 tates precipitas est. *Strig.*

15. *Quoscumque ad se nuntios*  
*missos*] In omnibus mss. legeba-  
 tur, ponens, vel poros. Forte scrip-  
 tum fuit, *proinu*. Error autem or-  
 tus est ex literarum compendio.  
*Voss.* Pontius Barbarum vocem, aut  
 Iustinini ætate vñitam, aut Perfi-  
 cam quis fortasse suppicetur. Ni-  
 hil mutare auctor suum, quum vul-  
 gata lectio duobus mss. confirme-  
 tur,

ceret: ne res loquacitate hominum proderetur. Sed dux 16  
Atheniensium Aristides, belli socius, collegæ conatibus  
obuiam euudo, simul & in rem sapienter consulendo,  
prodigionis consilia discussit. Nec multo post accusa-  
tus Pausanias, damnatur. Igitur Xerxes, cum prodigio- 17  
nis dolum publicatum videret, ex integro bellum insti-  
tuit. Græci quoque ducem constituunt Cimonem 18  
Athenien

tur, nontamen antiquissimis, Bon-  
gars. Sed Freinsheimius hinc eruit  
*consciens*, probabiliter, ut arbitror;  
imo probe. Sed absque magna cau-  
sa quicquam immutare religio  
est. Bern.

16. *Aristides*] Cum in Theatro  
Athenis recitaretur versus Aes-  
chyli:

Oὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιοι, οὐδὲ  
οὐδὲ τέλεσθαι τύχην αἴτια φε-  
νός καρπούντων.  
Αἴτιος τὸν κατέβατον βλασφήματα.

Id est,

Non enim vult videri iustus, sed  
esse profundum sulcum mentis, id  
est, sapientia fructificans, id est,  
agens vel ducens, ex qua, scilicet  
sapientia, optima, id est, præclarar-  
e & salutaris consilia promut; Om-  
nes spectatores mente & oculis in  
Aristidem intenti fuerunt, existimantes  
id quod res era, verius  
hæc dici de Aristide, quam de Am-  
phiarao. Nam Aristides omnia sua  
consilia & actiones ad iustitiae  
normam direxit, & commoda pa-  
trix sibi prima putauit, nec vñquā  
permoueri potuit, ut honestis cō-  
siliis utilia anteponaret. Quod cum  
ex aliis rebus permultis intellegi  
potest, tum ex hac re vel maxime,  
quod vnius Aristidis arbitrio vni-  
uersa Græcia censem inititui vo-  
luit, quem quidem ille sic mode-  
ratus est, ut nullius reipublicæ do-

na oneraret, & res ipsa ostenderet,  
Aristidem non esse mercatorem  
propriarum utilitatum in guber-  
natione. Etsi enim multæ fuerunt  
præclaræ huius viri virtutes, quas  
recensere nimis longum esset; ta-  
men paupertatis tolerantia præci-  
pue in eo fulsit. Serig.

18. *Cimonem*] Cuius vitam vide  
apud Plutarchum & Probum. De  
eo & Herodotus extremo lib. 6.  
Valerius Maximus, 5. 3. B. Adde  
Aristidem oratione Platonista e.  
Berneckerus.

*Cimonem* De virtutibus & rebus  
gallis *Cimonis* aliquid dicamus.  
Primum in Cimone summa fuit  
erga patrem Miltiadem pietas.  
Cum enim Miltiades in carcere  
decessisset, Cimon filius, ut eum se-  
peliret, vicarium se pro patris cor-  
pore dedit. Laudatur pietas duo-  
rum adolescentium Cataniorum,  
qui parentes viuos ex incendio  
gestarunt. Sed virtus Cimonis ma-  
jore admiratione digna est, qui erga  
mortuum patrem hunc sensum  
habuit, ut non dubitaret patris  
vincula ad obtinendam eius sepul-  
turam in se transferre. Deinde in  
Cimone humanitas tanta fuit, ut  
suavitate motū nō minus rempu-  
bi. Atheniensēm, quā armis auxisse  
videatur. Nā socij offensi Laconica  
superbia Pausaniam, & contra iniuriati  
*Cimonis* moderatione, vitro  
Atheniensium auspicia fecuti sunt.  
Quid dicā de liberalitate & mag-  
nificentia Cimonis, quæ multorū

Athenienscm, filium Miltiadis , quo duce apud Marathonem pugnatum est, juuenem, cajus magnitudinem  
 19 futuram pietatis documenta prodiderunt. Quippe pa-  
 trem ob crimen peculatū in carcerem conjectū, ibi-  
 que defunctum, translati in se vinculis, ad sepulturam  
 20 redemit. Nec in bello judicium diligentium fecellit: si-  
 quidem non inferior virtutibus patris, Xerxem terrestri  
 naualique bello superatum, trepidum recipere se in re-  
 gnum coēgit.

literis & sermone celebrata est? Cratinus certe comicus non ob-  
 scure Cimonis in hoc genere lau-  
 dem prædicat. Ego, inquit, sēpe op-  
 taut cum viro diuino & liberalissi-  
 mo erga hospites , & omnium  
 Græcorum optimo , vitam tradu-  
 cere, sed hanc spem cogitationum  
 inopinatus viri discessus fecellit. Et  
 Critias, vnu ex 30. tyrannis, à Deo  
 precatus est opulentiam Scopæ, li-  
 beralem animum Cimonis, & Age-  
 silai clarissimas victorias. Gorgias  
 etiam Leontinus crebris sermoni-  
 bus hanc sententiam usurpauit,  
 Cimonem ita possidere opes, ut iu-

vni scires , usum vero diuitiarum  
 buc referre, ut esset in honore Strig.

19. Partem] Vir magnus in variis  
 lectionibus, auctori cōtrarum fa-  
 cit Demosthenem, qui non patris  
 causa, sed ob affectacem tyranni-  
 dem, mulctatum Cimonem scribat  
 in oratione contra Aristocratem.  
 Vtrumqne factum credo , sed di-  
 uersis temporibus. Bern.

20. Xerxes] Ad Eurymedontem,  
 ut strenuus athleta, uno die dupli-  
 cem victoriam natu. Plutarch. in  
 Cimone. Vide & Thucydidem 1.  
 16. 19. & Diodorum 11. 61. Bon-  
 garf.

### L I B E R III.

#### B R E V I A R I V M C A P I T V M .

- 1 Xerxis & Artabaziprefecti perfidi tragicus interitus.
- 2 Bellorum inter Lacedemonios & Athenienses origo.  
Sparta & Republica, & Legislator.
- 3 Leges à Lycurgo Spartanis late, quomodo rat. & fiant & habeantur?
- 4 Bellum Messeniis illatum ob stupratas virginis: &  
superiorum Spartanorum in Italianam migratio.
- 5 Messenij scelerum suorum luunt pœnas; & bellum in-  
staurant, ac tandem superantur.
- 6 Tertium bellum Messenium, Peloponnesiacum item, in  
quo multæ euentuum variorum facies.

7 Pacis fædus ruptum. Spartani premuntur Periclis  
virtute, cuius egregia in rem publicam merita  
describuntur. Iterum pax sancta & violata:  
unde bellum Siculum.

## C A P. I.

**X**erxes rex Persarum, terror antea gentium, 1  
bello in Græciā infeliciter gesto, etiam suis  
contemptui esse cœpit. Quippe Artabanus 2  
præfectus ejus, deficiente quotidie regis ma-  
jestate, in spem regni adductus, cum septem robustissi-  
mis filiis regiam vesperi ingreditur, (nam amicitiae iure  
semper illi patebat) trucidatoque rege, voto suo obsi-  
stentes filios eius, dolo aggreditur. Secutio de Artaxerxe, 3  
puero admodum, fingit regem à Dario, qui erat  
adolescens, quo maturius regno potiretur, occisum; im-  
pellit Artaxerxem patricidium patricidio vindicare.  
Cum ventum ad domum Darij esset, dormiens inuen-  
tus, quasi somnū fingeret, interficitur. Dein cum unum 4  
ex regis filiis celeri suo superesse Artabanus videret,  
metueretque de regno certamina principum, assumit in  
societate consilij Bacabasum, qui præsenti statu conten-  
tus, rem prodit Artaxerxi, ut pater ejus occisus ut frater 5  
falsa patricidij suspicione oppressus; ut deniq; ipsi parare. 6

ter

C A P. I. 1. in Graciam] Pro  
aduersus Graciam: vel per anti-  
prolin, qualis est apud Suet. Aug.  
13.3. Sepulturam in volucrum fo-  
re potestatem. Curt. 3.5.13. Darum  
in Ciliciam fore numiatur. Ita sa-  
pe Cicero, Plautus, alij: quin au-  
tor ipse iupra, 2 13.6. Satu multos  
hostes in Graciam manere dicitur  
tans. ut volum. ms. Bern.

2. Quippe Artabanus &c.] Le-  
gendus Diodorus Siculus 11.79. &  
Ctesias in Periclis excerpt. c. 29. &  
seqq. & Probus in fine vitarum,

Qui hic Bacabasus, illis Megaby-  
zus dicitur. Artabanus autem Ari-  
stotelei, Polit. 5.10. Arcapanes est.  
Ctesias Arapanus. Bong.

Quid Area designat, vide su-  
pra, est nimirum nomen Heroi-  
cum.

3. De Artaxerxe] Cui cognome  
Longimanus. Alius est Intra, 5.  
11.1. &c Bern.

6. Bacabasum] Posterior vox ho-  
dieque Turcis Tartarisque caput  
supremumque præfectum denotat.  
Thys.

7 tur insidia. His cognitis Artaxerxes, verēs Artabani numerum filiorum, in postremū diem paratum esse armatum exercitum jubet, recognitus & numerum militum, & in armis industriam singulorum. Itaque cum inter ceteros & ipse Artabanus armatus assisteret, rex simulat, se breviorē loricā habere: jubet Artabanum secum commutare: exuentem se, ac nudatum, gladio 9 trajicit: tum & filios ejus coripi jubet. Atque ita egregius adolescentis, & cædem patris, & se ab insidiis Artabani vindicauit.

1 C A P. II. Dum hæc in Persis geruntur, interea Græcia omnis ducibus Lacedæmoniis & Atheniensibus, in duas diuisa partes, ab externis bellis, velut in viscerā sua, anima conuertit. Fiunt igitur de uno populo duo corpora: & eorumdem caltropum homines, in quos hostiles exercitus diuiduntur. Hinc Lacedæmonij communia quondam ciuitatum auxilia, ad vires suas trahebant: inde Athenienses, & vetustate gentis, & gestis rebus illustres, propriis viribus confidebant. Atque ita duo potentissimi Græciæ populi, institutis Solonis, & Lycurgi legibus pares ex æmulatione virium in bellum ruerbant. Namque Lycurgus cum fratri suo Polybitæ Spartanorum regi successisset, regnumque sibi vindicare potuisset, Carillo filio ejus, qui natus posthumus fuerat, cum ad ætatem adulatā peruenisset, regnum summa fide 6 testituit: ut intelligerent omnes, quanto plus apud bonos

9. Et cedam patru] <sup>1</sup> & q[ui]dā <sup>2</sup>  
10. Diodor. Nam illa, & necem  
fratris, abiunat à vetr. B.

C A P. II. 5. Namque Lycurgus ] De quo in eius vita Plutarillus, & Herodotus, 1. 65. & Strabo lib. 10. & Pausanias Laconicis. Bon-garsius.

Polybita ] Ita veteres Græci polyzelēs. At Charillus, quomodo & Heraclides, illis est Cha-

ritaliū. Herodoto, 1. 6. Leabores Bon.

Regnumque sibi vindicare pot.] An in successione regni, nepos ex filio priore, filio posteriori sit præferendus, breuiter, ac neuiole foliideque ut omniz, decidit vir magnus, et sic unum maximis compareatur, Hugo Grotius, de iure belii & pacis, 2. 7. 30. Adde Lipsij Monit. & Exempl. 2. 4. 3. Bern.

7. Con

nos pietatis jura, quam omnes opes valerent. Medio igitur tempore dum infans conualescit; tutelamque eius administrat, non habentibus Spartanis leges instituit, non inuentione earum magis, quam exemplo clarior: si quidem nihil lege nulla in alios sanxit, cuius non ipse primus in se documenta daret. Populum in obsequia principum, principes ad iustitiam imperiorum formauit. Parcimoniam omnibus suasit, existimans laborem militiae, assidue frugalitatis consuetudine faciliorum fore. Emi singula non pecunia, sed compensatione mercium iusfit. Auri argenteique usum, velut omnium scelerum materialium, nullulit.

CAP. III. Administrationem reipublicæ per ordinates diuisit: Regibus potestatem bellorum, magistris judicia per annuas successiones, senatu custodiam legum, populo sublegendi senatum, vel creandi quos vellent

7. Conualescit ] Hoc est, crescit, robur acquirit. Sic infra, l. 4. 1. & 18. 4. 6.

Spartanus leges instituit ] Vide Xenophontem de rep. Lacedæm. & Thysij Memorabilia, ubi de Lacedæmoniorum republica agit. Strabonem lib. 8. & 10.

Magis clarior ] Contra Grammaticos canonas. Hac, præter alias, de causa malæ Latianarum auctori dicam scribunt. Scriban: igitur & aliis: vir. Floro, 4. 2. 72. Minus admirabilior Plaut. Stich. 5. 4. Magis dulcior. Virgil. in Culice vers. 78. Quum magis optato queat esse beatior auro? Quem ad locum Fr. Taubmannus plura id genus exempla Leonasini Græcisantis annotavit, Bern.

8. Nihil legonulla] Lætinus apud Liu. 26. 36. 2. Si quid iniungere inferiori velut ad prius in re accuatos si ipse iuris statuera, facilius omnes obediencies habeas.

10. Parcimoniam ] Pro hoc habent omnes libri: Parcimoniam.

omnibus, item existimans. Illud sua sit in nullis comparet lioris. Putauerim emendandum: in parcimoniam omnes idem, existimans, & repetendum ex proœmio, formauit. Populum formauit in obsequia principum, principes ad iustitiam imperiorum, omnes in idem parcimonium pro parcimonia, ut sacerdotium. Glossis etiam id notatur. Parcimonium, μερογραφία. Parcimonia, παρεκτοικία Salmas.

CAP. III. 2. Magistrisbus ] Magistrati legit è Fuldensi ms. Modius.

Per annuas successores ] Hanc electionem è vestigiis vetustiorum codicum eruisse se dicit Acidalius ad Velleium, 2. 130. 8. Bong. edidit, & annuas successores, quod non conuenit sequenti verbo permisit: cum successores, ut frenum immodice potentia, soleant imponi. Vide Sallust. Catil. 6. 10. Liu. 3. 39. 9. & 4. 5. 8. C. C.

3 vellet magistratus, potestatem permisit. Fundos omnium æqualiter inter omnes diuisit, ut æquata patrimonia neminem potentiores altero redderent. Coniuari omnes publice iussit, ne cuius diuitiae vel luxuria in occulto essent. Iuuenibus non amplius una ueste vti toto anno permisit, nec quenquam cultius quam alterum progreedi, nec epulari opulentius, ne imitatio in luxuriam verteretur. Pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci præcepit, ut primos annos nō in luxuria, sed in opere & laboribus ageret. Nihil eos somni causa substernere, & vitam sine pulmento degere, neque prius 8 in vibem redire, quam viri facti essent, statuit. Virgines sine dote nubere iussit, ut vxores eligerentur, non pecunia; seueriusque matrimonia sua viri coegerent, cum nullis

3. *Fundis.*] Vti autem æqualitas concordia marit, ita difficultas admodum molimine opulentiorum agros communes fecit, atque inter ciues diuisit. Ita autem singulis partes attribuit, vt siogulis familiis ad viatum frugalem sufficerent. Eodem fere modo, quo sanctissimam Hebreorum rempubl. constitutam nouimus. Vnde omnem agrorum venditionem Lycurgus prohibuit, ne ingruente necessitate paupertatis scuissimo tolo aligerentur. Quisque igitur sua manu ex agrorum prouentu vicitabar. Qui modus vivendi vti antiquissimus, ita innocentia fere, & frugalitas enim sequuntur. Vsus auri & argenti, qui pessimas ut plurimum artes mortales docuit, lege vetitus. Viles nummi ferrei, quantum utilitas postulabat, cusi sunt. Ita luxuria, omnisque auaritia, & opum & auri furiosa cupidus ejus est rep. Tanta continentia faciunt resp. octingentos annos stetit. *Thys.*

4. *Coniuari omnes publice iusserit.*] Ea coniuaria phiditia à parcento, vel ab amicitia philitia appellabantur. Conueniebant autem ad phiditia conferentes singuli far-

me modium, vini coros octo, casei quinque minas, siccum quinque seminas. Fr. Modius in uno mss. suorum ait esse, coniuare omnes publice iusserit: ex quo facit conuixerent omn. p. ius. ut Plautus dixit Amphit.

*Misisti ad nauem Sagam,* ut hodie tecum coniuiceret. Bern.

Ne cuius diuitiae vel luxur. Id spectantes Romani veteres impetrarunt, ut parentibus janu pransisteretur & caritaretur: ut sic, oculis ciueum testibus fastis, luxuria modus fieret. Mactob. Saturnal. 2. 13. priacip. Bern.

5. *Veneretur.*] Nobiliss. Sebino subtribo rescribent verteret, absolutè, ut Tacitus & optimi quique sape. Sic infra, 36. 2. 16. Bern.

8. *Si ne dote.*] Refert etiam Aelianus hist. var. 6. 6. At Aristoteles, polit. 2. 9. Spartanos reprehendit, quod magnas dotes dent: Nimis quia jam tunc à legibus institutis que Lycurgi sui descuerant, ut iis exprobrat Plutarchus in Lyandro, Cleomene & Agide. Bern.

*Matrimonia.*] Hoc est, vxores suas. Sic infra, 3. 5. 6. & 44. 3. 7. &

nullis dotis frānis tenerentur. Maximum honorem non 9  
diuitum & potentium, sed pro gradu ætatis senum esse  
voluit. Nec sane vsquam terrarum locum honoratiōē  
senectus habet. Hæc quoniam primo, solutis antea mo- 10  
ribus, dura videbat esse, auctorem eorum Apollinem  
Delphicū singit, & inde se ea ex præcepto numinis de-  
tulisse, ut consuecdi tedium metus religionis vincat.  
Dein ut æternitatē legibus suis daret, jure jurando obli- 11  
gat ciuitatē, nihil eos de eius legibus mutaturos prius-  
quam reuerteretur: & simulat, se ad oraculum Delphi-  
cum proficisci, consulturum, quid addendum matan-  
dumque legibus videretur. Proficiscitur autem Cretam, 12  
ibique perpetuum exilium egit, abjicique in mare ossa  
sua moriens iussit, ne relatis Lacedæmonem, solutos se  
Spartani religione jurisurandi in dissoluendis legibus  
abstrarentur.

CAP. IV. His igitur modis ita breui ciuitas con-  
valuit,

& 18.5. & Impp. in Codice Iepius.  
Ita clientela pro clientibus, seruitia pro seruis, & id genus infinita.

Doru frāni] Titinius: Viri enim ( ita legendum arbitror ) doribus deliniti, vero etiam uxoribus ancillantur. Plantus passim. Bong.

9. Senectus] Senecturi apud illos summis honor habitus, quæ scep-  
to adolescentum vitia animaduerr-  
tebat, si Paxtonus, cui publica illa cura commissa erat, abesse;  
& hoc quadrat, quod iuuenialis alibi incilcat.

Credebat hoc grande nefas &  
mortis piandum,  
Si juuenu' vœulo non assurrexe-  
rat, & si  
Barbaeo cucunque puer, licet  
ipse videret  
Plura domi farra, & maiores  
glandu' aceruos.  
Tam venerabile erat, precedere  
quatuor annos.  
Et Quid. lib. 5. Fast. Magna fuit  
quondam capit' reverentia cani:

Inque suo pretio, &c.

10. Auctorem eorum Apoll. Delph. singit] Valer. Max. 1.2. Sed Plu-  
tarachus in Lycurgo, & Strabo lib.  
10. hæc non ficta, sed acta referunt:  
& Herodotus 1. 65. recitat versus  
Pythie ad Lycurgum, scilicet  
oraculi ergo aduentantem. Et si id  
adserat cum Paulania in Laconi-  
cis, quod nonnulli harum legum  
non Lycurgum, sed Minoëm au-  
ctorem, arque à Cretensibus eas ad  
Spartanos per Lycurgum transla-  
tas existimat. Bern.

11. Ut auctoratem legibus suis  
daret] Steterunt autem illæ per  
annos septingentos, ut est in Liuio  
38. 54.9. Quingentos tantum refert  
Plutarchus in Lycurgo cap. 56. pr.  
Bern.

Oraculum Delphicum] Vide lib.  
2. c. 12. 8 & lib. 23. cap. 6.

12. Ibique perpetuum &c.] De  
loco mortis ac sepulturæ dissentit  
auctorum ostendit Plutarchus Ly-  
curo extremo. Bern.

valuit, ut, cū Messeniis propter stupratas virgines suas, in solenni Messenioram sacrificio, bellum intulissent, grauissima se execratione obstrinxerint, non prius quā Messeniam expugnassent, reuersuros, tantum sibi vel de  
 2 viribus suis, vel de fortuna spondentes. Quæ res initium dissensionis Græciæ, & intestini belli causa & origo fuit. Itaque, cum contra pœnitus suam annis decem in cibidione vibis tenerentur, & querelis uxoriū  
 4 post tam longam viduitatem reuocarētui: veriti, ne hac persenerantia belli, grauius sibi quam Messeniis nocerent: quippe illis quantum juuentutis bello intercidat, mulierum fœcunditate suppleri sibi & belli damna assida, & fœcunditatem uxorum, absentibus viris, nullam.  
 5 esse: itaque legunt juenes ex eo genere militum, qui post jusjurandum in supplementum venerat, quibus  
 6 Spartam remissis promiscuos omnium feminarum concubitus permisere: matriorem futuram conceptionem  
 7 rati, si eam singulæ per plures viros experirentur. Ex his nati, ob notam materni pudoris, Partheniæ vocati,  
 qui

CAP. IV. 1. *Messeniis*] *Messene*,  
*Mesene*, Peloponnesi vrbis & regio, sic dicitur Stephano, & Ptolemy. sed & regio *Messenia*. Oret.  
 Cū *Messeniis* proper *stupratas*] Strabo, 1.6. & 8. Pausanias in *Messenicis*. Orosius, 1.21. habet, proper *stretas* virgines: virtiose. Strabo enim, *utriusque* *Strabœ* *ad* *parvov*. De hoc bello varie Seruins P. Danielis in 3. Aen. B. Adde Lactatium, 1.20. qui nonnihil variat. *Bern.*

*Propter stupratas virgines suas*] Lactant. A Lacedæmoniis fortasse didicerant, deos sibi ex euentis fingere: qui cum Messenios obserrent, & illi furtim, deceptis obfessoribus, egressi ad diripiendam Lacedæmonem cucurrisse, à Spartanis mulieribus fugatis sunt. Cognitis autem hostium infidiis Lacedæmonij sequebantur. His armata-

tz mulieres obuiam longius exierunt: quæ cum viros suos cernerent parare se ad pugnam, quod putarent Messenios esse, corpora sua nudauerunt. At illi vyoribus cognitis, & aspectu in libidinem concitati, sicut erant armati, permisi sunt utique promiscue: nec enim vacabat discernere. Sic iuvenes ab iidem antea missi cum virginibus: ex quibus sunt Partheni nati. Propter huius facti memoriam ædem Veneri armata simulacrum posuerunt: quod tametsi ex causa turpi, tamen honestius videtur armatam Venerem consecrassæ, quam Caluam.

7. *Partheniæ*] Ita veteres, & Græci, non *Partheny*, ut vulgo. Vide præter ceteros Eustathiu in Dionys. B. Adde Seruium in Virgil. 3. Aen. vii tamē inepit, *Partheniæ* hos dicos. ait. *Bern.*

qui cum ad annos xxx peruenissent, metu inopiate (nulli enim pater existebat, cuius in patrimonium successio speraretur) ducem Palantum assumunt, filium Araci, qui auctor Spartanis fuerat, juuentutis ad generandam sobolem domum remittendae: ut sicuti dudum patrem ejus nascendi auctorem habuissent, sic ipsum spei ac dignitatis sue haberent. Itaque nec salutatis matribus, e 10 quarum adulterio infamiam collegisse videbatur, ad sedes inquirendas proficiscuntur diuque & per varios ca- 11 sus jactati, tandem in Italiam deferuntur, & occupata arce Tarentinorum, expugnatis veteribus incolis, sedes ibi constituant. Sed post annos plurimos dux eorum Pa- 12 lantus, per seditionem in exilium proturbatus, Brundusium se cotulit, quo expulsi, sedibus suis veteres Taren-

<sup>8</sup> *Palantium*] Græci φίλαντον, & Horat. 2. od. 6. Eustathio ελανδός. De Tarentinorum origine vide etiam Paulaniam in Phocicis. Bon.

<sup>11</sup> *Tarentinorum*] Pausanias: Tarentum coloniam deduxere Lacedæmonii, duce Phalato Spartano. huic coloniam deducturo, Delphini oraculum redditum est; cum sub Aethra pluviam animadu-  
erisset, tunc se agri & urbium comparem fore. Sed cum neque per se, quid illud responsum innueret, satis considerasset; neque omnino quamquam interpratum consuluissest: classe in Italiam applicuit. ibi cum Barbaros viciisset, neque tamen vel urbe villa vel agro potiri posset, Dei voce significatum suspicari cepit, quod scilicet nunquam euenturum esset, vt puro ferendoque celo (αἰθέρι Græci vocant) plueret. hunc vxor, animu despondentem (consequuta quippe domo fuerat), amanter multis modis solabatur. Et eius aliquando caput genibus sustentans, dum pelliculos legit, lacrymæ pre mariti amore, ob aduersos eius ca-  
sus & irritam spem, mulieri obor-

tinæ, atque effusis flens, viri caput perfundit. tunc primum euolutæ sunt oraculi ambages. nam Aethra, numen vxori erat, ea itaque no-  
ste, quæ consequita est, Taren-  
tum, hostium urbem maritimam, maximè & opuleatissimam, cepit.

<sup>12</sup> *Brundusium*] Strabo: Brundusium fertur coloniæ occupatum à Cretenis, qui cum Theseo à Caosso eo peruererint, post acces-  
sisse eos, qui cum Iapyge è Sicilia  
eo venerint, utrumque enim tra-  
ditur, sed non una manasse eos:  
verum in Botticæ abiuisse. postea  
temporis cum sub Regibus esset  
Brundusium, multum agri amuit,  
ademptum à Lacedæmoniis, qui  
eo cum Phalanto venerant. quem  
tamen pulsum Tarento Brundusi-  
ni receperunt, mortuumque  
splendida dignati sunt sepulti-  
ra. ager ipsorum est quam Taren-  
tinorum melior: vt enim minus  
glebosas est, ita fructus contra-  
boas profert, mel quidem &  
lanæ eius imprimis laudan-  
tur. Ad hæc, Brundusium por-  
tum habet, quam Tarentum,  
commodiorē. Quippe ad Bran-  
dusium multi includuntur: van-  
ostio portus, ab omnibus fluctu-

13 tini concesserat. Hic moriens persuadet, ut ossa sua, pa-  
 stremusque reliquias conterant, & tacite sp. ergi in foro  
 14 Tarentinorū current. Hoc enim modo recuperare illos pa-  
 15 tria suā posse, Apollinē Delphis cecinisse. Illi arbitrantes  
 16 cum in vltionē sui, ciuium fata prodidisse, præceptis pa-  
 ruere: sed oraculi diuersa sententia fuerat. Perpetuitatem  
 17 enim vrbis, non amissionem hoc facto promiserat. Ita  
 ducis exulis consilio, & hostium ministerio, possessio  
 18 Tarētina Partheniis in æternum fundata, ob cuius be-  
 neficij memoriam Palanto diuinos honores decreuere.

1 C A P. V. Interea Messenii, cum virtute non pos-  
 2 s. sit, per infidias expugnantur. Dein, cum per annos  
 1 XXXX grauia seruitutis verbera, plerumque & vincula,  
 ceteraque captiuitatis mala perpessi essent, post longam.  
 3 pœnatum patientiam, bellum restaurant. Lacedæmonij  
 quoque eo conspiratus ad arma concurredit, quo ad-  
 4 versus seruos dimicaturi videbantur. Itaque cum hinc  
 iniuria, inde indignitas animos acueret; Lacedæmonii  
 de bellum euentu oraculo Delphis consulto, iubentur du-  
 5 cem bellum ab Atheniensibus petere. Porro Athenenses,  
 cum responsum cognouissent, in contemptū Spartano-  
 rum, Tyrtæum poëtam, claudum pede, misere: qui tri-  
 bus præliis fusus, eo vsque desperationis Spartanos ad-  
 duxit,

bus tuti; intus receptus infra fau-  
 ceis multis finibus; ita, ut eorum  
 forma figuram cornuum ceruino-  
 rum exprimat. Locus enim una  
 cum ipsa vrbe maxime ceruini ca-  
 pitis speciem habet: quod Messen-  
 piorum lingua *Brenion* dicitur.  
 Tarentius vero sinus non omni  
 parte à fiuctibus est immunis,  
 quia patet; præterquam quod in  
 iorino recessu haberet quædam va-  
 do. Præterea, è Græcia & Asia  
 aectus est ad Brundusium traie-  
 ctus, omnesque huc deferuntur,  
 quibus Romam iter est. Clauer.

CAP. V.2. Dein cuius per annos  
 LXXX grauia seruitus verbera.]  
 Ita hic locus distinguendus est:  
 Deinde cum per annos LXXX gra-

via seruitur, verbera, plerumque  
 & vincula, ceteraque captiuita-  
 tu mala perpessi essent, &c. Voss.

Plerumque] Sebilius, nec male,  
 plerique.

Captiuitatu] Bong. edidit, capta  
 ciuitatu.

3. Quo aduersus] Val Acidalius  
 ad Vell. 2. 13 o. 8. emendat, quo ad-  
 uersus nisi forsan hic altera vox  
 deest, quæ ex opposito respondeat  
 tu confirmatius, pro quo Sebil.  
 mallet confirmatus

4. Oraculo Delph.] Præter Stra-  
 bonem lib. 8. lege Paulanam lib. 4. B.

6. Seruos suos manumittit.] Apud  
 Thucydidem tamen, 5. 7. 12. Sparta-  
 ni seruis demum è bello reuersis  
 libertatem donarunt. Quod & Ro-

duxit, ut ad supplementum exercitus, sciuos suos manumitterent, hisque interfectorum matrimonia pollicerentur; ut non numero tantum amissorum ciuium, sed & dignitati succederent. Sed reges Lacedæmoniorum, ne contra fortunam pugnando, maiora detimenta ciuitati infligerent, reducere exercitum voluerunt; ni interveniit Tyrtaeus, qui composita carmina exercitui pro concione recitauit; in quibus hortamenta virtutis, damnorum solatia, belli consilia conscripsit. Itaque tantum ardorem militibus iniecit, ut non de salute, sed de sepultura solliciti, tesseras, insculptis suis & patrum nominibus, dextro brachio deligarent, ut si omnes ad uersum prælium consumpissent, & temporis spatio confusa

mani fecere. Liu. 24. 16. 8. Bern.

9. *Tyrtaeu, qui comp. carm. &c. J Horatius in Arte:*

*Tyrtaeusque mares animos in  
Martia bella  
Versibus excutit.*

Huius partim meminere, partim versuum fragmenta proferunt, Plato non semel libb. de Legibus: Pausanias Messenicas: Strabo lib. 6. Plutarch. in Lycurgo: Quintilian. 10. 1. Polyænus Strateg. lib. 1. Stobæus in Eclogis: Lycurg. rhetor. orat. contra Leocratem: Max. Tyrius dissert. et. Suidas Laconem eum aut Milesium fuisse scribit: Noster Atheniæsem, beneficio forte, non origine. Nâ & postea Lacedæmon quoque factum ciue Plato tradidit. Bern. *Tyrtæus*] De hoc Plato, libro primo Nômorum, n. 1001 romodestac. 1<sup>o</sup> Tyrtaeus, nomina belitate obuenit: γε δια σορός ήντι έγι, εγ καγδος. ὅπ τοι μη τι τῷ πλέμενῳ διαίρεται, διαδιρότος ιγνωσκώντας. Quod est: O Tyrtæe, diuinissime poeta: sapiens enim nobis probus que esse videris, quod excellenter laudibus eos, qui in bello eminuerint, ornasti. Hunc Tyrtæum Diogenes Laertius in vita Socratis, Heraclitis testimo-

nio, mentis impotem ab Atheniensibus dictum tradit. Ejusdem & Strabo pulcerrimos versus, lib. 6. Geographicorum, citat. Suidas Laconem eum aut Milesium fuisse inquit: Τυρταῖος Αἰχαριστήτης. Αἰχαριστη Μικήσιος, οὐληγειποιος εγ καλυπτη: οὐ λόγος ο τοις μέδεστη χρηστάς αρχοντος τηρητήν την Λακεδαιμονίου, εγ πολεμούντας Μεσσηνιοι ταῦτα διπλαγεντεις τοῦσαν. ιτι δι πλευτας; ουληγειποιος τοις επιλακυνθεσι σφοις εγ κα πλευροις θηραζεις εγ κα τιν' εγ Ολυμπιάδα, ιτι ερχειταις Λακεδαιμονίοις, εγ καρθηλιας δι εισγειας, εγ μηδην αρωματισθαια λίθαια. ι. Id est, Tyrtaeus, Archonbrotri filius, Lacon, siue Milesius, elegiarum conditor ac cubitus: quem ferme canibus uenire Lacedæmonios excaisse, eosque cum Messenis bellantes, ideo fortiores reddidisse. Est autem antiquissimus, ut qui sepe sapientem tempore, siue etiam ante eos vixerit. Floruit igitur XXXV. Olympiade, scriptis de recto ciuitatis regimine ad Lacedæmonios, ac documentis elegitis, & bellicorū carminib[us] lib. 5. E. Sab.

fusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum  
 12 tradi sepulturæ possent. Cum sic animatum reges exer-  
 13 citum viderent, curant rem hostibus nuntiari. Messeniis  
 autem non timorem res, sed æmulationem mutuam de-  
 14 dit. Itaque tantis animis concursum est, ut rato vñquam  
 15 cruentius prælium fuerit. Ad postremum tamen victo-  
 ria Lacedæmoniorum fuit.

1 C A P. VI. Interjecto tempore, tertium quoque bel-  
 2 lum Messenij reparauere: in cuius auxilium Lacedæmo-  
 nij, inter reliquos socios, etiam Athenienses adhucuere,  
 querum fidem cum suspectam haberent, superuacaneos  
 4 simulantes, à bello eosdem dimiserunt. Hanc rem Athe-  
 nienses grauiter ferentes, pecuniam, quæ erat in stipen-  
 dium Persici belli ab vniuersa Græcia collata, à Delo  
 Athenas transferunt, ne deficientibus à fide societatis  
 5 Lacedæmoniis, prædæ ac rapinæ esset. Sed nec Lacedæmonij quieuerere: qui cum Messeniorum bello occu-  
 pati essent, Peloponnesi immiscere, qui bellum Athe-  
 6 niensibus facerent. Paruæ tunct temporis, classe in Æ-  
 gyptum missa, vires Atheniensibus erant: Itaque na-  
 7 vali prælio dimicantes, facile superantur. Interj. cto  
 deinde

C A P. V I. 1. *Tertium bellum]*  
 De quo præter ceteros ad 3. 4. 1.  
 jam citatos, Diodorus lib. 11. 64.  
 & 15. 66. B.

2. *Athenienses]* Inter quos erat  
 Simon Miltiadis filius. Pausanias  
 in Messeniacis, & Thucyd. l. 1. B.

4. *A Delo]* Delum enim com-  
 mune Græcie atriarum esse volue-  
 runt. Probus in Aristide, Thucydi-  
 des 1. 16. 3. B. Solitos autem veter-  
 res in fanis publicas priuatasque  
 pecunias suas deponere, patet  
 etiam ex Cicerone de legib. lib. 2.  
 16. & Plauto Bacchid. 2. 3. 72. & 78.  
 Vide Brodæ miscell. 4. 17. Bern.

5. *Peloponnesi]* Bellum Pelopon-  
 nesiacum octo libris à Thucy-  
 dide comprehensum: de quo &  
 Plutarchus in Pericle, & Diodorus  
 lib. 12. Bong.

*Peloponnesi]* Belli Pelopon-  
 nesiaci tempus Plinius libro 30.  
 capite, 1. refert ad Olymp. octoge-  
 finæ primæ annum quarrum A.  
 Gellius vero libro 17. cap. 21. ad  
 primum Olymp. 89. refert. Diodo-  
 rus Siculus collocat id bellum  
 in annum urbis conditæ 323. id  
 est: in Olymp. 87. annum ter-  
 tium.

6. *Parua tunct]* Hunc locum ma-  
 le accepit Orosius lib. 1. cap. vlt.  
 Athenienses autem, inquit, missa  
 in Ægyptum parua classe. Au-  
 tor noster non paruam classem,  
 sed paruas vires dicit Athenien-  
 sisibus fuisse, missa classe ducenta-  
 rum nauium in Ægyptum. Thu-  
 cyl. 18. 16. Bong.

*Superantur]* Viæ sunt in Ha-  
 lia.

7. *Classem]*

deinde tempore, post redditum suorum aucti & classis  
& militum labore, prælium reparauere. jam & Lacc-  
demonij, omisis Messeniis, aduersus Athenienses ar-  
ma veiterant. Diu varia victoria fuit: ad postremum  
æquo Marte vrimque discessum. Inde reuocati Lace-  
demonij ad Messeniorum bellum, ne medium tempus  
otiosum Atheniensibus relinquerent, cum Thebanis  
paciscuntur, ut Bœotiorum imperium his restituerent,  
quod temporibus Persici belli amiserant, ut illi Athe-  
niensium bella susciperent. Tantus furor Spartanorum  
erat, ut duobus bellis impliciti, suscipere tertium non  
recularent, dummodo inimicis suis hostes acquirerent.  
Igitur Athenienses, aduersus tantam tempestatem belli,  
duos duces deligunt, Periclem spectatæ virtutis virum,  
& Sophoclem scriptorem tragœdiarum: qui diuiso ex-  
ercitu, & Spartanorum agros vastauerunt, & multas  
Achaïæ ciuitates Atheniensium imperio adjecerunt.

CAP. VII. His malis fracti Lacedæmonij, in annos  
xxx pepigerunt pacem: sed tam longū otium ini-  
micitiae non tulerunt. Ita quinto decimo anno, rupto fœ-  
dere,

7. Classis] Sebilius, classæ.

10. Vt Bœotiorum] Sebilius hunc  
locum ita censet restituendum:  
vt illi Bœotiorum imperium: hi resti-  
tuerent, quod tempore Persici belli  
amiserant: illi Achen. &c.

12. Periclem &c. & Sophoclem]  
Meminit M. Cicero Officior. 1.40.  
qui prætores vocat, spathylæc.  
Bong.

Periclem] Quinquagesimo anno  
post Xerxis è Græcia discessum, vt  
post Thucydidem ait Cicero, belli  
illud ingens natum est, quando Peloponnesus tota conjuravit  
in Athenienses, quorum in eo bello  
dux erat Anaxagoras philosophi  
discipulus Pericles, quem di-  
cendo fulgurare tonare, permisce-  
re Græciam, ait Aristophanes, nam  
eisdem erant olim & virtutis & elo-

quentiæ magistri. Vide Aristoph. in  
Acharnensibus, actu 2. scena 5. Re-  
petit hoc ex Aristophane Cicero  
in Oratore. Habet eundem locum  
Plinius, lib. 1. epistola 20. ad Cor-  
nel. Tacitum. Ex altera parte sum-  
ma rei praefectus fuit Archidamus  
Rex Lacedæmoniorum. Pericles  
erat æqualis & emulus Thucydi-  
des, qui & bellum illud descripsit.  
Sed Thucydes historicus non  
idem est cum hoc Pericles æmulo,  
vt Xylander, vir judicij & doctri-  
na laude excellentiissimus, ad Plu-  
tarchi Periclem annotat. In præ-  
tura collegam Pericles habuit So-  
phoclem, Poëtam Tragicum, vt Ci-  
cero narrat.

CAP. VII. I. In annos XXX.] Pau-  
sanias Eliacis prioribus, Thucyd. 1.  
19. 5. & 2. 1. 2. Bong.

dere, cum contempta deorum hominumque, fines Atticos populantur : & ne prædam potius, quam pugnam expetisse viderentur, hostes ad prælium provocant. Sed Athenienses, consilio Periclis ducis, populationis iniuriam differunt in tempus ultionis ; superuacuam pugnam existimantes, cum vlcisci hostem sine periculo possent. Deinde interiectis diebus, naues condescendunt, & nihil sentientibus Lacedæmoniis, totam Spartam deprædantur, multoque plura auferunt, quam amiserant. Profsus ut in comparatione damnoium, longe pluris fuerit ultio, quam iniuria. Clara quidem hæc Periclis expeditio habita : sed multo clarior priuati patrimonij cōtemptus fuit. Huius agros, in populatione ceterorum, intactos, hostes reliquerant, sperantes acquirere se illi posse aut periculum ex inuidia, aut ex suspicione proditionis infamiam. Quod ante prospiciens Peticles, & futurum populo prædixerat, & ad inuidiæ imperum declinandum, agros ipsos dono reipublicæ dederat : atque ita, unde periculum quæstum fuerat, ibi maximam gloriam inuenit. Post hæc interiectis diebus, nauali prælio dimicatum est : victi Lacedæmonii fugerunt. Nec cessatum deinceps est, quin aut terra, aut mari, varia præliorum fortuna inuicem se trucidarent. Denique fessi tot malis, pacem in annos quinquaginta fessere, quam non nifi

4. *Duci] Sebis. ducti. Ego prorsus expungarem ut irreptitiam glossam .Bern.*

5. *Tocam Sparram] Vrbem ipsam? Vix credi quear. Optime, si quid video. Sebis. emendar, oram Spartanam : nec aliud habet Thucydides, 2. 7. 1. Simili strategemate Nero Cos. Annibalem, & Agathocles Pænos Syracusas obsidentes elusit. Liu. 27. 45. & 28. 43. 16. Noftor, 22. 4. &c. Bern.*

8. *Hujus agros &c. intactos hoſſes] Liu. 22. 23. & 2. 39. codem Euſilio Annibalem fe. rum ignem*

que & vim omnem hostilem à fabij agris abstinere iuſſe ſcribit  
Sperantes acquirere ſe illi paſſe ] Non ideo agros Periclis intactos reliquile Archidamum, ut cum ſuſpectum redderet Atheniēbus, ſed quoniam ei amiciflmmus erat, inquit Polyænus. *Voff.*

9. *Prospiciens Pericles] Extat hac de re apud Thucydidem oratio.*

11. *Nauali prælio] Ad Naupactū, dice Phormione. Thucydides, 2. 15. 1. Bong.*

13. *In annos quinquaginta] Thucyd. lib. 5., 4. B. un.*

nisi sex annis seruauerunt. Nam inducias, quas proprio 14  
nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant:  
quippe quasi minus perjurii contraherent, si ferentes 15  
ciis auxilia, potius quam si aperto prælio dimicassent.  
Hinc bellum in Siciliam translatum: quod priusquam 16  
expono, de Siciliæ situ pauca dicenda sunt.

*Sex annis.] Et præterea decem  
meibus, teste Thucydide. 5.5.15.*

*14. Inducias &c.] An iure hoc,  
vide Alb. Gentilem de iure belli,  
1.3. fine capituli 18. Bern.*

## LIBER IV.

## BREVARIUM CAPITVM.

- 1 Siciliæ insule situs, soli natura. Aetna item montis  
ac Scylla & Charybdis miraculum.
- 2 Nomina, incole veteres, tyranni Siciliæ, cui Cartba-  
ginenses inhiant.
- 3 Rheginenses ab Himeranis oppressi. Athenienses im-  
perium Siciliæ ambiunt, & prospere agunt initio.
- 4 In incepto pergentes, Syracusani Lacedamonios ac-  
cessunt. Græcorum concursus fit, & bellum in  
Siciliam transfertur.
- 5 Athenienses à Glyippo, Lacedamoniarum duce, ter-  
ra marique frangunt: ducibus Demosthene &  
Nicias indecoro fato sublatiss.

## CAP. I.

**S**iciliam ferunt angustis quondam fauibus  
Italiæ adhæsse: direptamque velut à cor-  
pore, maiore impetu superi matis, quod to-  
to vndarum onere illuc vehitur. Est autem  
ipsa

CAP. I. Siciliam forunt] his versibus:  
Siciliam à continenti abruptam Hæ loca vi quondam & vasta  
fuisse etiam Virgilius auctor est. . . connuissa ruina

(Tantum

ipsa terra tenuis ac fragilis; & cauernis quibusdam fistulisque ita penetrabilis, ut ventorum tota ferme flatibus patet;

(Tantum enim longinqua valeat mutare veteras)

Dissimili ferunt, quam protinus vtraque tellus.

Vna foret; venit medio vi pontus, & undis

Hesperium. Siculo latus abscedit, aruaque & Urbeis

Litora deductas, angusto interlatae sunt. Eadem inter poetas reperiuntur Silius Italicus l. 14. Ouid. l. 15. Metam. Valerius Flaccus Argon. l. 1. Claudianus de rapto Proserpinae l. 1. Statius Thebaid. lib. 3. Praeter Poetas Mela l. 2. c. 7. Festas Pompeius. Isidorus Origin. lib. 13. c. 18. Plinius l. 2. c. 8. Solinus c. 8. Eustathius ad Dionysium. Strabo l. 11. Diodorus l. 4. & nouissime in Sicilia sua descriptione Faellus.

Siciliam Si vtramque oram Calabria pariter & Siciliæ, qua maxime inter se vicine sunt istæ terræ, bene consideres; facile obseruabis minimæ eas potuisse esse inter se connexas non enim tam angusto spatio extimus ille Siciliæ excensus Italiz est oppositus, ut oculo colligere liceat facile insulam, propter aliquam supra dictarum cautarum, a Continenti potuisse diuelli. Sed per xx. amplius millia passuum latus Sicilia opponit Italiz, juxta quod fretum Messanense ferrur, antequam ex Tyrrheno mari in Adriaticum se exoneret, quod spatium necesse est, ut omne fuerit diruptum, quo meatus fretu apperiret. Nec est, quod extremo tantum Pelori promontorio conjunctam fuisse Rajam adiuvares; rupturamque in eo soluimodo factam: quia hoc totius hujus tractus Italiz est proximum: quippe, ut ait Ouid. Metam. l. 15.

— Zancle quoque iuncta fuisse Dicunt Ializ, donec confinia portus

Abstulit, & media tellurem repu-

lit unda.

At à Peloro ad usque Messanam millia sunt xx: Ino Rhegium opidum, quod v. millia infra Messanam in latere Calabria positum est, præcipuum esse volunt illius ruptionis locum, atque inde nomen accepisse. Totum igitur hoc terræ ipsam dirupsum fuerit, necesse est. Id quod creditu per quam difficile est: quando tot per terræ orbem magnæ juxta atque paruæ coapiciuntur peninsulæ, quarum isthmî licet sint angustissimi, tamen neque stuctibus aduentis utrumque mari, neque terre aliquo motu, neque diluvij aquis unquam in insulam conuerteri potuerunt. Quare, quanto, duo illi isthmii, Peloponesi & Thraciæ Chersonesi, quum haud latiores sint xl. statuibus, siue passum millibus, nunquam potueri scindi? cur Tauricæ Chersonesi in Sarmatia istamus, prædictis istis etiam angustior, etiam nunc dura? Idem & alij, qui passim in mari interea visuntur, hic duum milliarum, ille valus, alias minoris etiam interualli, cur nunquam per ejusmodi vim fueri rupti? an vna sola Sicilia, per xx millium isthmum Italiz connexa, fatum hoc necessario pati debuit, ceu fragili constans vitro? Sed quis porro credit, tam pulchrum, tam absolutum, tamque admirandum opus, cuiusmodi est portus Messanensis, quem Deus omnium rerum summis artifex tanquam in circino tornauisse viderit, casu quodam superasse tam ingentem vim, qualis oportet fuisse in ejusmodi ruptura? Tum abyssus ille profunditatis, qui est in hoc freto, poteratne violētia alicujus dirruptionis inter utramque terram infundi? Sane ego certo statuo, Siciliâ omni suo fuisse insulam, postquam à Deo condita fuit. Valguarnera tractat,

pateat; nec non & ignibus generandis nutriendi"; soli 3  
 ipsius naturalis materia: qui ppe intrinsecus stratum sul-  
 phure & bitumine traditur: quæ res facit, ut spiritu cu n 4  
 ignæ inter interiora luctante, frequenter & compluribus  
 locis nunc flammas, nunc vaporem, nunc fumum eru-  
 et. Inde denique Aetna montis per tot sœcula durat 5  
 incendium. Et ubi acrior per spiramenta cauerarum 6  
 ventus incubuit, herenarum moles egeruntur. Proxi- 7  
 mum Italiæ promontotum, Rhegium dicitur, ideo,

quia

tractat, de primis Sicil. incolis.

4. *Spiritu cum igne inter interiora luctante]* Mirâ discrepantia in omnibus m s. Quidam codices ha-  
 bent, *inter interiora*. Non dubito,  
 quin iustius scriplerit, ut *spiritu cum igne inter interiora luctante*, &c.  
 Hoc verbum cum insuetum esset  
 Isidoro, qui hoc citat, rescripsit,  
*intervallu. Interiora vero, ut circun circa, præter propter, & alia.*  
 Voss.

5. *Aetna]* Elegantissimam habes descripcionem huius montis apud Petrum Bembum, cum ait: Sane mons situ, forma, magnitudine, feritate, incendiis mirus, demum tota sui qualitate ac specie longe conspicuus, & sibi vni par est. Ab aurora mare Ionium bibit, & Catanan suffinet imo in pede: cum sole descendit in insulam, qua Tyrrhenum pelagus est, & quæ Aeoliz appellantur: laterorius, in septentriones vergenti Pelorus objicitur, & Italiz angustiz sunt: contra reliqua insula subiacet, tractusque ii omnes, qui cum Libyzo in Africam protenduntur. Ip-  
 sa Aetna radices suas fere in orbem deducit, nisi sicubi orientem, & meridiem versus promisso cliuo paulisper extenditur: celebs de-  
 git, & nullius montis dignata con-  
 jugium: caste intra suos terminos continetur, circumlit non minus, quam centum mil. pass. ascendit  
 fere per viginti, qua brevior via. Ima colles, ac omnis radicum am-

bitus per opida, & per vicos fre-  
 quens inhabitatur: Baccho, Pallade, Cerere feraces terræ, armentorum omnis generis, supra quæ credas, feracissimæ. Hic amoenaissima loca circumquaque: hic fluij personantes: hic obstrepetes riui: hic gelidissimæ fontium perenni-  
 tates: hic prara in floribus semper, & omni verna die, ut facile quilibet puellan Proserpinâ hinc tuisse raptam putet. Superior autem mon-  
 tis pars (nam iam de his, quæ infra sunt, diximus) usque ad summum cacumen nuda variam faciem pre-  
 ostendit: nam alibi semiberbosi tractus sunt intersurgentibus ro-  
 phis, qui etiam in Pedemontana regione paßim visuntur: alibi per summa ora exudans incendium fa-  
 xis fluentibus totas plagas inoc-  
 upauit, alibi arenarum campi ma-  
 gnam in longitudinem & latitudi-  
 nem extunduntur, &c. *Bembus.*

7. *Rhegium &c.]* Strabo lib. 6.  
 pagin. 178. 19. ex Aeschyo confir-  
 mat hoc etymon, dictum scilicet *Rhegium à rhinod rumpi*, quod hic violentia terræmotuum Sici-  
 liam ab Italia diuulserit. Subjicit autem, aliis videri *Rhegium* di-  
 ctum ob splendorem, quasi *Regiam*. Sed ipsi Romani aliter judicarunt,  
 & Græcam esse vocem eo ipso fas-  
 si sunt, quod perpetuo cum aspira-  
 tione scriperunt, ut docet in Orthographia sua Manutius. Descri-  
 bit urbem Caisiodorus variar. 12.  
 14. Bern.

8 quia Græce abrupta hoc nomine probuntiantur. Nec  
mitum si fabulosa est loci huius antiquitas, in quem res  
9 tot coiere miræ. Primum quod nusquam alias tam tor-  
rens fretum, nec solum citato impetu, verum etiam sæ-  
uo; neque experientibus modo terrible, verum etiam  
10 procul videntibus. Undarum porro in se concurrétiū  
tanta pugna est, ut alias veluti terga dantes in iūm de-  
sidere, alias quasi vītrices in sublime ferri videas: nunc  
hic fremitum feruentis æstus, nunc illic gemitum in vo-  
11 raginem desidentis exaudias. Accedunt vicini, & per-  
petui Ætnæ montis ignes, & insularum Æolidū, veluti  
12 ipsis vndis alatur incendium. Neque enim in tam an-  
gustis terminis aliter durare tot seculis tantus ignis po-  
13 tuisset, nisi humoris nutrimenti aleretur. Hinc igitur  
fabulæ Scyllam & Charybdin peperere: hinc latratus  
auditus,

10. *Terga dantes*] Ita boni libri:  
alii, *Virgilius in imum desidere*:  
alii, *vorticib⁹ Error inde manauit*,  
quod quis forte ad oram libri,  
*Vigili⁹ nomen notauebat*, quod  
in contextum assumptum transit  
in *vorticibus*: alii, vt sententia  
constaret, ad *nō Virgilius*, addide-  
runt, *scribat*. Certe videtur in hac  
Siciliz⁹ descriptione Auctor noster  
ex 3. Aeneid. imitatus plerique  
obseruatu facillima. *Bong.*

10. 11. 12. 13. 14.] Hæc ab aucto-  
re male digesta sunt: aut ab aliis  
transposita. Nā vetus oedo sic legi  
postulat, 10. 13. 11. 12. 14. *Freim-  
hem.*

11. *Æolidum*] Quæ & *Lipara*  
& *Vulcani* Latinis, *Hæphestia*  
Græcis Plinio auctore, quæ *Flora*  
etiam vocantur à Dionysio, sep-  
temque eas numero facit. *Vulcani*  
*Insula* *Liui*, *Æolides* *Trogo*  
dicuntur. Leander ex Pomponio  
Mela addit, in suo de *Insulis Ita-  
liae* libello, eas quoque ab *Æolis*  
*Osteodes* vocatas. Sed pace *Lean-  
deri*, qui Melam attentius legerit  
facile videbit, hoc vocabulum

non esse commune Aeolianum, sed  
vnus harum; eius nempe, quam  
ceteri *Euonymon* vocant. Sic  
enim habet Mela: Septem quas  
Aeoli appellant, *Osteodes*, *Li-  
para*, *Hiera*, *Didyma* *Phæni-  
cu⁹*, *Ericusa*, & *Strongyle*. Si  
*Osteodes* commune nomen hoc  
loco fuerit, sex tantum erunt, non  
septem; & se ipsum in numero re-  
darguer Mela. *Osteodes* *Ōsteobūn⁹*,  
etiam habet *Ptolemæus*, & *Diod.*  
*Siculus* in hoc tractu, pro simplici  
insula. Deceptum puto *Leandrum*  
codice male distincto, quod forte  
post vocabulum, *septem*, comma  
habebat, hoc modo; Septem Aeoli  
appellat *Osteodes*. Quasi dixisset,  
Aeoli populi eas vocat *Osteodes*,  
&c. Ex omnib. Aeoliis sola Lipara  
habitatur, vt docet *Scipio Mazzella*.  
Mare inter has insulas & Siciliā  
*Æolium* *Pontum* nominat *Silius*,  
14. *Orie!*

13. *Scyllam*] *Scylla* Plinio scopu-  
lus in freto Mamertino, inter Si-  
ciliam & Italiae. *Scylla* & *Scyllaū*  
vocat *Strabo*. Hodie *Scylla* dici,  
auctor mihi est *Fazellus*. *Scylla*  
etiam

auditus, hinc monstri credita simulacra, dum nauigantes magnis vorticibus pelagi desidentis exterriti, latrare putauit vndas, quas sorbentis æstus vorago conlidit. Ea-  
dem causa etiam Aetnae montis perpetuos ignes facit.  
Nam aquarum ille concursus, raptum secum spiritum 15  
in imum fundum trahit, atque ibi suffocatum tamdiu te-  
net, donec per spiramenta [terræ diffusus, nutrimenta]  
ignis incendat. Iam ipsa Italæ Siciliæque vicinitas, 16  
[Iam] promontoriorum altitudo ipsa ita similis est, ut  
quantum nunc admirationis, tantum antiquis terroris  
dederit; credentibus, coenitibus in se promontoriis,  
ac rursum discedentibus, solida intercipi absumique na-  
uigia. Neque hoc ab antiquis in dulcedinem fabulæ 17

etiam Brutiorum opidum, apud Melam, quod hodie Siglio nuncupatur, ut Leander tradit. Oroe.

*Charybdin*] Hæc poëtarum carminibus celebris, nihil aliud quam mare vorticolum, & quasi in hiatus descendens. Hinc Didymus Homeris Scholiastes: Xáρυβδις Στενάς: Λαθός οὐατοπόντος. id est, Charybdis, gurges, quo mare absorbetur. Ceterum in ipso freto Siculo hanc Charybdin fuisse satis constat. De ea ita Tzetzes ad Lycophron. H' Xáρυβδις εἰσὶν Στενά ταῦτα μέντοι τοῖσιν ἡ περὶ Χάρυβδεων Μαρθύλεω εἰσὶ, οὐδὲ Στενά ταῦτα τὸ Πήριστρον. id est, Charybdis & Scylla vicina inter se sunt: Charybdis enim est circa Messanam, Scylla vero circa Rhegium. Audi, præter Strabonem lib. 4. Senecam Epist. LXXX. Vnde etiam Silius lib. 14.

Ausonia pars magna jacet  
Trinacria tellus  
Ut semel, expugnante Noto, &  
vastantibus vndis,  
Accipit fratre, carnos propulsata  
tridente.

Etenim, quuum longe impetuosior velociorque sit vndarum fluxus ab Septentrionibus in Austrum,

quam hinc refluxus versus Septentriones; si quando vehementiores flatus ab Austro exoriantur, ea scilicet geminata & fibi inuicem obvia in angusto freto, vis hinc venti, illinc fluxus, ita aquas comprimit & inter se collidit, ut in sublime euehantur, rursumque ingenti sua mole ac pondere in imum dehiscant. Cluser.

15. Aquarum ille concursus &c.] Aetnam constat, ab ea parte, qua Eurus vel Africus sunt, habere speluncas & plenas sulfuris, & ad mare deductas. Hæc speluncæ recipientes in se fluctus, ventum creant: qui agitatus, ignem gignit ex sulfure, unde est quod videtur incendium: hoc autem verum esse, illa comprobatur ratio: quia aliis flantibus ventis, nihil ex se emitit; & pro modo flatum Euri vel Austri, interdum fumum, interdum fauillas, nonnunquam vomit incendia. Hæc autem, ut in Aetna accident omnia, vide, quippe quæ mare in radicibus habeat, quod sulfurea sit, quæ cauernosa, seu quod natura ita fuerit semper ipsa, seu quod salo aliquantum subexesa, ventos admiserit æstuantes, per quos idonea flammæ materies incenderetur. Strabo lib. 5. Bembus.

18 compositū, sed metu & admiratione transeuntium. Ea est enim procul insipientibus natura loci, ut sinum maris, non transitum putas: quo cum accesseris, descendere at sciungi promontoria, quæ antea iuncta fuerant, a:bitrere.

1 CAP. II. Siciliæ primo Trinacriæ nomen fuit; postea  
 2 Sicania cognominata est. Hæc à principio patria Cyclopum fuit; quibus extintis, Cocalus regnum insulæ  
 3 occupauit; post quem singulæ ciuitates in tyrannorum imperium concesserunt, quorum nulla terra feracior  
 4 fuit. Horum ex numero Anaxilaus iustitia cum ceterorum crudelitate certabat; cuius moderationis haud mediocrem fructum tulit: Quippe decedens cum filios  
 5 parvulos reliquisset, turelamque eorum Micalo, spectatæ fidei seruo, commisisset: tantus amor memoriarum eius apud omnes fuit, ut parere seruo, quam deferere regis filios.

CAP. II. 1. Siciliæ] Quæ & Sicania & Trinacria, aut Triquetra, Plinio teste, 3. 8. Trinacria eā vocat Ouid, lib. 4. Fastor. Te<sup>r</sup>ran<sup>a</sup>l<sup>i</sup>s habet Dionys. Alexand. & Op<sup>er</sup>aria<sup>nt</sup>ia Suidas, nisi vitiosus sit codex, quo nomine etiam eiudem insulæ urbem habet Diodorus Sic. Insula autem mariis mediterranei est celeberrima. Cyclopum terram eam Homerus nominat, triceruicem Lyco-phron, & tricuspidem Pindarus. Sed hæc potius epitheta, quam synonyma sunt. Pars quædam Italiz quoque, ea nempe quæ Trinacriæ obuerfa est, Sicilia subinde vocatur ab Aeliano, Eustathio, Suida, Theocriti Scholia, aliisque neque mirum hoc his omnibus enim verius Thucydides, lib. 6. scribit, Siculos ex hac parte, inde ne-pe ab Opicis pulsos, in insulam de-latos. Imo si Seruio Halicarnassore que credimus, Sicula indigena g̃s, & omnium prima Romanum agrū eculuit, aliaque Italiz loca. Oret.

2. Cyclopum] Thucydides, 6. 1. 3. Antiquissimi feruntur in parte quadam Sicilia Cyclopes Lestry-gonesque habuisse sedes. Idque declarant portentosa eorum cadauera & monstroso specus, quæ in hūc usque diem pro ostentis visuntur. Fazellus rer. Sicul. 1. 6. Bern.

Cocalu] Ita vett. omnes & historia. De Cocalo lege Diodorum, 4. 81. & 16. 9. Strabonem, lib. 6. Eu-lebium, in Chrona apud quem Corallu dicitur, librariorum, arbitror, errore. Bong.

4. Anaxilaus] Reginorum in agro Brutio tyrannus fuit, & Messanæ in Sicilia conditor. Anaxilaus. Malim Anaxilas cum Thucydide, 6. 1. 27. & Strabone, lib. 6 pag. 178. 10. quē ille tyrannum hic ducem Reginorum appellat. Bern.

5. Micalo] Hunc Herodotus, 7. 170. Miw<sup>δων</sup> vocat, Anaxilai oīnētiv. vt & Macrobius Saturnal. 1. 11. ac Straboni, principio lib. 6. Micythus quidam est Messanæ princeps. Bon.

6. Carrha

filios malèt; principesq; ciuitatis oblii dignitatis suæ,  
regni majestatem administrari per seruum patetentur.  
Imperium Siciliæ etiam Carthaginenses tentauere; diu-  
que varia victoria cum tyrannis dimicatum. Ad poste-  
rum amissio Hamilcare imperatore cum exercitu, ali-  
quantis per quieuerem vici.

CAP. III. Medio tempore cum Regini discordia  
laborarent, ciuitasque per dissensionem diuisa in duas  
partes esset; veterani ex altera parte ab Himera in auxi-  
lium vocati pulsis ciuitate, contra quos implorati fue-  
rant; & mox cæsis, quibus tulerant auxilium, vibem  
cum conjugibus & liberis socrorum occupauere; ausi  
facinus nulli tyranno comparandum: quippe ut Regini-  
nis melius fuerit vinci, quam viceris. Nam siue victori-  
bus captiuitatis jure seruissent, siue amissa patria exultare  
necessæ habuissent; non tamen, inter aras & patrios la-  
res trucidati, crudelissimis tyrannis patriam cum con-  
jugibus ac liberis prædam reliquissent. Catinienses quo-  
4

*6. CARTHAGINENSIS] Ad id à Xer-  
xe incitari Diodorus, 11. 20. &  
legg, apud quem initio narrationis  
legendum, σφαγὴ τὸν οὐρανὸν Αἴ-  
μιλεύς, non Αἴμιλεύα. Vide &  
Herodotum 7.66.邦。*

CAP. III. I. Veterani] Quinam  
sint Himerenses illi veterani,  
quærendum. Sebistius aliquid hic  
subesse mendi, non ab eis inuicita-  
tur. *邦。*

Himera est urbs Siciliæ, Siliæ 1.4.  
Armauerunt suos, qua mergitur  
Himera ponit.

vide Plin. lib. 31. capit. 8. Strabo 1.  
16. Himera quoque Zancles colonia  
est, ab Euclide, Sime, ac Sacone de-  
ducta, in quam plurimi quidem  
venere Chalcidenes; ied habita-  
runt tamen cum ipsis etiam Syra-  
cufani exsules, e contraria factio-  
ne superati, quibus nomen Mile-  
tyda, atque apud hos loquela  
quidem obtinuit quedam inter  
Chalcidicam & Doricam media;  
leges vero Chalcidenses.

2. Nulli tyranno comparandum]  
Porte: nulli tyrannorum patran-  
dum. Frieshemius.

4. Catinienses] Acin fluvium ab  
viii. millibus passuum sequitur ce-  
lebris & ipsa imprimis urbs Ca-  
tana; Pindaro Thucydidi, Aristote-  
li, Scylaci, Marciano Heraclenii,  
Ciceroni, Diodoro, Straboni, Me-  
lius, Plinio, Silio, Frontino, Plutar-  
cho, Diogeni Laertio, Polyezeno,  
Proiecto, Antonino, Solino, Ste-  
phano, Herichio, Nomo, Orofio &  
aliis memorata. Græcis quidem  
authoribus omnibus dicitur. Kata-  
ren. unde illud Latinorum Cata-  
na vel Catina. De ortu & condi-  
toribus Catanae urbis ita scribit  
Strabo, l. 6. H. Kataren dicitur  
Ναξίων πόλις, Id est, Catana à  
Naxiis condita est. Sed clarus  
Thucydides lib. 6.

Catinienses] Ita vett. ferme omnes,  
& Orofius ms. 2. c. 14. Quidam Ca-  
themenenses, Græcis Kataren. &  
Kataren

que cum Syracusanos graues paterentur, diffisi viribus suis, auxilium ab Atheniensibus petiuere : qui seu studio maioris imperij , quo Asiam Græciamque penitus occuparent, seu metu factæ pridè à Syracusanis classis, ne Lacedæmoniis illæ vires accederent; Lamponium ducem cum classe in Siciliam misere , vt sub specie ferendi Catiniëibus auxilio, tentarent Siciliæ imperium.

6 Et quoniam prima initia , frequenter cæsis hostibus, prospera fuerant, maiore denuo classe , & robustiore exercitu, Lachete & Cariade ducibus, Siciliam petiuere: sed Catinienses , siue metu Atheniensium , siue tædio belli, pacem cum Syracusanis , remissis Atheniensium auxiliis, fecerunt.

I C A P. I V. Interiecto deinde tempore , cum fides pacis à Syracusanis nō seruaretur, denuo legatos Athenas mittunt, qui sordida veste, capillo barbaraque pro-

Kārūm Latinis plerumque Catina. B. Quomodo & in aliis A Græcum à Latinis in I mutatur : vt *Bdōn w̄d̄. fascinus r̄ḡv̄z̄z̄ḡv̄, canistrum: r̄t̄ r̄t̄, pacina, &c.* Bern.

5. Quo Asiam Græciamque pen. occuparent ] Aut si mauis, quo (sicil. studio) Asiam &c. occupauerant. Ut dicat , Atheniensis studio illo maioris imperij, Asiam & Græciam animo & presumptione quodammodo iam occupasse, & spe penitus deuorasse. Vtraque lecio ab ingenio Bongarsii est : quarum in textum admissam ideo prætuli , quod seqq. verbis, ne Lacedam ille vir. acc. magis respondeat , vt utrobique causa finalis exprimitur. Bern. Acidal, ad Vell. 2. 130. 8. Forte, inquit, legendum, occupare Irene. Sic namque scribebant , pro occupatum irent, quod erroris potuit origo fuisse.

Sub specie ferendi &c.] Alcibiades apud Thucydide, n. 6. 3. 26. de Atheniensibus : Auxilium impigre tam Barbarus , quam Græci implorancibus ferendo , imperium

nos nostrum, & si qui alij habuerint, comparauimus. De Romanis Cicero, lib. 3. de Repub. Noster populus socij defendendis, terrarum iam omnium portus est. Exempla sunt alia, infra, 18. 1. 1. 27. 3. 4. &c.

Tentare] Melius forte tetarer. 6. Maiore denuo classe & robust. ex.] Viginti naues miserunt. Thucyd. l. 5.

Cariade] Ita veteres , Thucydides, 3. 14. 1. Charaaden vocat , & hos non Catiniensibus, sed Leontinis in auxilium missos scribt. Bon.

7. Pacem cum Syrac. ] Hoc est de ludere coruum hiantem. Exemplū haud absimile Liujius, 4. 11. habet.

CAP. IV. 1. Sordida usque] Suppli- ces vel luctui addicti solebant tor- didati incedere, capillos & barbam promittere , vt squalorem suum ostenderent. Apud Virgilium quoque passi crines in mortore legun- tur, hoc est, inculti & in humeros negligenter reiecti, vt exponit Do- natus. Ouidius :

*Aspice demissos lugentes more capilos Apud Siculos præsertim, quod hic ad rem facit fluens ac promissa*

missis, & omni squaloris habitu ad misericordiam commouendam acquisito, concionem deformes adeunt: ad-  
duntur precibus lacrymæ, & ita misericordem populum supplices mouent, ut damnarentur duces, qui ab his auxilia deduxerant. Igitur classis ingens decernitur: 3  
creantur duces Nicias, & Alcibiades, & Lamachus:  
tantisque viribus Sicilia repetitur, ut ipsis terrori essent,  
in quorum auxilia mittebantur. Breui post tempore, re-  
uocato ad reatum Alcibiade, duo prælia pedestria se-  
cunda

promissa coma luctum ostentabat,  
quod Lycophron ostendit, cum  
dicit:

Kερτὸς δι' ἔκυρον οὐτα κελ-  
λυντι φίλου,  
Μνημεὺς παλαιῶν τημελῶν  
ἰδύει μάτων.

Id est:

Inconsa per τεργυα fluer capitū  
coma,  
Doloru antiqui memoriam re-  
fricens.

Quin & cinere capillitia sordidare  
moris fuit antiquis.

3. *Nicias*] Thucydides lib. 6. Diodorus extrelio l. 12. & initio l. 13. Plutarchus & Probus Alcibiade, ille etiam in Nicia. Bong.

*Aleibiades*] De Alcibiade Plato in Symposio: Thucydides, l. 6. Diodor. l. 13. Plutarchus, Athenæus, & M. Tullius passim: Valer. l. 1. c. 8. lib. 3. cap. 2. lib. 6. capite 9. 1. 8. cap. 6. Frontinus, l. 2. c. 5. aliquique auctores. De eo ita Probus: Alcibiades Cliniae filius Atheniensis. In hoc Natura quid efficere possit, videtur experta. Constat enim inter omnes, qui de eo memoria prodiderunt, nihil illo faisse excellentius vel in virtutibus vel in virtutibus.

Vt ipsis terrori] Id caudendum semper ducibus, ne ita externis credant auxiliis, vt non plus sui roboris suarumque propriæ vi-  
rium in castris habeant. Liuius, 25.  
33. 5. Idem, 42. 3. 1. 9. & 44. 26. 13.  
Videatur omnino Vegetius, 3. 1.

fin. Imper. Leonis Tactica cap. 20.  
tmemate 62 Bern.

4. *Ad reatum*] Probus: Bello Pe-  
loponnesiaco huius consilio atque  
auctoritate Athenienses bellum  
Syracus nis indixerant. Ad quod  
gerendum ipse dux delectus est.  
Duo præterea collegæ dati, Nicias  
& Lamachus. Id cum appareret,  
prius, quam classis exiret, accidit,  
vt vna nocte omnes Hermae, qui in  
opido erant Athenis, deſicerentur,  
præter unum, qui ante januam An-  
docidis erat, Andocidiq; Hermae  
vocatus est. hoc cum appareret nō  
fuit magna multorum conſenſione  
effe factum, quod non ad priuatā,  
sed ad publicam rem pertineret,  
magis multitudini timor est in-  
fectus, ne quā repentina visin ciuitate  
existeret, quā populi libertatem  
opprimeret. Hoc maxim cō-  
uenire in Alcibiadē videbatur,  
quod & potentior & maior, quam  
priuatus, existimabatur. multos  
enam liberabilitate deuinxerat,  
plureis etiam opera forensi suos  
reddiderat. quare fiebat, ut omniū  
oculos, quotiescumque in publi-  
cum prodisset, ad le conuerteret,  
neque ei par qualquam in ciuitate  
poneretur. Itaque non ſolum  
ſpem in eo habebant maximam,  
fed etiam timorem, quod &  
obesse plurimum & prodeſſe po-  
terat. Aspergebatur etiam infamia,  
quod in domo sua facere  
myſteria dicebatur, quod nefas  
erat more Athenientium :

id

5 cunda Nicias & Lamachus faciūt: monitionibus deinde  
 6 circumdati, hostes etiam marinis commeatibus in urbe  
 7 clausos intercludunt. Quibus rebus fracti Syracusani,  
 8 auxilium à Lacedæmoniis petuerunt. Ab his mittitur  
 Gylipus, solus, sed in quo instar omnium auxiliorum  
 9 erat. Is auditō genere belli, jam inclinato statu, auxiliis  
 10 partim in Græcia, partim in Sicilia cōtractis, opportuna  
 11 bello loca occupat. Duobus deinde præliis vīctus, con-  
 gressus tertio, occiso Lamacho, & hostes in fugam  
 12 compulit, & socios obsidione liberauit. Sed cum Athe-  
 nienses a bello terrestri in nauale se transstulisse, Gylip-  
 pus classem Lacedæmoniæ cum auxiliis arcessit quo co-  
 gnito, & ipsi Athenienses in locum amissi ducis Demo-  
 itheacem & Eurymedonta, cum supplemento copiarum  
 12 mittunt: Peloponnesij quoque, communī ciuitatum de-  
 creto, in gentia Syracusanis auxilia misere; & quasi Græ-  
 ciæ bellum in Siciliam translatum esset, ita ex utraque  
 parte summis viribus dimicabatur.

## C A P.

idque non ad religionem, sed ad  
 conjurationem pertinere existimat-  
 tur. Hoc criminē in concione ab  
 inimicis compellabatur. Sed insta-  
 bar tempus ad bellum proficisciendi.  
 Id ille timens, neque ignorans  
 cinium suorum contuetudinem,  
 postulabat, ut, si quid de se agi  
 vellent, potius de presenti qua-  
 stio haberetur, quam ab eius iniudi-  
 diz criminē accularetur. Inimici  
 vero ejus quicicendū in præsen-  
 ti, quia nocere se ei non posse in-  
 telligebant, & illud tempus exspe-  
 ctandum decreuerunt, quo exisset,  
 ut sic absentem aggredierentur.  
 Itaque fecerunt: nam postquam  
 in Siciliam eum peruenisse credi-  
 derunt, absentem, quod sacra vio-  
 lasset, reum fecerunt. Qua de re  
 cum ei nuntiis à magistratu in  
 Siciliam missis esset, ut domum  
 ad causam dicendam rediret, esset  
 que in magna spe prouinciæ bene  
 administrandi, non parere voluit,  
 & intrarem, quæ ad eum de-

portandum erat missa, ascendit, ac  
 Thurios in Italiam peruectus, mul-  
 ta secum reputans de immoderata  
 ciuium suorum licentia, crudelita-  
 teque erga nobileis, utilissimum  
 ratus impendentem euitare tem-  
 pestatem, clam se à custodibus sub-  
 duxit, & inde primum Elidem,  
 deinde Thebas venit.

5. *Munitionibus &c. in urbe clau-  
 soj* Hæc Sebisio glossam sapient:  
 necessaria quidem certe non sunt.  
 Locum totum ita restitueadum  
 puto: *munitionibus* deinde circum-  
 datos hostes etiam marinis commi-  
 ntel. &c. Liuius. 23. 28. 2. Naves  
 vallo circumdatæ, Tacit. Agr. 20. 4.  
 ciuitates præsidii castellisque cir-  
 cumdatae.

7. *Gylippus*] Lamachū Thucydid.  
 refert ante Gylippi aduētū occisū.  
 Sed in quo] Ita & Orosius, 2. 14.  
 Veteres nostri, sed quo: forte, qui:  
 Bong.

11. *Demosthenem &c.*] Thucyd.  
 1. 7. c. 2. & leqq. Bong.

C A P.

CAP.V. Prima igitur congreſſione naualis certaminiſis, Athenienses vincuntur. Caſtra quoque cum omni publica ac priuata pecunia amittunt. Super hæc mala, cū etiā terrestri prælio victi eſſent, tunc Demosthenes cēſere cœpit, ut abiret Sicilia, dū res, quāuis afflita, nondū tamen perditæ forent: neque in bello male auſpicato amplius perſeueraendum eſſe; domi grauiora, & forſitā infeli- cior abella, in qua seruare hos urbis apparatus oporteat. Nicias, ſeu pudore male acte rei, ſeu in tu deſtitutę ſpeiciujum, ſeu impellente fate, manere contendit. Reparatur igitur nauale bellum, & animi à prioris foitunę procella, ad ſpem certaminis reuocantur: ſed iuſtitia du- cum, qui inter anguſtias maris tuentes ſe Syracusanos aggressi fuerant, facile vincuntur. Eurymedon dux in prima acie fortissime dimicans, primus cadit: triginta naues, quibus præfuerat, incenduntur. Demosthenes & Nicias, & ipſi victi, exercitum in terram deponunt, tutiorem fugam rati itinere terrestri. Ab his relicta cētum triginta naues Gylippus inuasit: ipſos deinde infequitur: fugientes partim capit, partim cœdit. Demoſthenes, amitto exercitu, à captiuitate, gladio, & voluntaria

CAP.V. 1. Athenienses vincuntur] Nauali pugna, ut Thucyd. narrat, non adfuit Demosthenes, sed in terrestri & nocturno prælio ad Epipolas; cuius egrégiam descriptiōnem vide lib. 7. Thucyd.

2. Forent] Ita boni auctores loquuntur: & inprimis Sallust. Iu- gurth. 2. 1. 6. S. P. Q. R. verba nun- tient, velle & cencere eo, ab armis diſcedere: ita ſequi illisque dignum fore. Vulgata editiones, eſſe. Bong.

3. Reparatur igitur nauale bel- lum] Miserriſimam Atheniensium cladem pluribus deſcribit elegan- tissime Thucydid. in fine lib. 7.

Et animi à &c.] Literula vniuers nec mutatione, tantum trajectio- ne, reſtitui locum; nullo aut turbi-

do ſenu hacenus ita vulgatum, & à nimia: quomodo & Bongartius in mss. haberi conſirmat. Ipſe edidit, & animata. Bern.

7. Eurymedon] Miro, mss. omnes hoc loco mendose prorū le- gere Eurylocus, quomodo & Oroſ, ms. Ego in vulgata lectione contra historiam nihil mutare auiſus sum. Bong.

9. Centum triginta naues] Oroſius, 2. 14. totidem. At Thucydiſes, 7. 13. 24. Atheniensibus ex poſtrema clade tantummodo Septuaginta naues reliquias fuſſe ſcribit. Bern.

10. A capiuitate, gladio, &c. fe- vindicas] Elegantius, ut omnia, Florus, 4. 9. 4. Ne veniret in preſtatem, a gladio ſuo impetravit.

voluntaria morte se vindicat: Nicias autem ne Demosthenis quidem exemplo, ut sibi consulteret, admonitus, cladem suorum auxit dedecore captiuitatis.

Thucydides tamen 7. 16. 20. vna  
Nicias & Demosthenem à Syra- Nicia sub finem Eern.  
cusani necatos scribit: quem lo- 11. Nicias] Nicias quoque occi-  
cum citat & negat Plutarchus in sum, et si inuito Gylippo, refert  
Thucydides lib. 7.

## L I B E R V.

## B R E V I A R I V M C A P I T U M .

- 1 Alcibiades Siculi belli concitor in exilium conjectus, Lacedemonios ad bellum Atheniensibus inferendum impellit. Huic bello Darius rex Persarum accedit socius Lacedemoniorum.
- 2 Alcibiadis res gesta in patriam Lacedemoniorum suscep-  
tus, negotium illis facessit Tissafernis opera.
- 3 Alcibiades statum reip. mutat, deinde classe instru-  
cta in bellum pergit aduersus Lacedemonios.
- 4 Naualis pugna & praelata de Lacedemoniorum vicitis ab Alcibiade reportata victoria. Is desideratus ciuibus suis Athenas reuersus summu cum omni-  
nium latitia excipitur.
- 5 Lacedemonij Persarum freti auxilio exercitum Atheniensium in Asia sparsum opprimunt. Alci-  
biades ob rem male gestam veritus populi impe-  
tum denuo in voluntarium exilium proficitur.
- 6 Conon, Alcibiadis successor, inualidos & nouos mi-  
litates nactus infeliciter rem gerit, & nauali  
praelio superatus concedit ad Euageram.
- 7 Atheniensium tot cladibus fractiori pusillanimitas.
- 8 Lacedemonij videntes urbe Athenarum ditione  
potiuntur. Lysander statum reip. mutat: inde  
XXX tyranni, & cedes Alcibiadis.
- 9 Theramenes, Tyrannorum unus, vir moderatus, à  
collegis trucidatur. Thrasibulus remp. collapsam  
restituit,

restituit, & prælio commisso, xxx tyrannorum  
sauissimos, Crisiam & Hippolochum, mactat.

IO Thrasylulus populares fugientes placide renocat :  
superstites tyrannos urbe pellit ; qui, dum bellum reparare student, comprehensi trucidantur,  
a iuria, id est, discordiarum obliuione, inter ciues  
sancta.

II Darij mors, inter cūjus filios, Artaxerxem & Cyrū,  
lis de regno, quā prius in occultum, deinde vero in  
apertum bellum erumpente, Artaxerxes demū,  
fratre occiso, & victoria & regno potitur.

## C A P. I.

**D**VM Athenienses in Sicilia bellum per biennium cupidius, quam felicius gerunt, interim  
ōcitor & dux ejus Alcibiades absens Ateneis insimulatur, mysteria Cereris Initiorum  
sacra, nullo magis quam silentio solennia, enuntiauisse.

Reuoca

C A P. I. 1. Alcibiades absens] Thucydides, 6.10. Diodorus, 13.5. Platarchus & Probus in Alcibide. Aelian. 13. 18. Accusatuerit & de Hermis aut truncatis, ut Thucyd. 6.5. aut deiectis, ut Probus B. Initiorum enuntiatorum criminē purgat Alcibiadem, in orat. de Bigis, præco laudum ipsius Isocrates.

Mysteria Cereris Initiorum sacra] Persuasum habeo, mysteria Cereris, certe quidem mysteria, obrepissæ textui (ut in auctore plura,) cum esset adscriptum explicandi causa, quid sint. Initiorum sacra. Bern.

Silencio Solennia] Ouid. in Arte, 1.2. sub fin.

Quis Cereris ritus audet vulgare profans ?  
Et Horat. 3. od. 2.

— Verabo, qui Cereris sacrum  
Vulgaris arcane, sub iussione  
Sit trahibus. —

Ausonius, Paulino :  
Sed tu, iuratis velue alta silen-  
tia sacris

Deuotus reneas, perstas in lege  
tacendi.

Proinde Imp. Augustus Athenis initiatus, cum postea Romæ pro tribunali de priuilegio sacerdotum Attica Cereris cognosceret, ac secretiora quædam propone-rentur dimisso concilio solus audiit disceptantes, ne videlicet profanis Initia vulgaretur. Suet. August. 93 causā instituti tradit. Lat. 2. 2. o. hisce: Fida silentia sacra in situca sunt ab hominibus callidi, ut populus nesciat quid colat. Ipsa porro mysteriorum symbola, quibus initiati et iniuncti internoscabant, petenda sunt ex Arnobio lib. 5. Clement. Alexandr. orat. exhort. ad Græc. Eusebius 1. 2. de preparat. Euang. & Materno Firmico lib. de errore profani. v. 13. Bern.

2 Reuocatusque à bello ad judicium , siue conscientiam  
 siue indignitatem rei non ferens,tacitus in exilium Eli-  
 dem profectus est.Inde,vbi non damnatum se tantum,  
 3 verum etiam diris,per omnium fæcidotum religiones  
 deuotum cognouit , Lacedæmonia se contulit : ibique  
 4 regem Lacedæmoniorum impellit , tuibatis Athenien-  
 sibus aduerso Siciliæ prælio,vltro bellum inferre. Quo  
 5 facto , omnia Græciæ regna , velut ad extinguendum  
 commune incendium , concurrunt. Tantum odium  
 6 Athenienscs immoderati imperij crudelitate' contraxe-

rant.

2. *Elidem] Ptolemaeo & ceteris Peloponnesii regio. Hujus pars Cœle, id est, caua, vocatur Pausanix & Straboni.*

3. *Sacerdotum religiones]* Licet Probus Eumolpidarum duntaxat in Alcibiadis execratione meminerit, sciendum tamen est , quod Plutarchus prodidit , omnes ministros etiam,ministrisque sacrorum, populi iusti, eum deuouisse. Quo spectat & hic Iustini nostri locus,cum Alcibiadem per omniū sacerdotum religiones deuotum fuisse testatur. Plutarchus autem de accusatione ita loquitur, *Theſſaluu Cimoru Alcibiadem Clinia in judicium vocat, quoniam contra ius fasque Cererem violauit, cum in propria domo sodalium carum haberet. quorum ali⁹ praecones redarumque ministri, ali⁹ discipulorum officio fungerentur, ipſe veluti sacrorum Antiftes arcaña myſteria docere &c. Praecones illos Cerycas appellaverunt, Sacerdotes vero Eumolpidas. Eumolpidas Cereris fuisse Sacerdotes Plutarchus testatur. Et Tacitus de Ptolemaeo : *Timotheu Scheniensem, e gente Eumolpidarum, quem ut Antiftenam Cerimoniarum Eleusi exciuerat: quenam illa supersticio, quod numerus interrogat. Dicit autem sunt Eumolpidæ, quod ab Eumolpo originem trahent, cuius de patria & patre noui satis apud anti-**

quos cōſtabat: quāuis Chilius id quondam ab Attico, qui multum Athenis fuerat versatus, scire desiderabat. Cicero ad Atticū: Chilius te rogarat , & ego eius rogarū *Euphemidē περὶ τῆς θεᾶς. Sed Iso- crates & Pausanias Thracem & Neptuni filiū fuisse scriptum reliquerunt. Suidas Μούχαι poëtæ, alij Orphæ filiū dicunt. Diodor⁹ Ae- gyptium fuisse geneie retulit.*

*Deuotū] Et bonis exutum. De- votionis exemplū, quo testificari effet memoria, in pila lapidea in- cīsum, atque in publico positum esse: ait Probus in Alcib. Bern.*

*Deuotū]* Annota execrandi cō- fuerudinē. Deuouere solebat non solū Sacerdotes, sed & Magistrat⁹. Plutarch⁹ in Solone : *Ex fūlrib⁹ autem oleum solū ad peregrinos exportari licebat: aliora nullū iure erat asportand: & in eī qui ex- portare, sanxit cridi Magistratū execrationes facere, aut ipsū arario centū drachmas dissoluere. Vi- de & Titū Livium, l. t. Decad. iv.* 4. *Vltro bellū inferre]* Quod muni- ta à Lacedæmoniis, confilio Alci- biadis, Decelia Decelicum appella- latum est. Bong.

6. *Immoderati imperij crudeli- tate]* Falsus & asperitas Athe- niensium in eos, quos è locis sub- ditos fecerunt , è Thucydidis ac Diodori nō uno loco perspicitur. Verum tamen,cum intra demum, num. ii. de locis : hic de ceteris Græcis

rant. Darius quoque rex Persarum, memor paterni aucti-  
tique in hā: vrb m odij, facta cum Lacedæmoniis per  
Tissafernes præfectūn Lydiæ, societate, omniem sum-  
tum belli pollicetur. Et erat hic quidem titulus cum 8  
Græcis coēundi: re autem verâ timebat, ne, viētis Are-  
niensibus, ad se Lacedæmonij arma transferrent. Quis 9  
igitur mirerit, tam florentis Atheniensium opes ruisse,  
cum ad opprimendā vnam vibem, totius Orientis vi-  
res concurrent? Non tamen inerti, neque incruento 10  
cecidere bello: sed præliati ad ultimum, viētores etiam  
interdum, consumptri magis fortunæ varietate, quam  
vieti sunt. Principio belli omnes ab his, etiam socii, 11  
descivierant, ut sit: Quo se fortuna, eodem etiam  
fauor hominum inclinat.

C A P. II. Alcibiades quoque motum aduersus pa- 1  
triam bellum, non gregarij militis opera, sed impera-  
toriis viuitibus adjuuat. Quippe acceptis quinque na-  
uibus in Asiam contendit, & tributarias Atheniensium

**G**reis sit sermo; dubites, an nō p. o  
crudelitate (quod Modius etiam  
in duobus missis, optimis haberi  
scribit) rectius sit legere cum aliis  
editionibus, cupiditate. Sed tum  
immoderata non si, scriben lumen  
suerit. Utique lectioni faverit Thucy-  
d. 2.2.12. & 8.1.9. cum seq. Bern.  
7. **Darius**] Cognom. Noris, quem  
Scaliger. Hierosolymitanus Templi  
restauratorem esse sensit. Bern.

**L**ydia] Lydia, Attica, Asia mi-  
noris regio, que etiam Mæonia,  
Mæotia - dicta fuit, Ptolemæo,  
Herodoto, & Plinio, contestantibus.  
Mæoniam dictam fuisse Asiam,  
& Asium campum; item accolas  
Asiones, & Esienses, ex classicis  
auctoribus constat. Lud. apud D.  
Hieronymum est. Esiae 66. Archæ-  
diam vocat Serapio, capite de ni-  
tro. Attica Mæotia est, est  
apud Dioscorid. 2. cap. 20. Vbi scien-  
tia reperitur. Sed Alcius, pro Atticæ,  
emendo. Ortel.

civitates,  
10. Quam vieti sunt vulgo, vi  
viti Lucili. populus Rom. vellus  
vi, superatus prælitis usq.

11. Socj descivierant. Diuersus  
fuit Rom. Imperij status, cuius fo-  
cios Annibal Pœaus, cum omnia  
bello flagraret, sive tamē dimicare  
non poruit: videlicet quia iusta  
& moderata geharrerat imperio;  
nec abnuebant, quod unum vincu-  
lum sive est, melioribus parere in-  
qui: Liuix, 22.13.11. Capitani leni  
imperio habui. & ob ea fidelissim.  
Sallust. Iug. 89.5. Bern.

C A P. II. 1. Imperatoris vir-  
tutibus] Postquam enim quod  
ad defectionem cōpelleret socias ci-  
uitates, etiā auctor fuit, ut Decellā  
in Attica munirent. Verba Alcibia-  
dis suæ dentis. Lacedæmoniis mu-  
niendam esse Decellam, lege apud  
Thucydidem lib. 6. Plutarchus hac  
de re sic inquit: Postremo, ut De-  
cellam urbem, quo nihil pernicio-  
sissimi afferri. Atberensibus potuit,  
mūnibus circumdarent, præsidus.

civitates, auctoritate nominis sui ad defectionem compellit. Sciebant enim domi clarum, nec exilio videbant factum minorem: nec tam ablatum Atheniensibus ducem, quam Lacedæmoniis traditum; partaque cum amissis imperia pensabant. Sed apud Lacedæmonios virtus Alcibiadis plus inuidiae quam gratiae contraxit. Itaque cum principes, velut æmulū gloriæ suæ, interficiendum in sibi mandarent, cognita re Alcibiades per uxorem Agidis regis, quam adulterio cognouerat, ad Tissafernem præfectum Darij regis profugit; cui se celeriter officij comitate, & obsequendi gratia insinuauit. Erat enim & ætatis flore, & formæ veneratioæ, nec minus eloquentia,

que manirent. Distabat autem Delicia ab Athenis stadiis circiter centum & viginti. Imperatoris. Forte reclusus imperatorum, ut respondeat præcedenti, nullum. Sebist.

2. *Civitatis*] Plutarchus totam fere Ioniā defecisse refert.

3. Parraque cum amissis imperia pensabant] Hoc est, Quamvis apud Athenenses imperio excidisset Alcibiades, apud Spartanos tamē tæque magnum factum cogitat. Ut pertinet hoc ad explicandum id quod modo dictum, nec exilio videbant factum minorem. Hispanus interpres aliter, &, nisi fallor, absurdē Bern.

5. *Interficiendum in sediū*] Plutarchus dicit Agidem, Lacedæmoniorum regem, tum ob inuidiam, tum ob violatæ ab Alcibiade Timæ uxoris iniuriam, nihil aliud agitasse, quam ut ruina Alcibiadis odium suum restinguaret, & simili Spartiatas nobiliores conspirasse. Vide & Oros. lib. 2. cap. 14. Probus ita dicit: Nam cum acerrimi viri præstare em prudenter in omnibus, rebus cognoscere, pertinuerunt ne caritate patris duces aliquando ab ipsis desciceret. Et cum suis in gratiam rediret, tæque tempus eis interficendi querere instituerunt, Thucy-

dides 1.8. post Chalcidei mortem, & pugnam ad Miletum commissam, Lacedæmonie ad Antiochum perlata epistolam in eius caput scriptam testatur.

Per uxorem Agidis] Timæ. Plutarch. in Alcib. 42. & de tranquillan. cap. 10. Athenæus, 13. 4. Sic infra, 43. 4. 1. Bern

*Praefectum*] Quem Persica voce Sarapam ut plurimum appellant auctores, Plinius, Curtius, Probus, Terent. alij: Cuttius etiam, ut & Cicero, Praetorem. Porro regnum Periarum eiusmodi Satrapis, seu praefectus, 1.27. constituisse docet Iosephus Antiq. Iud. 11. 4. & 6. Quod & sacris literis, Esdræ, 3. 3. 2. & Estheris, 1. 1. & 8. 9. confirmatur. Bern.

*Praefectum*] Satrapen Plutarchus vocat. Quod idem est. Fuit autem Lydia Satrapes. Hic & sub Artaxerxe cognomento Mnemone, à quo & postea imperfectus est, Satrapes fuisse videtur. Lege Plutar-chum in vita Artaxerxis.

6. *Insinuauit*] Morum similitudo eos coniunxit. Quippe & ipse Tysafernes, iuxta Plutarchum, erat minime simplex, sed malitiosus, & rerum improbum amoris deditus: mores Alcibiadis versatileis & variis & iniquabilis, & singularem

eloquentia, etiam inter Athenienses, insignis: sed in 7  
 conciliandis amicitarum studiis, quam in retinēdis vir  
 melior: quia morum vitia sub vībra eloquentiæ primo  
 latebant. igitur persuaderet Tissaferni, ne tanta stipendia 8  
 clāsi Lacedamoniorū praberet. Vocādos enim in portionē 9  
 muneris Ionios, quorū pro libertate, cū tributa Athenien-  
 sisbus penderet, bellū susceptum sit. Sed nec auxiliis nimis 10  
 enixe Lacedemonios juvandos; Quippe memore esse de-  
 bere, alienam se vīctoriam, non sīā instruere. Et eatenus  
 bellum sustinendum, ne inopia deseratur. Nam regē Per- 11  
 sarum, dissidentibus Gracis, arbitrū pacis ac belli fore:  
 Et quos suis non possit, ipsorum armis vīcturum; perfecto  
 autē bello, statim ei cū vīctoribus dimicandum. Dome- 12  
 sticis itaque bellis Greciam obterendā, ne externis vacet;  
 ex aquādūsq; vires partū, & inferiores auxilio lenādos.  
 Non enim quieturos post hanc vīctoriam Spartanos qui 13  
 vindices se libertatis Grecia professi sint. Grata oratio 14  
 Tissaferni fuit. Itaque commeatus maligne præbere;  
 classem regiam nō totam mittere; ne aut vīctoriam to-  
 tam daret, aut necessitatem deponendi belli imponeret.

C A P. I I I. Interē Alcibiades hanc operam ciui- 1  
 bus venditabant: ad quē cum legati Atheniensium ve- 2

singularē ingenij solertiam admi-  
 rabatur, ut Plutarchus auctor est.

Eloquentia, etiam iner Atheni-  
 ens. Propter omissam in vulgatis  
 editionibus interstinctionem, vo-  
 cabulo etiam sua emphasis, & pro-  
 inde dicto gratia perire. Sic apud  
 Senecam, si rectè memini, est qui  
 dicatur vir magnus, etiam cum  
 maximis comparetur. At inter cze-  
 cos luscus rex est. Alcibiadis elo-  
 quentiam celebrat & Demosthe-  
 nes orat. contra Midiam, Probus  
 neminem ei dicendo potuisse resis-  
 stere scribit. Cerre belli Siculi sua-  
 tor & auctor fuit, frustra dissua-  
 dente Nicia. Thucyd. lib. 6. Bern.

7. Morum vitia] Probus, Constat,  
 inquit, inter omnes, qui de Alci-  
 biade memoria prodiderunt, nihil

nissent,  
 illo fuisse excellētius vel in vīcis,  
 vel in virtutib[us]. Ejusmodi tempe-  
 raturam ex aduersis moribus tri-  
 buit quoque Catilinae Cicero in  
 Cœliana, cap. 5. & 6. & Licinio  
 Muciano Tacitus, histor. 1. 10.  
 Bern.

8. Persuader] videndus Thucy-  
 dides, 8.3.8. Bern.

9. Muneris] Sebis. oneris, legit.  
 Ionios] Vide supra p. 63.

14. Classem regiam] Quæ Phœ-  
 nicum nauibus centum quadra-  
 ginta septem constabat. Thucyd. 8.  
 15.3. Bern.

C A P. I I I. 2. Legari Athene-  
 nensium] Pisandrum commemo-  
 rat Thucydides, lib. 8. cuius & col-  
 legarum opera & legatione, recla-  
 mante initio Phrynicho, deinde

nissent, pollicetur his amicitiam regis, si respub. à populo translata ad senatum foret: sperans, ut aut, concordante ciuitate, dux belli ab omnibus legeretur: aut, discordia inter ordines facta, ab altera parte in auxilium vocaretur. Sed Atheniensibus, imminentे periculo belli, major salutis quam dignitatis cura fuit. Itaque; permittente populo, imperium ad senatum transfertur.

**Qui** cum, insita genti superbia, crudeliter in plebem cōsuleret, singulis tyrannidis sibi importantiam vindicantibus, ab exercitu Alcibiades exul reuocatur, duxque, classi constituitur. Statim igitur Athenas mittit, ex continentis secum exercitu veterum, recepturumque à quodringentis iura populi, ni ipsi redderent. Hac denuntiatione optimates territi, primo vibem prodere Lacedæmoniis tentauere: dein, cum id nequissent, in exilium profecti sunt. Igitur Alcibiades, intestino malo patria liberata, summa cura classem instruit; atque ita in bellum aduersus Lacedæmonios pergit.

#### C A P. IV. Iam Mindarus & Pharnabazus, Lacedæmonio

ipso quoque suffragante, & maxime Theramene, tandem persuasus est populo, ut Alcibiadēm reuocaret & reipubl. administræ formam commutari pateretur, quadringentis viris summa reip. propositis. Vide Probus in vita Alcibiadis.

**4. Major** salutis quam &c.] Lilius. 23. 14. 3. Rebus extremis, honesta velib[us] cedunt. Val Max. 7. 6. Cedit interdum generosus spissitudini utilitati, & fortuna viribus succumbit, ubi, nisi rutoraelegit consilia, speciosa sequenti concidēdum est. Sapienter in hac mentem Thucyd. 5. 16. 41. Bern.

**5. Imperium ad senatum]** Ad quadringentos, quorum meminit & Strabo, lib. 9. Bong. Adde & Thucydidem. 8. 11. Diodor. 13. 14.

**6. Alcibiades exul.]** Quid & quantum profuerit Atheniensibus Alcibiadis redditus, multis verbis

prosequitur Isocrates in oratione ad eum Zevynt. Quem locum satis erit mihi indicasse lectori.

**Reuocatur]** Annidente præcipue Thrasylbulo, Thucyd. 8. 13. 13. & Probus in Alcib.

**Dux]** Probus, Prætor. Στρατηγὸς Plutarch. in Alcib. B. vi & Thucyd. 8. 13. 18. Hucusque Thucydides; quem excipit Xenophon. Eam σωμάτεια notat & Diodorus, 13. 42. Bern.

**C A P. IV. 1. Iam Mindarus, & Pharnabazus, Lacedæmoniorum duces]** In omnibus miss. legitur Zes from Mindarus: unde fac; **Iam Sestii Mindarus & Pharnabazus,** &c. Nam in Hellesponto factam esse hanc pugnam, cum alii, tum etiam Frontinus tradit, lib. 2 c. 5. **Alcibiades dux Atheniensium in Hellsponto aduersus Numidum & Lacedæmoniorum ducem cum amplius exercitum & plures**

dæmoniorum duces, instructis nauibus expectabant Prælio commisso, victoria penes Athenienses fuit. In eo bello major pars exercitus, & omnes ferme hostium duces cæsi: naues LXXX captæ. Interjectis quoque diebus, cum bellum Lacedæmonij à mari in terram translusserint, iterato vincuntur. His malis fracti, pacem petiere: Quam ne acciperent, opera eorum efficitum est, quibus ea res quæstum præstabat. Interea & Syracu-

plures naues haberet, &c. Sed inep-tissima est hæc Frontini lectio. Quis enim vñquam prodidit, Num las Lacedæmoniis opem tulisse? Nihil certius est, quam rescribendum esse aduersus Mindarū, Lacedæmoniū dicens. Nos.

Mindarus] Ita Graci, & hic vul-gati libri. MSS. Zestron mindarus. Is nauali ad Cyzicum pugna perit, Xenoph. histor. Græc. lib. I. Diodorus, 13. 51. Plutarchus Alcibiade, cap. 53. à quibus historia huius fuit explicatio petenda. Bong.

Pharnabazus] Persicum hanc Satrapam nescio quare ducem Lacedæmon. appeller auctor: socium rectius & amicū dixisse Bern.

2. Prælio commisso] Prærium hoc commissum est in Cyzico, in quo omnes hostium præter Syracuanorum, naues sunt capte.

4. Pacem petiere] Post pugnam naualem ad Cyzicum pugnatam, in qua Mindarus, Lacedæmoniorū imperator, pugnans, ab Alcibiade intercessus est, ut tradunt Xenoph. lib. I. de reb. Gr. & Diod. lib. 13. & Plutarch. in Alcibiade. Xenop. ibid. has literas, qua mittebantur Lacedæmoniæ huius cladi nuntiæ, ab Atheniæbus esse interceptas narrat. Perit res præclara, Mindarus accidit, & suriunt viri, dubitantes quid facto opus sit. Sed liber & ex Polyæno haec histor. illustrare, l. 1. Strat. Sic igitur ille: Alcibiades Theramenem & Thrasibulum ad Cyzicum misit cum maiore parte

nauium, ut hostes eos qui in urbem se receperant, intercluderent. Ipse autem cum paucis tristembi ad prærium nauale committendū nauigans, alium perebat. Mindarus, Alcibiades extremum paucitate contempsa, cum pluribus velas fecerit. Vbi autem non longe incep se destiterunt, Alcibiades se fugere simulauit. Mindarus autem gaudio elatus, quasi visor persequebatur. Cu autem Theramenem & Thrasibulum appropinquassent, Alcibiades signo sublato nauem conuersti proucontra oppositi. at ubi Mindarus ad urbem nauem suam auertit. Therameni ad eum interfecies, et obviciuit. Ille autem ad Cerasagri Cyzicenorum, qui appellantur, abscedere conabatur. Verum etiam illic Mindarum Pharnabazi exercitu ab exitu prohibebat. Alcibiades porro persequens Mindari nauem, alias rostru perfringebat, alias ariportum appulsas, manibus ferreis ad motu sursum arrahebat. Eos autem qui ē nauibus egrediebantur, Pharnabazi milites concidebant, ad extremum Mindarus cum occubuisse, Alcibiadi clarissimam victoriam præbuit.

Quibus ea res quæstum præst.] Diodorus. 13. 53. pr. hac ipsa de re Atheniensem modestissimi aī pacem animū inclinabant: ut bellis ferendis & ducentus adfuerit, & ex publicis tumultibus quæstum facientes, bellum præferabant. Sic apud Linium, 3. 66. 3. vt Aequi be-

racus anorum auxilia, illatum à Carthaginēsibus Sicilię.  
 6 bellum, domum reuocauit: quibus rebus deſtitutis La-  
 cedēmoniis, Alcibiades cum claſſe viētri ci-  
 stat; multis locis prælia facit: vbi que victor recipit ci-  
 uitates quæ defecerant: non nullas capit, & imperio  
 7 Atheniensium adjicit: atque ita prisca nauali gloria vin-  
 dicata, adjecta etiam laude terrestris belli, desideratus  
 8 ciuibus suis Athenas reuertitur. His omnibus præliis du-  
 9 centæ naues hostiū, & præda ingens capta. Ad hunc re-  
 deuntis exercitus triumphum, effusa omnis multitudo  
 10 obuiam procedit: & vniuersos quidem milites, præci-  
 pue tamen Alcibiadein mirantur: in hunc oculos ciuitas  
 11 vniuersa, in hunc suspensa ora conuertit: hunc quasi  
 de cœlo missum, & vt ipsam Victoriam contuentur: lau-  
 dant quæ pro patria, nec minus admirantur quæ exul  
 contra gesserit, excusantes ipſi, iratum prouocatumque  
 1: fecisse. Enim vero tantum in uno viro fuisse momenti,

vt

Volsi contra Romanos arma  
 perferunt, persuaderane iuducere cupi-  
 di prædarum. Hi tales nimirum,  
 ranquam artifices improbi, opus  
 querunt: qui & semper agri ali-  
 quid esse in republ. volunt, ut sit  
 ad cuius curationem adinbeantur.  
 Liu. 5. 3. 6. Bern.

5. Illarum à Carthaginēsibus]  
 De quo vide Diodorum, lib. 13.  
 43. & seqq. Bong.

7. Adicit] Recitum hoc sed mss.  
 alij addictr, alij adictr: quod po-  
 sterius è veterum pronuntiatione  
 est, & exterendi i vocalem consue-  
 tudine: de qua Agellius, 4. 17. Sic  
 Martialis idem verbum scripsit, l.  
 10. epigr. 82.

Si quid nostra ciuitas adictr vexa-  
 rō rebus. Acidal.

8. Hu omnibus præliis] Quinque  
 terrestribus, & tribus naualibus.  
 Probus. Bong.

Præda ingens] Diodorus Sicu-  
 lus: Adducebant, inquit, naues

non pauciores ducentis, virorum  
 capiitorum & manubiarum mag-  
 nam vim & copiam. Habant au-  
 tem naues suas armis & coronis  
 aureis, & hostium spoliis ac ma-  
 nubii, & alii rebus omnibus dilin-  
 genter exornatas.

9. Mirantur] Per Synthesin. Mo-  
 dij tamen mss. miratur.

10. De calo missum] Minutius Fe-  
 lix in Octavian. & ex eo Lactan-  
 tius, 1. 11. Virtute nobilitatos &  
 inopinato visus, calo lapsos nomina-  
 misse. Cicero, lib. 1. epist. ad Q. Fra-  
 trem, ep. 1. Graci sic te ira viuentis  
 intrubuntur, ut è calo diuinum  
 hominem esse in prouinciam delap-  
 sum putent. Lips. antiq. lect. 2. 12.  
 hoc dici putat imitatione Homeri  
 Odys. 8. 173. Bern.

11. Tantum in uno viro] Isocrat.  
 Orat. ad Philippum. Sic. Luius, 6.  
 8. s. de Camillo: Quocumque se  
 intrulisset, vitoriam secum haud  
 dubiam trahebat. B.

13. One

ut maximi imperij subuersi, & rursum recepti, auctor esset; & vnde stetisset, eo se victoria transferret: fieretque cum eo mira quædam fortunæ inclinatio. Igitur 13 omnibus non humanis tantum, verū & diuinis eum honoribus onerant: certant secum ipsi, utrum contumeliosius eum expulerint, an renocauerint honoratus. Ipsos illi deos gratulantes tulere obuiam, quorum exse- 14 creationibus erat deuotus. Et cui paulo ante omnem hu- 15 manam opem interdixerant, eum, si queant, in cælo posuisse cupiunt. Explent contumelias honoribus, detri- 16 menta muneribus, execrationes precibus. Non Siciliæ 17 illis aduersa pugna in ore est, sed Græciæ victoria: non classes per illum amissæ, sed acquisitæ: nec Syracusatum, sed Ioniæ, Hellespontique meminerunt. Sic Alcibiades 18 nunquam mediocribus, nec in offensa, nec in fauore, studiis suorum exceptus est.

## CAP. V.

13. Onerare] Quod è ms. in variantibus lectionibus adfertur honerare, esse legitimum, & pro honorante antique dictum, pertendit Acidalius, ad Vell. 2. 245. B.

14. Ipsos illi] Forte rectius, ipsos illos. Freinsh.

Quorum execrationibus &c.] Iuxta Diodorum, decreuerunt, ut Eumolpidæ execrationem, seu devotionem tollereat, quam fecerant, quo tempore vilus fuerat impie fecisse aduersus mysteria. Sic autem & Plutarchus cum Diodoro & Probo referunt, decreuisse Athenieses vt bona ei restituerentur, & vt Eumolpidæ & Keryces precatio[n]es deprecarentur, & retexerent, quas fecerant populi iussu. Narrat eodem loco Plutarchus, Theodorum quendam sacerdotem, ceteris resacrantibus quod execrati fuerant, nihil tale fecisse: Cuius rei ratio cum ab eo quereretur, Quoni[m], inquit neque ei villum malum precatus sum, si nihil in ciuitatem

peccanit.

16. Explent contumelias: honoribus] Itaque coronis etiam aureis cinctus est. pilæ in mare conicæ, atque adeo ipsæ sententiae, vt Diodorus auctor est.

Explent contumelias honoribus] Di[odorus] Cum multa de criminibus sibi illatū pro se dixisset, in tantam benevolentiā erga se plebem parduxit, ut farereretur omnes, decretorum in eum factorum culpam in ciuitatem esse conferendam. Xenophon. B[ella] grec. i. 2. scribit, non vnam fuisse populi orationem, neque vnam sententiam, sed dixisse alios, Alcibiadē ciue optimū esse, & solum non iuste exulare: eos qui minus possent in ciuitate, qui que minus dicendo valerent, qui denique ad suum quæstum rem publicam administrarent ei infidatos esse, cum reipublicæ commodis semper consuleret arque infurieret, cumque criminibus recentibus, quibus arguebatur sacra violasse, judicium subire vellet, &c.

**C A P. V.** Dum hæc aguntur à Lacedæmoniis, Lysander classi belloque præficitur, & in locum Tissafernis, Darius, rex Persarum, filium suum Cyrum Ionie Lydiæque præposuit: qui Lacedæmonios auxiliis opibusque ad spem fortunæ prioris erexit. Aucti igitur viribus, Alcib adem cum centum nauibus in Asiam profectum, dum agros longa pace diuites, securius populatur, & prædæ dulcedine sine insidiarum metu sparsos milites habet, repentina aduentu oppressere: tantaque cædes palantium fuit, ut plus vulneris eo prælio Athenienses acciperent, quam superioribus dederant: & tanta desperatio apud Athenienses erat, ut ex continenti Alcibiadem ducem Conone mutarent; arbitrantes viatos se non fortuna belli sed fraude imperatoris: apud quem plus prior offensa valuerit, quam recentia beneficia. Vicisse autem eum priore bello, ideo tantum, ut ostenderet hostibus, quem ducem spreuissent, & ut carius eis ipsam victoriam venderet. Omnia enim credibilia in Alcibiade, vigor ingenij, & motum luxuria faciebat. Veritus itaque multitudinis impetum, denuo in voluntarium exilium proficiscitur.

**C A P. VI.** Itaque Conon Alcibiadi suffectus, habens

**C A P. V. 1.** *Lysander*] Post Xenophontem, vide Plutarchum & Probum in eiusq[ue] ita. Diòdorum, lib. 13. 70. qui eum Sardis ad Cynam profectum scribit. Cicero in Cat. maiore, cap. 17, ex Xenoph. Oeconom. Bong.

*Lysander*] Eius pater, ut Plutarchus refert, Aristocletus dictus, ex prosapia sane regia non fuit, certum ex Heraclidarum genere, apud Athenæum, lib. 6. c. 7. legere est, Lysandrum Mothacem fuisse. Porro Mothaces apud Lacedæmonios dicti, liberi quidem, at non Lacedæmonii, sed tamen omnes disciplinae participes. Ma-

gius...  
2. *Oppressere*] Non Alcibiadem, sed Antiochum, qui erat homo naevica quidem rei: admodum peritius, cetera tamen imprudens & importunus. Plutarchus, Alcib. cap. 66. & Pausanias, Exoticis. B. Ad Diòdorum, 13. 71. Bern.

4. *Conone murarenr*] Appulatur Justini Oros. lib. 11. c. 15. Plutarch. ait, abrogato Alcibiadi imperio, alios duces, qui exercitui classique praessent, in eius locum fuisse suffectos.

6. *Eū*] Hoc referendum ad Athene. Bern.

**C A P. VI. 1.** *Conon*. Eius vitam defesi.

bens ante oculos cui duci successisset, classem maxima  
industria exornat: sed nauibus exercitus deerat, fortissi-  
mis quibusque in Asia popalatione amissis. Armantur  
tamea senes, aut impuberis pueri, & numerus militum  
sine exercitus robore expletur. Sed non magnam bello  
moram ætas fecit imbellis: cæduntur passim, aut fu-  
gientes capiuntur: tantaque strages, aut occisorum, aut  
captiuorum fuit, ut Atheniensium deletum non impe-  
rium tatum, verum etiam nomen videretur. Quo præ-  
lio perditis & desperatis rebus, ad tantam inopiam redi-  
gantur, ut consampa militari atate, peregrinis ciuita-  
tem, seruis libertatem, damnatis impunitatem darent.  
Ex qua colluione hominum, conscripto exercitu, do-  
mini antea Græciae, vix libertatem tuebantur. Iterum  
tamen fortunam maris experiendam decernunt, tanta  
virtus animorum erat, ut, cum paulo ante salutem de-  
spauerint, nunc non desperent victoriam. Sed neque  
is miles erat, qui nomen Atheniensium tueretur; neque eæ  
vires, quibus vincere cōsuerant, neque ea scientia mili-  
taris

descripsit Probus, qui eum prælio  
ad Aegos potamos, quo Atheniensium  
imperium concidit, non interfuisse scribit, contra quam Xe-  
nophon, libr. 2. hist. Græc. Plu-  
tarachus Lysandro, Diodorus, 13.  
106. B. Quibus testis accedit Iso-  
crates in Euagora, & ad Philip-  
pum item Aristot. Rhetor. 2. 23.  
In oratione Demosthenis adver-  
sus Leptinem, res gestæ Cononis  
principiæ commemorantur. Bern.

4. Cæduntur passim] Pugnatum  
est ad Mitylenas: estque vrbs ob-  
fessa & oppugnata à duce Laced.  
Callicratida.

Atheniens. I. Hinc Athenienses  
et cladi exstincti criminatur  
Piso apud Tacitum, annal. 2. 55.  
5. Seruis lib. Supra, 1. 5. 6.

6. Ex qua coll. Ita ms. rectius,  
Opinor, quam quomodo Bongars.  
Alii ediderunt, eaque. Sequen-

tia verba ordini suo restitui; cum  
in aliis editionibus ita confunde-  
rentur: Eaque in coll. hominum,  
dom. in Gr. conser. exercitu, vix lib.  
tueb. Bern.

8. Tanta virtus animorum &c.]  
Non tentare hunc locum, nisi in  
optime notæ codice Leidensi, lon-  
ge aliter hac exarata inuenirem:  
nempè hoc modo: Tanta virtus  
animorum erat, ut paulo ante sa-  
lutem post sperauerim vitoriam,  
venusto & recto sensu. Primo de  
salute, mox de victoria certauere.  
Non aliter Tacitus in Agricola de  
Britannis. Tum de salute, mox de  
victoria certauere. De salute cer-  
tat, qui tantum hoc agit, ut diu-  
tius non sit sub victore: de victo-  
ria, qui cum victore murare  
fortunam contendit, talemque  
sibi esse vult, qualis ipsi vicitus  
fuit. Boxh.

taris in his, quos vincula, non castra continuerant. Ita-  
que omnes aut capti, aut occisi. Cum dux Conon co-  
prælio superfuisset solus, crudelitatem ciuium metuens,  
cum octo nauibus ad regem Cyprium concedit Euagoram.

C A P. VII. At dux Lacedæmoniorum rebus felici-  
citer gestis, fortunæ hostium insultat; captiuas naues  
cum præda bellica, in triumphi modum ornatas, mit-  
tit Lacedæmonia: ac tributarias Atheniensium ciuitates,  
quas metus dubiæ belli fortunæ in fide tenuerat, volun-  
tariæ recepit, nec aliud ditionis Atheniensium præter  
vrbem ipsam reliquit. Quæ cuncta cū Athenis nuntia-  
ta essent, omnes, relictis domibus, per vibem discur-  
rere pauidi: alius alium sciscitari; auctorem nuntij re-  
quirere: non pueros imprudentia, non senes debilitas,  
non mulieres sexus inbecillitas, domi tenet: adeo ad o-  
mnem ætatē tanti mali sensus penetrauerat. In foro de-  
inde

10. Conon eo prælio superfuisset  
solus] Cononem in hac pugna di-  
cit absuisse Aemilius Probus, con-  
tra atque Iustinius noster, & Plu-  
tarachus in Lysandro & Alcibiade:  
Xenophon libro secundo rerum  
Græcarum astipulatur. In Alcibia-  
de de Conone sic inquit: Conon  
rantum cum octo triremibus ex  
illo tumultu saluus evasit. Idem  
tradit ad Euagoram fugisse. Con-  
sentit quoque Iloocrates orat. 8. qui  
in Cononis collegas infeliciter  
gestæ rei culpam coniicit: & Cono-  
nem dedecoris ergo domum re-  
uerti noluissim dicit, sed Cyprum  
nauigasse. Fuerunt vero ( ut ex  
Plutarcho in Alcibiade liquet )  
Tydeus, Adimantus, & Menander.  
Iloocrates in Euagora, in Cyprum  
Cononem profectum scribit, tum  
ob vitæ propriæ salutem, tum ve-  
ro ut patriz opem ferre posset, &  
auxilia compararet. Magius. Xe-  
nophon dicit, Cononem nouem  
effugisse nauibus, atque ad nauis-

gasse Abarnidē Lampsaci promon-  
torium, ubi maximis malis nauis  
Lysandri ablatis, cum octo nauibus  
Cyprum nauigasse. Ibi autem con-  
junctis cum Euagora consiliis  
Atheniensium res postmodum re-  
stituit.

Solutio] Scilicet è ducibus ac trie-  
rarchis. Bern.

Cum octo nauibus] Plutarchus. At  
Diodorus, 13. 106: Triremum de-  
cem euaserunt, quarum cum una  
Conon, desperato Athenas reditu-  
ad Euagoram Cypri regem profu-  
git. B. Hanc pugnam, prater Dio-  
dorū, egregie describit Xenoph-  
phon, hist. Græc. lib. 2. Bern.

Euagoram] Fuit hic rex Cypri,  
Nicoclis pater, cuius laudes per  
omnes ætatum gradus, virritusque  
egregias, ipsiusque adeo heroici  
virii in illo imaginem depingit Iso-  
crates.

CAP. VII. 3. Recepit] Melius reci-  
pit: & mox, relinquic, ut congruat  
precedenti, mittit. Er.

L I B E R V . C A P . VIII .

111

iude coēunt, atque ibi perpeti nocte fortunam publicā  
questibus iterant. Alij fratres, aut filios, aut parentes de- 7  
fleant, cognatos alij, alij amicos cognatis cariores, & cū  
priuatis casibus querelam publicam miscent: jam se ip- 8  
sos, jam ipsam patriam perituram, miseriōrēque incolu-  
mī, quam amissorum fortunam judicantes: sīs quisque 9  
ante oculos obsidionem, famem, & superbū victoremque  
hōstem proponentes: jam ruinam urbis & incendia, jam 10  
omnium captiuitatem & miserrimam seruitutem re-  
cordantes: feliciores prorsus priores urbis ruinas ducen- 11  
tes, que in columbus filii parentibusque, sectorum tan-  
tum ruina taxata sint. Nunc autem non classem, in 12  
quam, sicuti pridem, configuant superesse; non exercitum,  
cujus virtute seruati pulchriora possent mania extruere.

C A P . VIII . Sic defletæ ac prope perditæ virbi hostes 1  
superueniunt, & obsidione circumdata obsecros fame  
vrgent. Sciebant enim neque ex aduectis copiis mul- 2  
tum superesse, & ne nouæ aduehi possent, prouiderant:  
quibus malis Athenienses fracti, post longam famem, 3  
& assida saoium funera, pacem petinere: quæ an dati  
deberet, diu inter Spartanos sociosque deliberatum.  
Cum multi delendum Atheniensium nomen, urbemque 4  
incendio consumendam censerent; negarunt se Sparta-  
ni, ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos: pacem 5  
polli

11. Taxatae sint] Hoc est, consti-  
terint, estimatæ fuerint, Senec.  
consol. ad Marciam, cap. 19. Tanti  
quodque malum est, quanti illud  
taxatum. Bern.

12. Pridem] Supra, 2. 12. 16.

C A P . VIII . 1. Sic defletæ] Ea notione vox vñtpata, vt apud  
Sueton. Calig. cap. 38. Diplomata  
ut verera & obolera deflebat:  
vbi male rescribunt alij, diffabat.  
Ita Seneca consol. ad Marciam,  
cap. 26. princ. Curtius, 8. 6. 10. Vel-  
leius, 2. 119. 1. Bern.

3. Quibz malis &c.] Ita mss. &  
auctor etiam alibi vt 3. 7. 1. & 5.  
4. 2. Bong. & alibi: Quibz malis  
zobz Athen. fr.

4. Multi] Lysander & Agis. Pau-  
san. in Laconicis. B. Præcipue vero  
Corinthij ac Thebani, alijque  
Græci non pauci. Xenophon. lib. 2.  
hist. Græc. Bern.

Ex duobus Græciæ oculis ] Ne  
felicitet illa fieret ētē, bōθημα, luica, vt notat Plutarch. in præc.  
politiciis. Ea de de re consultus  
etiam Apollo respondit, τίλιον  
κούλως ἐσίας τὸ Ε'ν. εδόμη μὲν  
κατεῖν. Aelian. var. hist. 4. haud ab-  
simili figura Cimō Spartanis subue-  
niendū arbitrabatur cōtra Messenios,  
adhortatus eos, ne Graciā  
claudā redi, neū Vrbē socia desti-  
tui

polliciti, si demissa Piræum versus muri brachia dejicerent, nauesque quæ reliquæ forent, traderent; resque publica ex semet ipsis xxx rectores acciperet. In has le-

tui sinerent. Plutarch. in eius vita.  
Bern.

5. Si demissa &c.] Ut longa Piræi  
brachia murosque destruerent, in-  
quit Diodorus, 13. 107. Plutarchus  
Lysandro: quo vide, & Xenoph.  
hist. Græc. lib. 2. Et ita bello Pelo-  
ponnesiaco fuis impositus, quod  
Thucydides, 1. 1. 1. superio: ibas  
memorabilius & longissimum vo-  
cat. In annum enim xxvii protra-  
ctum est. Bong.

Piræum] Triplex Piræi portus  
constitutus est. Strab. lib. 19. de Pi-  
ræo & Athenarum portub. Iude,  
inquit; Piræus ipse in tribibus  
sive populis adnumeratus. Est &  
Munichia tumulus curuus in Cher-  
sonnesi facie, cæuernosus tam na-  
tura, tum opera dedita, nusquam ex  
parte ut habitaciones admiratur.  
Ingressum angusto habet ore: cui  
quidem portus tereti subjacent.  
Quondam muro vallata Munichia  
orat, & intus domiciliis referta, ut  
Rhodiorum ciuitas, circuitu com-  
pleteens & Piræum, & alios por-  
tus naualibus plenos: in quibus  
& armamentarium, Philonis opus,  
statio ubi nauim, dignitate insi-  
gnis, quadrangulari capax nauium,  
cum non pauciores ab Atheniensib-  
us emitterentur. Hoc autem mu-  
ro, duo ex oppido protracta cru-  
sa urbem Piræo conjungunt. Hi  
fuere loagi muri stadia quadragia-  
ta: at murum istum bella plurima  
diruerunt, & Munichia munimen-  
tum. Piræum quoque portum in  
habitaculorum angustias contra-  
ixerunt, &c. Iugebatur hic portus  
vbi, muri duobus quasi cruribus,  
eaque fuit portus amplitudo &  
dignitas, ut Aristophanes Comicus  
Themistoclem dixerit, non Piræu-  
m vbi, sed urbem Piræo edidisse, &  
ad mare terrâ aptalle. Piræi por-

tus erat tutissimus, quam ob rem  
merito Statius Thebaidos lib. 12.  
sic inquit:

---Trepidis stabile Piræa naucis.  
Et Ouid. fast. lior. 4.

Sunt enim expositum, Piræaque  
rura recessa.

Linguit, &c.

Piræu hodie naucis portum Leo-  
nem vocant: Athenas vero Serini-  
num. Urbe diruta (hanc enim ma-  
gna eius pars incolitur) portuque  
vastato, vii intur etiamnum ingen-  
tium ædificiorum latissimeque  
olim verbis miserabiles ruine:  
Gymnasia diruta, porticus collap-  
si inter alta ruderata, tanquam ossa  
ex verbis caduere superiant, at  
temque nostram præstio: dignita-  
tis & amplitudinis admoscent. Mar-  
morei lapides elegia, titulos, epi-  
taphiaque, literis veruitate exole-  
cetibus, præ se ferunt, deo ut vere  
hic illud Ausonij exclamari posset:

Miramur perisse homines, monu-  
menta farscunt.

Mors etiam saxis nominibusque  
venit.

Navesque que rel for. trad. Ex-  
cepitis decē, quas nec plures, ipsi  
possidere licuit. Diod. 13. 107. Bern.

Ex semet ipsis] Hoc est, Atheneisibus. Quod non putassem no-  
tatu dignum, nisi hic etiam Hispa-  
nicus auctoris interpres impegi-  
set. Posset autem & aliis accidere,  
quod illi potuit. Bern.

Rectores] Quomodo euersa fue-  
rit Democratia Atheneisum  
prolike Lysias orat. contra Ago-  
ratum. Lacedamonij victores pa-  
cem solebant, nisi ad decem sta-  
dia muri Atheneisum dirueren-  
tur. Theramenes Lacedamona  
missus, fraudibus eo rem perduxit,  
ut vniuersi muri longi subverte-  
rentur, naues traderetur Lacedæ-  
moniis.

ges traditam sibi vibem, Lacedæmonij formandam Ly-  
sandro tradiderunt. Insignis hic annus & expugnatione 7  
Athenarum, & morte Darij regis Persarum, & exilio  
Dionysij Siciliæ tyraoni, fuit. Mutato statu Athenarum, 8  
etiam ciuim conditio mutatur. Triginta rectores rei- 9  
publicæ constituantur, qui sunt tyraoni: quippe à prin- 10  
cipio tria milia sibi satellitum statuunt, quantum ex tot  
cladibus prope nec ciuium superfuerat: & quasi parvus 11  
hic ad continentam ciuitatem exercitus esset, septingé-  
tos milites à victoribus accipiunt. Cædes deinde ciuium 12  
ab Alcibiade auspicantur, ne iterum rem publicam sub  
obtentu liberationis inuaderet. Quem cum profectum 13  
ad Aitaxerzem, Persarū regem, competissent, citato iti-  
nere miserunt, qui eum interciperent: à quibus occupa- 14  
tus,

moniis, Piræei quoque muri su-  
bruendi erant, triginta viri institu-  
ti. Constitutis autem triginta,  
statim de his, qui illorum machi-  
nationibus restiterant, sententia in  
senatu lata est: quamuis ex popu-  
lo etiam bis mille suum tribunal  
iudicandiique auctoritatem habe-  
rent. Iudicij modus hic fuit: Tri-  
ginta sedebant in subselliis. Duæ  
autem mensæ ante ipsos erant  
collocatae: non enim in vrnas cal-  
culum, sed in mensam omnium  
conspicui mittere oportebat. Ita  
ex metu nemo habuit liberum ju-  
dicium. Ut autem uno verbo di-  
cam, quotquot ad senatum iudi-  
cij causa vocati sunt, quo tempore  
ipsi triginta imperabant, capititis  
omnes condemnati sunt, præter  
vnus Agoratum. Ipsis itaque ini-  
tiis, secus atque Sallustius existi-  
mat, triginta illi rem publicæ male  
administrarunt. Quam enormia  
postea eorumdem crima fuen-  
tint, vt ne maiora singi potue-  
rint, vel oratione comprehen-  
di, docet Lysias contra Erato-  
sthenem. Priuata similitas pro-  
crimine erat Locupletes ciues oc-  
cidebantur, vt opes eorum sibi

vindicarent tyraoni pauperes  
duos cum diuitiis prehederunt,  
ne diuitiarum causa fecisse vide-  
rentur, rota respabl. innocentium  
sanguine, tumultu, factionibus tur-  
babatur. *Thys.*

7. *Insignis hic annus*] Is fuit quartus Olympiadis xciiii. ab V.C. 348. *Ber.*

*Exilio Dionysij*] Orbis literarij phoenix Ios. Scaliger, insigniter Auctore & tempore & persona hic errare demissit, lib. 5. de emend. temp. pag. 224. Tempore, quod 48. annis illud exilium post acciderit: persona, quod nō Dionysij senior, Hermocratis filius, in exilium actus, sed Dionysij junior, huius filius. Sed Tufinus habebat in animo, eo anno Dionysium vicem à Carthaginensibus fuisse: propterea cladem acceptam illius Dionysij cum filii exilio confudit. *Bern.*

9. *Triginta rectores*] Præter dicta superius, vide Diodorum initio libr. 14. *Bong.*

12. *Cædes d.c. ab Alcib.*] De morte Alcibiadis, ad cuius cædem xxx  
tyraoni Lysandrum impulerunt, vide Plutarchum, Diodorum, Pro-  
bum, Ciceronem de Diuinat. 2. 69.  
Val. Max. 1. 7. *Bong.*

tus, cum occidi aperte non posset, viuus in cubiculo, in quo dormiebat, crematus est.

- 1 CAP. IX. Liberati hoc vltoris metu tyranni, miseras  
2 viribus reliquias cædibus & rapinis exhauriunt. Quod  
3 cum displicere vni ex numero suo Therameni didicis-  
4 sent, ipsu[m] quoque ad terrorem omnium interficiunt.  
5 Fit igitur ex vrbe passim omnium fuga; repleturque  
6 Græcia Atheniensium exilibus: quod etiam ipsum au-  
7 xilium cum miscris eriperetur (nam Lacedæmoniorum  
edicto, ciuitates, exiles recipere prohibebantur); om-  
nes se Argos & Thebas contulere: ibi non solum tu-  
tam exilium egerunt, verum etiam spem recuperandæ  
patriæ receperunt. Erat inter exiles Thrasybulus, vir  
strenuus, & domi nobilis, qui audendum aliquid pro-  
patria & pro salute communi, etiam cum periculo, ratus,  
adunatis exilibus, castellum Phylen Atticorum finium  
7 occupat: nec deerat quorundam ciuitatum tam crude-  
les

14. *Crematus*] Non crematum Plutarch. scribit, sed erupisse, & telorum copia obrutum. Athenæus; lib. 13. c. 12. Alcibiadē in Melissu[m] Phrygiæ vico, occubuisse dicit, ibique etiam sepultum, Melissam porro non vicum sed vrbem appellat Stephanus de vrbibus. Plutarchus quoque in Phrygiæ oppido Alcibiadēm occubuisse di-  
cit. Audi & Probus: *Illi*, cum eum ferro aggredi non auderent, noctu-  
ligna contulerunt circa domum. Samenam in qua quiescebas, eam succéderunt, &c. Non attinet, viro-  
rum doctorum super hunc locum coniecturas apponere. Lege, circa domum Sanisennam. Sanisene ap-  
pellatur tractus in confinio Phry-  
giæ & Galatiaz Voss.

CAP. IX. 2. *Therameni*] De hoc vide Xenoph. hist. Græc. libr. 2. & Ciceron. Tusc. 1. 40. B. Item Plutar-  
chum in Nicias; & coasol. ad Apol-  
lon. c. 9. Bern.

*Therameni*] Exemplum boni & justi viri Theramenes. Extant apud Xenophon. elegantiss. Critiz & Theramenis contraria orationes.

6. *Thrasybulus*] Cognomento Tyrius. Diodorus, 14. 33. Vide Xe-  
nophontem hist. Græc. lib. 2. Pau-  
saniam Atticis. B. Huic neminem  
preferre se fide, constanza, magni-  
tudine animi, in parriam amore,  
scribit in eius vita Probus Bern.

EIAM cum periculo] Δέδοται τις οὐρανού μετωπίσσαι δῆμον. Thucid. 1. 45. & 3. 9. 4. Quod di-  
cūm ad anicipitem febris hecticae curam accommodat Galen⁹ méthi-  
med. 10. 10. Et proverbio iactatum,  
patet ex Aeschilo, Choephoris  
vers. 303. Δέδοται τις μετωπίσσαι. To-  
πονος μηδέ τις δέδοται. Bern.

*Castellum Phylen*] Stephanus de vrbibus. Xe-  
phon & Diodorus. Bong.

7. *Crudeles* &c.] Bong. & alii,  
crudeles

les casus miseritum fauor. Itaque Iamenias, Thebanorum princeps, et si publicis non poterat, priuatis tamen viribus adjuuabat: & Lysias Syracusanus orator, exultunc, quingentos milites, stipendio suo instructos, in auxilium patriæ communis eloquentia misit. Fit itaque asperum prælium: sed cum hinc pro patria summis viribus, inde pro aliena dominatione securius pugnatur, tyranni vincuntur: victi in urbe refugerunt quam exhaustam cædibus suis, etiam armis spoliant. Deinde cum omnes Athenienses proditionis suspectos haberent, demigrare eos ex urbe iubent, & in brachiis muri quæ dirata fucrant, habitare, extraneis militibus imperium tuentes. Post haec Thrasybulum corrumpere, imperij societatem pollicentes, conantur: quod cum non contigisset, auxilia à Lacedæmoniis petuere: quibus accitis, iterato præliantur. In eo bello Critias & Hippolochus, omnium tyranorum scuissimi cadunt.

CAP. X. Ceteris victis, cum exercitus eorum, ex quibus major pars Atheniensium erat, fugeret, magna voce Thrasybulus exclamat, *Cur se viatore fugiant, potius quam ut vindicem communis libertatis adjuuent? Ciui illam meminerint acie, non hostium esse; nec se ideo arma*

*crudelis* ediderunt. Prætuli, quod mss. codices, ipso referente Bongario, probant: cum præsertim auctor alibi quoque miserari cum Accus. jungat: vt 8.5.13.12.5.8.27. 1.5. Bern.

9. *Lysias*] Paulo aliter Plutarchus in vitis Rhetorum quem vide. Bong.

*Patria comm. eloq.*] Cicero de Oratore, 1.4. Athenis summa dendi vis & inuenta est & perfecta. Idem in Bruto, cap. 10. In ea urbe & nata & alta est eloquenteria. Adde Velleium, extremo, lib. primo; & Nostrum, supra, 2.6.6. Bern.

10. *Securius*] Accurata illa Sichardi editio Basil. habet *incurius*, ex

quo Freinsheim. facit *incuriosum*. Bern.

11. *Refugerunt*] Sebisius, refugiunt, ut tempora congruant. Sed auctorem talium incuriosum passim deprehendas. Bern.

14. *Accitu*] Idem accepis legit.

15. *Critias*] Tiu i. *memorias* 1.2. Cor, Diodorus, 14.34. Dux tyranorum, Probus. *Crudelissimum omnium tyranorum* vocat Lactantius, lib. 3. de falsa sap. Bong.

*Hippolochus*] Ita habent mss. veteres omnes. Ejus Diodorus & Probus non meminerunt. Xenophon, lib. 2. hist. Græc. *Hippolochum* vocat, quomodo habet editio vulgata. Bong.

CAP. X. 1. *Magna voce Thrasybulus*]

3 armacepisse, ut aliquar vittis adimat, sed ut adeptare sti-  
 tuat: xxx se dominis, nō ciuitati bellū inferre. Admonet  
 deinde cognationis, legū, sacerorum communium; tum  
 vetusti per tot bella cōmilitij: orat, miscreantur exulum  
 ciuium, si tam patienter ipsi seruant: reddant sibi pa-  
 triam, accipiant libertatem. His vocibus tantum pro-  
 motum est, ut reuersus in vibem exercitus, xx. tyran-  
 nos emigrare Eleusina juberet, substitutis decem, qui  
 5 rempubl. regerent: qui, nihil exemplo prioris domina-  
 tionis territi: eandem viam crudelitatis aggressi sunt.  
 6 Dum hæc aguntur, nuntiatur Lacedæmonie. in bellum  
 Athenienses exarsisse: ad quod comprimentum, Pau-  
 7 sanias rex mititur: qui misericordia exulis populi per-  
 motus, patriam miseris ciuibus restituit, & decem ty-  
 rannos ex urbe Eleusina migrare ad ceteros jubet.  
 8 Quibus rebus cum pax statuta esset, interjectis diebus,  
 repente tyranni, non minus restitutos exules, quam se  
 in exilium actos indignantes, quasi vero aliorum li-  
 bertas, sua seruitus esset bellum Atheniensibus infe-  
 9 runt: sed ad colloquium, veluti dominationem rece-  
 pturi,

bulus] Non Thrasybulus, sed Cleo-  
 critus, Mystarum præco vocalissi-  
 mus. Xenoph. histor. Græc. lib. 2. B.  
 quo loco refertur hæc oratio.  
 Bern.

3. Sacrorum communii] Ita Cur-  
 tius, 9. 10. 28. Sacrorum societatem  
 vocat Plinius, Panegyr. c. 37. pr.

4. Substitutus decem] Pratoribus.  
 Probus in Thrasyb. Bong.

6. Pausanius.] Et ante eum Lysan-  
 der cum xli nauibus. Diodor.  
 14. 34. Hic autem pacem fecit non  
 misericordia, sed simul quod Lysan-  
 dro inuidiceret, simul etiam quod  
 Spartam male apud Græcos audi-  
 re intelligeret. Diodorus ib. quem  
 vide, & Xenophontē histor. Græc.  
 lib. 2. Bong.

7. Misericordia ciuibus restituit] De  
 hac re ita Diodorus, lib. 14. Pausa-

nias autem rex Lacedæmoniorum,  
 partim quod Lysandro inuidiceret,  
 partim quod videret, Spartam ma-  
 le audire & infamia laborare apud  
 Græcos, castra mouit, magnamque  
 partem exercitus abduxit; &, cum  
 Athenas venisset, eos, qui in urbe  
 erant, cum iis qui erant in Piræo,  
 in gratiam reconciliauit, ac pacem  
 fecit. Vide & Xenophontē lib.  
 11. de reb. Gr. Cuius & hæc verba  
 audire opera pretium est: Quin-  
 decimuiri ab Ephoribus missi, & Pau-  
 sanias, pacem inter eos his coadi-  
 tionibus fecerunt, ut ad suas quis-  
 que res & possessiones rediret,  
 præter xxx tyrannos, & xi-viros  
 & x-viros, qui in Piræo impera-  
 rant.

Eleusina] Vide supra.

pturi, progressi, per insidias comprehensi, ut pacis victimæ trucidantur: populus, quem emigriare iussérant, in vrbem reuocatar. Atque ita per multa membra ciuitas 10 dissipata, in vnum tantum corpus redigitur; &c, ne qua 11 dissensio ex ante-actis nasceretur, omnes jurejurando obstringuntur, discordiarum obliuionem fore. Interea 12 Thebani, Corinthiique, legatos ad Lacedæmonios mit- tunt: qui ex manubiis portionem prædæ communis belli periculique peterent. quibus negatis, non quidem 13 aperte bellum aduersus Lacedæmonios decernunt: sed tacitis animis tantam iram concipiunt, ut subesse bellum intelligi posset.

C A P. XI. Eodem fere tempore Darius, rex persa- 1 rum, moritur, Artaxerxe & Cyro filiis relictis. Regnum 2 Artaxerxi, Cyro ciuitates quarum præfectus erat, testa- mento

10. Tantum] An forte tandem le- gendum? Fr.

11. Discordiarum obliuionem] De hac αμνησίᾳ promiscue auto- res. Cicero Philipp. I. c. I. Val. Max. 4. I. Et ita Sieulos inter se pacem fecisse refert Thucyd. 4. 12. 33. ut positus armis, singuli que cum ha- barent in potestate, retinuerent. Bon. Audi Aeschinem ἀεὶ τὸ πρό- Κιῶς Rursus autem republica sa- pienter administrata, & populo à Phyla reducto ac restituto Archi- no & Thrasybulo ducibus, & iure- jurando inter nos imposito, nos priores offensiones & discordias lempiterna obliuione deleturos, & rerum anteactarum nomine ne- minem in iudicium vocaturos: ex qua hanc iuritatem omnes morta- les sapientissimam existimarerunt.

CAP. XI. I. Darius] Hic est Darius Nothus, qui Longimanus successit. Diodorus, 13. 108. De Cyri (cognomento Minoris) οὐαλέσθι, id est, ascensu, Xenoph. Diodor. 14. 20. &c. Plutarch. in Artaxerxe. Oro- flius, 2. 18. B.

Artaxerxe] Qui ante regnum

Arscian, vel, ut Ctesias, Arscates dicebatur: post Mnemon est cognominatus. B. Alius supra, 3. 1. 4. Bern.

2. Cyro ciuitates] Lydiām & ma- ritimas ciuitates. Plut. Bern.

Testamento legavit] Sunt quæ- dam regna electiva, quædam suc- cessiva: successiva aut semel ali- cu, populi voluntate, delata sunt, & ad posteros transfunduntur; aut sunt in pleno iure proprietatis, quæ & alienari possunt, & testa- mento de his caueri. Sic Alexandri successores in jus illud plenum, ac proprietate imperandi populis, qui sub Persis fuerat, pro sua quis- que parte successere, aut etiam ipsi victoris iure id imperium sibi quæ- siuere. Ita Artalus rex, ex eodem iure, regni heredem fecit populum Romanum; Nicomedes, Bithynię. De Ptolemy quoque Cicero de Lege Agraria. Quis ignorat, regnum Aegypti, testamēto regis Ale- xandrinī, populi Romani esse fa- cētum? Tale quoque regnum fuit Micipse, qui alioquin Iugurtham, adoptiuum filium, in regni partem

cum

3 mento legauit. Sed Cyro judicium patris, injuria videbatur. Itaque occulte aduersus fratrem bellum parabat.  
 4 quod cum nuntiatum Artaxerxi esset, accessitum ad se fratrem, & innocentiam dissimulatione belli simulantem, compedibus aureis vinxit; interfecissetque, ni mater prohibuisset. Dimissus igitur Cyrus, jam non occulte bellum, sed palam; nec per dissimulationem, sed aperta professione parare coepit: auxilia vndique contrahit.

cum propriis filiis non vocasset. Alioquin, si id regnum non fuisset *in idz u. mōd*, non potuisset ita agere Micipia, nisi populi eadem esset consuetudo. In regnis enim hereditariis, quæ primo quidem populi voluntate instituta sunt, successoris alius ordo obseruatur, neque testamenta valent. Sicut apud Germanos regna eo iure minime habebantur. Nam quod Carolus Magnus & Ludovicus Pius, & alij postea etiam apud Vandaloſ & Vngaroſ de regnis testati leguntur, id commendationis tantum vim apud populum habebat. Simile est, quod apud Liuium legimus, regem Macedonum Philipum, cum Persea à regno arcere, & eius loco regem facere vellent Antigonum fratri sui filium, obiisse Macedoniz vrbes, ut principibus illum commendaret. Alioqui testatur Herodotus, historicus, omnium antiquissimus omniū populorum fuisse consuetudine, ut natu prior regnum obtineat. Grot.

3. *Judicium*] Hoc est, Testamentum; quod & *supremum iudicium* dicitur in libris iuris, ut etiā apud Sueton. in Aug. 66. 8. *Amicorum supra mea iudicia morosissime penitauit*. Causa est, quod, si unquam, homo, tunc certe quando testamentum condit, ad iudicij lāncem omnia exigit. Quam in rem videatur egregius locus apud Seicam, lib. 4. de Benef. cap. 11. item a fine lib. 1. Bern.

4. *Artaxerxi*] Quippe natu maior-

ri, et si patre adhuc priuato genitus esset. Contra Xerxes, supra, 2. 10. 2. vbi citatis auctoribus in primis adde H. Grotium, de jure belli & pacis, 2. 7. 28. Bern.

*Compedibus aureis*] Ne scilicet familiz regis honos non habetur. Qua causa quoque Darium, Besi & Nabarzanis conspiratio prehensum, aureis compedibus catenisque vincum fuisse, scribit Cuctius, 5. 12. 26. & Noſter, 11. 15. 1. Vide Dionis Chrysost. orationem ultimam. Bern.

5. *Cyrus*] De Cyro minore Xenophon: qui cum eo militia perfunctus est, scribit, neminem ex omnibus Persicis, excepto Cyro maiore, magis ad regnum accommodatum fuisse. Cyrus igitur in expeditione aduersus fratrem 13 000 Græcorum habuit, quorum duces Præcipui fuerunt Clearchus Lacedæmonius, Proxenus Bœotius, & Menon Thessalus. Barbarorum vero decem myriadas, & curruſ falcatos 20. Græcis adiunxit. His copiis Artaxerxes 19. myriadas, quorum duces erant Tissaphernes, Bobrias, & Arbaces, vna cum centum & quinquaginta curribus falcatis opposuit. Nuncupatur autem locus Cunax, in quo instructæ acies signis collatis dimicaruntque 500. stadia à Babylone distat. In eo prælio Artaxerxes à Cyro grauiter fauciatus est, & Cyrus à quodā Persico adolescenti Mithridate interfectus pēnas πέλος τεγχη μοσινος perfoluit. 10. De Strig.

hit Lacedæmonij memores, Athenienſi bello enixeſe 6  
 ejus opera adjutos, velut ignorantes contra quem bel-  
 lum paratetur, decernunt, auxilia Cyro mittenda, vbi  
 res eius exegiſſet: quærentes apud Cyrum gratiam: & 7  
 apud Artaxerxem, ſi viſiſſet, veniæ patrociñia, cum ni-  
 hil aduersus eum aperte decreuiffent. Sed cum in bello 8  
 fors prælij utrumque fratrē pugnæ obtulifſet, prior Ar-  
 taxerxes à fratre vulneratur: quem cum equi fuga peri- 9  
 culo ſubtraxiſſet, Cyrus à cohorte regia oppreſſus, in-  
 terficitur. Sic victor Artaxerxes, & præda fraternali bel-  
 li & exercitu potitur. In eo prælio decem millia Græ- 10  
 corū in auxilio Cyri fuere, quæ & in cornu, in quo ſte-  
 terant, vicerunt: & poſt mortem Cyri, neque armis à  
 tanto exercitu vinci, neque dolo capi potuerunt: reuer- 11  
 tentesque inter tot indomitas nationes, & barbaras  
 gentes, per tanta itineris ſpatia virtute ſe uſque termi-  
 nos patriæ defenderunt.

10. Decem millia] 14000. numerat Frontinus, 4.2.7 & 8.

## LIBER VI.

## BREVIARIUM CAPITVM.

- 1 Lacedæmonij Aſte imperium affectantes bellum  
mouent. Rex Perſarum Atheniensibus Per Cononem auxilium concedit.
- 2 Lacedæmonij ducem exercitus Agesilaum praſi-  
ciunt. Cononis prudenter & fortiter geſta.
- 3 Pisandri & Cononis pugna, in qua Lacedæmonij vi-  
cti.
- 4 Inclinatio fortune Lacedæmoniorum, quam Agesilai  
fortitudo ſuſtentat.
- 5 Athenienses Iphicratem & Cononem Lacedæmoniis  
oppoſunt: Athena ex Lacedæmoniorum ſpoliis  
inſtaurantur.
- 6 Grecia pax à rege Perſarum indiſta, quam Lacedæ-  
monij magno ſuo malo turbant.

- 7 Thebani Lacedemonios laceffunt, unde dubia Martis  
alea, & pugna ad Mantineam.
- 8 Epaminonda fortissimi Thebanorum ducis, interitus,  
& elogium.
- 9 Totius Gracia labes post Epaminonda excessum.

## C A P. I.

**L**Acedemonij, more ingenij humani, quo plura habent, eo ampliora cupientes, non contenti, accessione Atheniensium opum vires sibi duplicates, totius Asiae imperium affectare coeperunt: sed major pars sub regno Persarum erat.

2 Itaque Hercyllides, dux in hanc militiam electus, cum videret, sibi aduersus duos praefectos Artaxerxis, Pharnabazum & Tissafernem, maximarum gentium viribus succinctos, dimicadū, pacificari cū altero statuit. Aptior visus Tissafernes, vir & industria potior, & militibus Cyri, quondā regis, instructior, in colloquium vocatur, & statutis conditionibus, ab armis dimittitur. Hanc rē 3 visus Tissafernes, vir & industria potior, & militibus Cyri, quondā regis, instructior, in colloquium vocatur, & statutis conditionibus, ab armis dimittitur. Hanc rē 4 Pharnabazus apud communē regē criminatur, ut Lacedemonios Asiā ingressos nō repulerit armis, sed impēsis regis aluerit; merceturque ab his, vo differant bella,

CAP. I.1. Quo plura &c.] Se nec.de Benef. 2. 27. Eo majora cūsumus, quo maiora venerunt: multoque concitator est auaritia in magnarum opum congesu collocata, ut flamma infinito acrior vis est, quo ex majore incendio emicuit.

2. Hercyllides] Dercyllidas Xenoph. l. 3. Diodoro, 14. 3. 9. Plutarcho in Artaxerxe. quos vide. Huc spectat Trogi Pompeij fragmentum apud Priscianum lib. 6. cuius etiam mss. habent, ab Hercullide. Orosius lib. 2. c. 1. vocat Herciliadem. Dercyllida meminit & Iularchus in Apophth. Lacon. Bong.

Pacificari &c.] Prudentiæ huius

exempla alia vide infra, 7. 6. 5. & 29. 2. 8. Thucid. 1. 10. 18. Pachymer. hist. Byzant. 1. 3. Apopthegma Imp. Rudolphi I. Quicumque tres lites habeo duas, si poterit componat. refertur à Lipsio, Mischell. epist. 3. 77.

3. Cyri, quondam regis] Mala hec aut lectione, aut scriptio. Freisenhem.

4. Criminatur] Oros. 3. 1. defervit proditorem. ms. P. Danielis, diffor. Petronius. Alioquin mille causa nos quotidie collident, & per eoram urbem rumoribus differant. Ita malo quam deserente Sue-ton. Aug. 14. 2. Rumore ab obre-  
tatoribus dilato. Bong.

Quam

quem gerat, tanquam non ad unius summam imperij detri-  
mentum omne perueniat. Indignus ait, bellum non perfici, sed re-  
dimi hostem prece, non armis summoers. His vocibus  
regem Tissaferni alienatum horretatur, ut in locum ejus, na-  
ualis belli ducere eligat Conona Athenensem: qui, amiss-  
sa bello patria, Cypri exulabat: quippe Atheniensibus, et si  
fratris sint opes, manere tamquam nauale usum, nec si eligen-  
dus sit ex universis, meliorem alium esse. Acceptis igitur  
quingentis talentis, iussus est Conona classi praeficere.

CAP. II. His cognitis, Lacedaemonii & ipsi a rege  
Ægypti Hircynioe auxilia nauales belli per legatos  
petunt: a quo centum triremes, & sexcenta millia mo-  
diorum frumenti missa: a ceteris quoque sociis ingen-  
tia auxilia contracta suat. Sed tanto exercitui, & con-  
tra tantum ducem, deerat dignus imperator. Itaque

postula  
*Quam gerant plauto familia-  
ris locutio: subintelligendum po-  
rum, quod in uno codice ioperitur,  
aut magis plaut. Rud. 4. 4. 70: Tacit.  
ex bona se mulier semper, quam  
loquens. Terent. Eunuch. prolog.  
Qui placere se studeat bonus,  
Quam plurib[us] B. Sallust. Catil. 8.  
1. Fortuna rescuntas ex subdine  
quam ex vero celebrat. Tacit.  
annal. 3. 32. Nobilitatem sine proba-  
bitam, honori quam dignominia ha-  
bendam ducet. Gracchus est.  
Ita Thucyd. 2. 18. 10: Tē διωρημ  
μέσουν ἐ τὰ γνώμα επέρχονται.  
Nazianzenus: Οὐαὶ τούτοις σαλ-  
γράφειν παῖδας πίθεος. Bern.*

7. Horatur, ut in locum] Ita &  
Diodorus, 14. 40. Pausanias, Atti-  
cis, id Euagoræ, Cyprio regi, tel-  
luit. Vide Probum, Conone. Bong.

Cypri] Maris mediterranei insu-  
la notissima, Veneri quondam sacra.

9. Talentū] Talentum, ταλάντον.  
Varium hoc apud Veteres. Nam  
Atticum, affirmante Iulio Polluce,  
60. fuit minarum. Aliud rursus  
Babylonium, aliud Syrium, & Ae-  
ginatum. Verba eius, l. 9. in uniuersi-  
tate sunt hæc: ταλάντον μέτρον

ακτερον, ὅπι καὶ τὸ Αἴγαρον τα-  
λάντον εἰπενοχιαίς εἰδοτατο  
δεσχυλος Αἴγαρος τὸ Βασι-  
λεῖον, εἰπενοχιαίς τὸ Αι-  
γαράσον, μηπέτο τὸ Σύρος  
μηλανοντας εἰπενοχιαίς τοις τοιούτοις &  
Αἴγαρος δεσχυλος λαγοπέτρη. Sed  
intelligenda hæc de talento num-  
mario. Dixerit aliquis: Quot ergo  
minarum erat ponderale talen-  
tum? respondet, totidem. Docet id  
Diodorus apud Suidam his ver-  
bis: ταλάντον εἰπεν διάδοσθαι  
τοις τοιούτοις ταλάντον, μηλανόντας εἰπενο-  
χιαίς τοιούτοις, δεσχυλος τὸ Αἴγαρον τα-  
λάντον εἰπενοχιαίς τοιούτοις τοιούτοις, Χαλ-  
κεῖον τὸ Αἴγαρον ταλάντον εἰπενοχιαίς τοιούτοις τοιούτοις.

CAP. II. 1. Hercynione] Veteres  
hic variant, quidam Mercinioni:  
aliij Mercimoni: aliij Inercimoni.  
Hercynione habet etiam Orosius,  
3. 1. Diodoro, 14. 80. est. Neopatric.  
B. Quomodo tunc Euseb. in Chron.  
Nepherites Bern.

2. Modiorum] Continet modius,  
ut putatur, sed cim sextarios, Vi-  
de Volusium Metianum.

3. Tempore exercitus.] Ita supra, 2. 10. 61.

postulantibus sociis Agesilaum ducem, regem tunc Lacedæmoniorum: propter responsum oraculi Delphici, diu Lacedæmonij, an cum summæ iei præponerent, de liberauerunt: quibus futurus imperij finis denuntiatur, cum regium claudicasset imperium: erat enim pede claudus. Ad postremum statuerunt, melius esse incessu regem, quam imperio regnum claudicare. Posteaquam Agesilaum cum ingentibus copiis in Asiam misere; non facile dixerim, quod aliud par ducum tam bene comparatum fuerit: quippe ætas, virtus, consilium, sapientia utriusque prope una; gloria quoque rerum gestarum eadem: quibus cum paria omnia fortuna dederit: inuitum tamen ab altero utrumque seruauit. Magnus igitur amborum apparatus belli, magnæ res gestæ fuerunt.

Sed Cononem seditio militum inuadit, quos præfecti regis fraudare stipendio soliti erant, eo instantius debita poscentibus, quo grauiorem sub magno duce militiam præsumebant. Itaque Conon, diu rege per epistolæ frustra fatigato, ad postremum ipse ad eum pergit: à cuius aspectu & colloquio prohibitus est, quod cum more Persarum aderare nolle: agit tamen cum eo per internarios, & queritur, opulentissimi regis bella, inopia dilabi, & qui exercitum parem hostibus habeat, pecunia vinci, quis præfet; inferiorēmque eum ea parte vi-

riuum

4. Responsum oraculi] Quod extat apud Pausaniam Laconicis, & Plutarchum Agesilao. Vide etiam Xenoph. lib. 3. histor. Græc. & in Agesil. Vide & Probum ibidem. Bong.

12. Per epistolæ frustra fatigato] Plutarchus quoque in Artaxerxe, Cononem testatur ad regem epistolam misisse, inandasque iis qui ferrent, ut per Zenonem Cretensem, vel per Pollicritum medicum, ant, si non adessent, per Ctesiam medicum, regi eam redderent.

13. Adorare nolle] Mos adorandi talis erat: Genu flexo proni procumbentes in terram, fronte humum seriebant, ac terram osculabantur. Curt. 6.6.3. & 8.5.11. Valer. Maxim. 7.3. Joseph. 20.3. Martial. 10. epigt. 73. Ac reges quidem, vt deos venerabantur, & pro talibus eos habebant. Xenoph. Strab. 10. & alii. De quibus vide Brissonium, 1. de regno Persarum.

14. Dilabi] Bong. dilabi. Prætrahi quod etiam in mss. extat. Ita Sallust. Iug. 10.8. Discordia rei Maxima

rium inueniri, que longe superior sit. Postulat dari sibi <sup>15</sup> ministrum impensæ, quia pluribus id mandare perni-  
ciosum sit. Dato stipendio, ad classem remittitur: nec <sup>16</sup>  
moram agendis rebus facit: multa fortiter, multa feli-  
citer agit: agros hostiles vastat: urbes expugnat; &  
quasi tempestas quædam, cuncta prosternit. Quibus re- <sup>17</sup>  
bus territi Lacedæmonij, ad patriæ subsidium, reuo-  
candum ab Asia Agesilaum decernunt.

CAP. III. Interim Pisandrus, ab Agesilao proficis-  
cente dux patriæ relicitus, ingentem classem summis  
viribus instruit, fortunam belli tentaturus. Nec non <sup>2</sup>  
Conon, tunc primum cum hostiari exercitu concursu-  
rus, magna cura ordinat suos. Summa igitur non tam <sup>3</sup>  
ducum in eo prælio, quam militum æmulatio fuit. Nam <sup>4</sup>  
& ipse dux Conon non tam Persis, quam patriæ stude-  
bat: & sicut afflictis Atheniensium rebus, auctor amissi-  
æ dominationis fuerat; sic volebat idem haberi reddi-  
tæ, patriamque vincendo recipere, quam victus amise-  
rat: eo speciosius, quod ne ipsorum quidem Athenien- <sup>6</sup>  
sium, sed alieni imperij viribus dimicet, pugnaturus pe-  
riculo regis, victurus præmio patriæ, gloriamque diuer-  
sus artibus, quam priores ciuitatis sue duces consecutu-  
rus: quippe illos, vincendo Persas, patriam defendisse: sc, <sup>7</sup>  
Persas victores faciendo, restituturum patriam esse. POR- <sup>8</sup>

10

maxima dilectione, hoc est, sen-  
sum dissoluuntur, pessum eunt.

<sup>15</sup>. Ministrum impensæ] T. p. 14.  
Diodorus, 14. 82. B. Male alij mini-  
sterium, & ad ipsum Cononem re-  
ferunt. Bern.

CAP. III. 1. Pisandrus] Ita MSS.  
omnes, vulgo Lyssander, contra hi-  
storiam. Gracis est Ηλιόραος,  
Xenoph. lib. 4. Plutarch. Agesilao,  
& Probus. Diodoro, 14. 84. est  
Πισάνδρος. vt alij notarunt; men-  
dose. Bon.

2. Magna] Non male MSS. ex-

magna Ita Florus, 1. 9. 5.

3. Non tam ducum in eo prælio  
quam militum] Cum omnia expo-  
to, mens auctoris, quicquid ipse  
scriperit, ita legi postular: tam  
ducum in eo prælio, quam mili-  
tum, vel non tantum ducum: i.e.p.  
sed & militum. Nam ecce, mox  
publicetur assertio ratio, primū  
de utroque duce, Conone & pi-  
sandro; deinde, n. 2. de militibus  
ipsis. Bern.

6. Eo speciosius] Tacit. Agric. c.  
35. Ingens vitoria decus; cura Ro-  
manum sanguinem bellare.

F 2

- 10 Pisandrus pro coniunctione Agesilai, etiam virtutum  
æmulator erat; contendebatque, ne à rebus gestis eius,  
& gloriæ splendore, decederet; neve tot bellis ac seculis  
quæsitum imperium, brevis momenti culpa subuerteret.  
9 Eadem militum & omnium regum cura erat, quos ma-  
jor solicitude cruciabat, non tam ne ipsi quæstas opes  
amitterent, quam ne pristinas Athenienses reciperent.  
10 Sed quanto maius prælium fuit, tanto & clarior vi-  
11 storia Cononis. Victi Lacedæmonii fugam capessunt;  
12 præsidia hostium Athenis deducuntur: populo restituta  
dignitate conditio seruulis eripitur: multæ quoque ciui-  
tates recipiuntur.

CAP. IV. Hoc initium Atheniensibus resumenda  
potentiae, & Lacedæmoniis habenda finis fuit. Nam-  
que velut cum imperio etiam virtutem perdidissent,  
contemni à finitimis cœpere. Primi igitur Thebani, au-  
xiliantibus Atheniensibus, bellum his intulere: quæ ciui-  
tas

8. Coniunctione Agesilai] Erat  
vxoris eius frater. Coniunctionem  
pro affinitate cognitione sumit  
& Corn. Nepos in vita Porpon.  
Attici: *Ipsum Pompeium coniun-  
ctum non offendit. Quam lectionem  
infelicitate alijs lassunt, assi-  
tam à Iano Rutgersio var det. 2.8.*  
Bern.

9. Eadem militum & omnium  
regum cura erat] Quinam sunt illi  
reges? Spartanorum? an persa-  
rum, aut alij? Nugæ. Terfit me, fa-  
teor, hic locus, donec iageniosissi-  
mus Sebifius suggestit, pro regum,  
legendum esse, remigum. Ita tursus  
auctor infra, 6.9.5. milites & remi-  
ges coniungit. Confirmat emenda-  
tionem Orosius, 3.1. vbi Nostrum,  
vt solet, secutus, hac ipsa de re,  
Milites, inquit & remiges, ipsique  
duftores, uno pariter in mutuam  
cadem ardore rapuntur. Geniu-  
num huic mendum detexit Lipsius  
in Velleio, 2.84.2. Vigebat in hac  
parte miles atque imperator; illa

marcebant (ita Freioshemius op-  
time, cum esset antea, illam arce-  
bant) omnia, a binic remiges (male, re-  
ges) firmis: mihi: illi inopia affec-  
tiissimi. Bern.

Quos maior &c.] Scribendum,  
vel, quos maior sollicet. cruc. ne ipsi.  
vel potius quos sollicit. cruc. non  
tam ne ipsi. &c. aut n. male cohære-  
bit oratio. Bern.

11. Victi Lacedæmon. ] Ad Cni-  
dium. Bong.

CAP. IV. 1. Lacedæmoniis haben-  
da] Isocrates, orat, ad philippum,  
de Conone: Lacedæmonii, naua-  
li prælio victor ademit imperium,  
&c. Orosius, 3.1. Magnitudine ac-  
que atrocitate belli istius, melina-  
trum ex hoc semper in posterum La-  
cedæmoniorum status. I rona nam-  
que ex illo fluere, & retro sublap-  
sa referri spes Spartanorum usq[ue]  
est. Ita locus ille ex ms. v. Danielis  
legendus est. Bong.

3. Thebani] Et alij ad id pecunia  
persarū inducti, rausan. lib. 4. Bon.  
4. Infi

tas ex infinitis inclematis, virtute Epaminondæ ducis, ad spem imperij Græciæ erecta est. Fit itaque terrestre prælum, eadem Lacedæmoniorum fortuna, qua pugnatum aductus Conona nauali prælio fuerat. In eo bello Lysander, quo duce Athenienses viæli à Lacedæmoniis fuerant, interficitur. Pausanias quoque, alter dux Lacedæmoniorū, proditionis accusatus, in exilium abiit. Igitur Thebani potiti victoram, vniuersum exercitum ad urbem Lacedæmoniorum ducunt facilem expugnationem rati, quoniam deserti à sociis omnibus erant: quod metuentes Lacedæmonij, regem suum Agesilaum ex Asia, qui ibi magnas res gerebat: ad defensionem patriæ arcessunt. Occiso enim Lysandro nullius alterius succidam ducis habebant. Cujus quoniam serus aduentus erat, conscripto exercitu, obuiam hosti procedunt. Sed viciis, aduersus paulo ante victores, nec animus, neque vires pares fuere. Prima igitur congreßione funduntur. Deletis jam suorum copiis superuenient rex Agesilaus, qui restituto prælio, non difficulter, recenti & multis expeditionibus indurato milite, hostibus victoram cœpuit; ipse tamen grauter sauciatur.

C A P. V. Quidam rebus cognitis, Athenienses verentes, ne iterum Lacedæmoniis vicitribus in pristinam sortem seruitutis redigerentur, exercitam contrahunt,

4. *Infinis &c.*] Ita quidam impensis, recte: alii, *In infiniti. mss.* finitimi Bong.

*Epaminondæ ducus.*] De quo præter ceteros Plutarchus in Pelopida, & probas in eius vita. Non vult Iustinus eum prælio interfuisse, quod Orobius, 3. 2. putauit: sed eius virtute auctam rem Thebanam. Bong.

6. *Lysander.*] Apud Hallartum. Xenoph., Plutarch. & probus Lysandro: Diodorus, 14. 82. Pausanias Laconicus. Bong.

9. *Ex Asia, qui ibi] Pausan. lib. 3. & 4. De pugna ad Coroneam, vide supra citatos auctores: qui Agesilaum non superuenisse pugnare, sed ab initio interfuisse, refert. Bong.*

12. *Sed vicii, &c.]* Sic infra, 11. 13. o. Tacit. hist. 4. 1. *Quamquam atrociter loquitur, minor est apud vices animus.* Salust. Ingerth. 106. 3. Liu. 2. 6. 15. 2. 65: 10. &c. Vide tamen, quomodo Nicias suos ex clade consternatos erigit, apud Thucyd. 7. 12. 9. Bern.

2 hunt, eumque in auxilium Bœotiorum per Iphicratem  
 3 viginti quidem annos natum, sed magna indolis juve-  
 4 nem, duci jubent. Huius adolescentis supra artatem vir-  
 5 tus admirabilis fuit: nec unquam ante cum Athenien-  
 6 ses, inter tot tantosque duces, aut spei majoris, aut in-  
 7 dolis maturioris, imperatorem habuerunt: in quo non  
 8 imperatoria tantum, verum & oratoria, artes fuere.  
 9 Conon quoque, auditore Agesilai, & ipse ex Asia  
 10 ad depopulandos Lacedæmoniorum agros reuertitur:  
 atque ita, vnde bellum formidine circumstrepente,  
 clausi Spartani ad summam desperationem rediguntur.  
 Sed Conon, vastatis hostium terris, Athenas pergit: ubi  
 magno ciuiū gaudio exceptus, plus tamen tristitia ipse  
 ex incensa & diruta à Lacedæmoniis patria, quam læ-  
 titia ex recuperata polt tantum temporis, cepit. Itaque,  
 quæ incensa fuerant, prædarum sumptu & exercitu Per-  
 sarum restituit: quæ diruta, reficit. Fatum illud Athe-  
 narum fuit, ut ante à Persis crematae, manibus eorum:  
 &

CAP. V.2. *Iphicratem*] De Iphi-  
 crate Aristot. 1. Rhet. Xenodorus, 1.  
 6. Diodorus, 13. 15. & 16. Polyx-  
 nus, 3. Strateg. Athenæus 1.4. & 1.12.  
 Plutarchus, Frontinus, Suidas, alij.

*Plutarchem*] De quo prater su-  
 periores, Probus in eius vita. Hoc  
 autem bellum, quia circa Corinthum gerebatur, Corinthium est  
 appellatum Κορινθιαὶ μάχη.  
 μ. B.

5. Non imperatoria &c.] Talis Ale-  
 xandri Magni pater, intra, 9.8.12.  
 Cato apud Plin. 7.27. Caesar apud  
 Sueton. cap. 51. Plures alios elo-  
 quentia simili ac imperatoria artibus  
 excellentes memorar auctor  
 Dialogi de Oratoribus, cap. 37. &  
 Ammian. Marcellin. 3. o. II. Rara co-  
 pul. Nam fere viri nisi militia,  
 facti sunt magni: ad verborum  
 lingua que certamina rudes, Liuus  
 10.22.5. Auctoritate viro militari  
 profacundia Tacit. Annal. 15.26.

Huc respicit Hercules. Ouid. Me-  
 tam. 9. veri. 29. Melior mihi dexte-  
 ra lingua est. Bern.

Verum & Oratoria artes] Plu-  
 tarcus in Politicis, de Iphicrate,  
 quod ad orationem facultatem  
 speetat, sic loquitur: Iphicrates ve-  
 ro meditando declamandoque do-  
 mi, plerisque audientibus, densius  
 habitus est. Nam et si eloquens erat,  
 beneque & apte orare sciebat, de-  
 buit tamen gloriam eam quarere,  
 qua republica pace & bello admiri-  
 stranda comparari. Igniti soler-  
 ceterum eiusmodi scholas & stu-  
 dia Rhetoribus & Sophisticis con-  
 cedere. Haec Plutarchus.

Artes fuere] Modij ms. artes  
 magna fuerunt.

10. Manibus eorum] Recte vulgo  
 manubius, contra libros & mentem  
 auctoris Orofius, Persis adificanti-  
 bns Legendum Xenoph. 4. Diodo-  
 rus, 14.86. Pausanias, Atticus P.

& nunc à Lacedæmoniis dirutæ, ex spoliis Lacedæmoniorum restituerentur: versa quoque vice, nunc habent socios, quos tunc hostes habuerant: & hostes nunc paterentur, cum quibus juncti tunc arctissimis sociatis vinculis fuerant.

CAP. VI. Dum haec geruntur, Artaxerxes, rex Persarum, legatos in Græciam mittit, per quos jubet *omnes ab armis discedere; qui aliter fecisset, eum se pro hoste habiturum*: ciuitatibus libertatem suaque omnia restituit: quod non Græciæ laboribus assiduisque bellorū interne ciuis odiis consulens fecit, sed ne occupato sibi 2  
*Ægyptio bello*, quod propter auxilia, aduersus præfectos suos Lacedæmoniis missa, suscepserat, exercitus sui in Græcia detinerentur. Fessi igitur tot belli Græci, cupide paruere. Hic annus, non eo tantum insignis fuit, 4  
 quod repente pax tota Græcia facta est: sed etiam eo, 5  
 quod eodem tempore vrbis Romana à Gallis capta est. Sed Lacedemoniis securis insidiantes, absentiā Arcadum 6  
 speculati, castellum eorum expugnant, occupatōque præsidium imponunt. Itaque armato instructōque exercitu 7  
*Arcades*, adhibitis in auxilium Thebanis, amissa  
 bello

CAP. VI. I. Artaxerxes ] Pax Antalcide dicta, quod esset eius opera impetrata. Xenop. 5. Diodorus. 14. 1. 1. Plutarchus in Agesil. & Artaxerxe. B. Similem, sed effigie dissimili, Tarentinorum legationem refert Linius, 9. 14. 1. Bern.

3. e *Ægyptio bello*] Cypriicum bellum commemorat Diodorus, in quod pace constituta incubuerit Artaxerxes. Nisi hæc de ea pace accipias, de qua Diodorus. 15. 38. Artaxerxes *Ægypti bellum illaturum*, quia magnum peregrini exercitus robur concrebere cupiebat, dirimendus in Græcia bellorum controversiæ anum intendit, &c. que compara cum Iusti in verbis. Sed de Aegyptio bello vide

Gemistum, & Plutarchum Artaxerxe. Bong.

5. Hic annus ] Is fuit secundus Olympiadis nonagesimæ octauæ, ab V. C. 366. Bern.

Vrbis Romana ] Strabo extremo 1. 6. B. Polybius, 1. 6. Linius 5. 41. Florus, 1. 13. Plutarchus Camillo, & plures. Bern.

6. *Lacedemoniis securis*] Lubet ex mis-voces aliquot Orofio. 3. 2. restituere. *Lacedemoniis*, inquit, inquieti magis [quam frenu] ; furore poritus, quam virtute intolerabiles, post bella posita, rontant furia bellorum. Bong.

Castellum] Xsoph. hiſt. Græc. 6. Ciuitas est Peloponnesi Stephan. De hoc bello vide Xenophontem. Bong.

8. In

8 belli repetunt. In eo prælio Archidamus, dux Lacedæ-  
 9 moniorum, vulneratur: qui, cum cœdi suos iam ut vi-  
 10 ctos videret, per præconem corpora interfectorum ad  
 sepulturam poscit. Hoc est enim signum apud Græcos  
 victoriæ traditæ. Quia confessione contenti Thebani,  
 signum parcendi dedere.

1 C A P. VII. Paucis deinde post diebus, neutris quic-  
 quam hostile facientibus, cum quasi tacito consensu in-  
 duiciæ essent, Lacedæmoniis alia bella aduersus finiti-  
 mos gerentibus, Thebani, Epaminonda duce, occupan-  
 dæ viris eorum spem ceperunt. Igitur principio noctis,  
 taciti Lacedæmonia profiscuntur: non tamen aggredi-  
 2 di incautos potuerunt. Quippe senes, & cetera imbellis  
 ætas, cum aduentum hostium præsensissent, in ipsis, por-  
 4 tarum angustiis armati occurserunt: & aduersus quindecim  
 5 millia militum, non amplius centum iam effætae  
 ætatis viri, pugnæ se offerunt. Tantum animorum, vi-  
 riumque, patriæ & penatium conspectus subministrat  
 tantoque præsentia, quam recordatione sui, maiores  
 6 spiritus largiuntur. Nam, ut videre, inter quæ, & pro-  
 quibus starent, aut vincendum sibi, aut moriendum  
 7 censuerunt Pauci igitur sustinuere senes aciem, cui par-

8. In eo prælio] Ante hanc pugnam dimicatum est in Leuctris, vbi vici sunt à Thebanis Lacedæmonij temeritate ducis Cleombreti.

Archidamus] Fuit autem hic Agesilai filius. Xenoph. lib. 7.

10. Hoc est enim signum] Diodorus 17.68. αἰτοῦ τῷ νυκτὶ αἴτιος οὐδὲν μόλις οὐτ. B. Idem, 19.31. Enmenes ad eos regredi proposuerat, collers eos maturans, ut anticiparem halterem viceriam cerro sibi offereres. Unde laudandi Nicæ sumpta materia plutarcho, in eius vita, cap. 1. Nā licet in more positum esset, ut qui ex foro corpora per inducias receperisset, renuntiare victoriam

viderentur, adeoque ne trophaū quidem erigere rite possent (victores enim sunt, qui præualent: nec præualere videntur, qui pertinent quod suis viribus capere non possunt: ) maluisse tamen Niciam profundere lauream & decus, quam duos cives, inhumatos reliquere. Quale quid etiam de Atheniensibus memorat Thucydides, 4.9.18. Bern.

C A P. VII. 1. Tacito con-  
 sensu inducia] Quæ inducias tacite dicuntur Liuio, 2.18. 14.2. 64.  
 9. & 23.45.5.B. Ex iunt, quæ sine pacto, mutuo velut consensu, sunt, Bern.

2. Principio noctis] Vide plutarach. Agesilao: Frontinum, 1.11. Bong. 9.Nec

ante diem vniuersa iuuētus esse non potuit. In eo prælio duo duces hostium cecidere. Cum interim, Agesilai aduentu nuntiato, Thebani recessere: nec bellum diu dilatum: siquidem Spartanorum iumentus, senum virtute & gloria incensa, teneri non potuit, quin ex continentia, acie decerneret. Cum victoria Thebanorum esset, Epaminondas, dum non ducis tantum, verum etiam fortissimi militis officio fungitur, grauiter vulneratur. Quo auditu, his ex dolore metus, & illis ex gaudio stupor iniicitur: atque ita veluti ex placito consensu à prælio disceditur.

CAP. VIII. Post paucos deinde dies Epaminondas decedit, cum quo vires quoque reipubl. ceciderunt. Nam sicuti, telo si primam aciem præfregeris, reliquo ferro vim nocendi sustuleris; sic illo, velut microne teli, ablato duce Thebanorum, rei quoque publicæ vires hebetatæ sunt: ut non tam illum amisisse, quam cum illo interiisse omnes viderentur. Nam neque hunc ante ducem ullum memorabile bellum gefere: nec postea virtutibus, sed cladibus insignes fuere: ut manifestum sit, patriæ gloriam & natam, & extinctam cum

co-

9. Nec bellum diu dilatum] Erz. Ilium ad Mantineam, de quo Xenophon lib. 7. Diodorus, 15. 84. & segn. Plutarchus Agesilao & apophth. Lacon. Probus Epaminonda. Pausan. Boeoticis. Strabo lib. 8. præter quos de Epaminondæ morte legendus Ciceru fam. epist. 5. 12. Val. Max. 3. 2. Aelian. 12. 3. Pausanias Atticis & Arcadicis, quem sequitur Orosius, 3. 2. Bern.

13. Paciro] Forte Tacio, ut est supra, hoc ipso cap. 3. 1.

CAP. VIII. 1. Post paucos] Hucusque Xenophon, cutas historiam prosequitur Diodorus, 15. & Geminus Pletho. Boni.

13. Post paucos deinde dies Epami-

nondas decedit] Into non post paucos dies, sed statim ut è prælio ad extra relatus est, animam efflavit. Quod ex omniū conſensus constat. Voss.

Cum quo vires] Adeo vere Tacitus Germ. cap. 30. Plus reponendum in duce, quam exercitu, Curtius, 10. 6. 13. Milizaru sine duce turbata, corpus est sine anima. Florus, 2. 18. 15. Tanei est exercitus, quanti imperator.

2. Præfregeris] Ita ms. rectius, apud nor, quam hactenus editi, perfrigeris. Bern.

Cum illi interiisse] Unus homo paru quam ciuitas fuit. Probus Epaminond. in fine.

4 eo fuisse. Fuit autem incertum, vir melior, an dux, es-  
 5 set. Nam & imperium non sibi semper, sed patriæ quæ-  
 6 sicut: & pecuniæ adeo parcus fuit. vt sumptas funeri  
 7 defuerit. Gloriæ quoque non cupidior, quam pecuniæ:  
 8 quippe recusanti, omnia imperia ingesta sunt: honores-  
 9 que ita gessit, vt ornamentum non accipere, sed dare  
 10 ipsi dignitati videretur. Iam literarum studium, jam  
 Philosophic doctrina tanta, vt mirabile videretur, vnde  
 tam insignis militiae scientia homini inter literas nato.  
 11 Neque ab hoc vite proposito mortis ratio dissentit.  
 Nam vt relatus in castra scinianimis, vocè spiritumque  
 collegit, id vnum à circumstantibus requisuit, num  
 cadenti

4. *Vir melior, an dux?*] Quæ duo  
 juncta non nimis frequenter inue-  
 nias. *Anthonius primus, pace pessi-*  
*mus, bello non spernentius,* inquit.  
 Tacit. hist. 2.86. *C. Marius, vir, si*  
*examinetur cum viribus vi-*  
*ta, haud facile sit dictu,* verum  
*bello melior,* an pace permiscior  
 fuerit. Lio. Et quidem Aristot. Po-  
 litic. 5.9. in legendō duce, militaris  
 peritix maiorem, quam virtutis  
 aut morum, rationem habendam  
 esse tradit. Bern.

5. *Non sibi semper?* Sebis. semper  
 non sibi alio & vero sensu. Bern.

9. *Adeo parcus fuit.*] Atheneus  
 quoque lib. 10.c. 3. Epaminondam  
 frugi & parcum fuisse referr.  
 Frontinus 1.4. Strateg. c. 3. in sup-  
 pellectile sua abenū & verū, &  
 nihil preterea habuisse dicit. Thys.

Vi sumptus funeri def.] Idem de  
 Aristide Plutarchus in eius vita, c.  
 52. & de r. Valerio Liuius c. 16.7.  
 deque Menenio, 2.33.13. Bern.

7. *Recusanti imper.*] Imper. Tra-  
 janus Praefectum prætorum non ex  
 ingerentibus, sed ex subvenienti-  
 bus legi. plin. Paneg. c. 86. Adde  
 Lamprid. in Alex. Seuero. c. 19. Se-  
 pius tamen recusare, ambiguum,  
 ac potius illam interpretationem  
 haberet, anquam minorem (hoc est,  
 maneri imparum) se putes, plin.

ibid. cap. 59.

9. *Literarum studium?*] In quo-  
 præceptorem habuit Lycidem Ta-  
 rentinum rythagoreum, Cicero  
 de Oratore, 3.34. Diodor. 16.2.  
 Diogenes Laert. in rythagora-  
 probus in Epamin. Bern.

11. *Id vnu?* &c.] De philopœmene  
 non dissimilia Liui, 39.50.9. Bern.

*Id vnum à circumstantibus re-*  
*quisuit,*] Ita, vt Iustinus, ceteri  
 quoque omnes id narrant. Aelias  
 tanen longe alter, lib. 12. cap.  
 3. cuius verba emendata apponam.

Ἐπαμινόντος ὅτε ἵτρωσθη ἐπ.  
 Μαρτινίᾳ, νεκρὸν τὸν τέλον σκη-  
 νῶν κομιδεῖς ἐπὶ ἔμπνυσ. Δοῦ-  
 φαρτοὶ ἐκάλῃ, ἡναὶ δύοδειξε  
 σεαπτῷδειοῖς οἱ οἱ φαστοὶ τε Στρα-  
 τιῶν τὸν δέργα σῆτα λοιδίσαν νεκ-  
 ρεῖν στὰ ταχίνες ιέντε. Εἶπε Ι.  
 Καὶ αὐτὸς ἐλέχθη τεθύναται, σινε-  
 θλεστε διαλύσαται οὐδὲ τέ-  
 πολεμίνει, ταχὺ φίλιον δέδει, οὐδὲ  
 μηκέτι σεστηγῆ καταλιμπαν-  
 ούσθε ἐπὶ Θήβας. Vnigo, οὐδὲ μηκέτι  
 σεστηγῆ καταλιμπανούσθε ἐπὶ  
 Θήβας. Male. Vide quoq; Plutar-  
 chum in Apophthegmatis Epami-  
 nondie, qui ἰολαῖς αὐτοῖς, perpetram-  
 vt puto, vocat Iambidas. Vott.

Cademp:

eadenti sibi scutum ademisset hostis. Quod ut seruatum audiuit, allatumque, velut laborum gloriæque socium osculatus est. Iterum quæfuit vtri viciscent. Ut audiuit, Thebanos, Bene agere se rem, dixit: atque ita, velut gratulabundus patriæ, expirauit.

CAP. IX. Huius morte etiam Atheniensium virtus intercedit. Siquidem amissio, cui emulatii consueverant, in segnitiam torporémque resoluti, non ut olim in classem exercitusque, sed in dies festos apparatusque ludorum, redditus publicos effundunt; & cum actoribus nobilissimis poëtisque theatra celebrant, frequenter scenam quam caltra visentes; versificatoresque meliores, quam duces laudantes. Tunc vestigia publicum, quo antea milites & remiges alebatur, cum vibano populo diuidi exceptum est. Quibus rebus effectum est, ut inter otia Græcorum sordidum & obscurum antea Macedonum nomen emeigeret: & Philippus obses triennio Thebis habitus, Epaminondæ & Pelopidæ virtutibus

*Cadenti sibi scutum.] Cicero, lib. vi. Epistolarum familiarium ad L. Lucceum, ad rem quod attinet. sic inquit, Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non eum quadam miseratione delectat? Qui cum denique sibi aquelli iubet spiculans, postquam ei percontanti dictum est, clypeum esse saluum, ut eriam in vulneru dolore aquo animo cum laude moreretur. Vide & Orosium, lib. 3. cap. 2. Pausaniam in Baetis, & Plutarchum in Apollonius.*

*CAP. IX. 2. Amisso, cui annulari cons.] Ea nimurum de causa Scipio Nasica Carthaginem servandam, nec ex sententia Catonis excidendam prouocauit, ne menabo amala urbis, luxuriari felicitas Urbi inciperet. Florus. 2. 15. 8. Bern.*

*3. Non ut olim in classem.] Has delicias tam arte sunt amplexi, ut capitum pœnam indicarent, si*

quis de pecunia publica ad militia priscum usum reuocanda, verba facere enquam audieret. quod Libanius refert in Argumento Olynthi. Demost. Conatum tamen esse Demosthenem, apparet ex prima eius tertiaque Olynthiaca. Bern.

*4. Actoribus nobilissimis.] Histriones jure ciuili infames erant, L. 2. 5. vultus de his qui not. infam.*

*5. Cum urbano populo diuidi caput est.] Sebis. Urbano populo diuidi caput, in casu dandi. Boec. Cicero ad Attic. lib. 1. nummos vobis diuidere solebat, hoc est, dillerbere. Διεβάλυτο τὸ χρήματα, inquit Libanius modo citato loco. Bern.*

*7. Philippus obses.] Thebais al. Alexandro fratre datum. Orosius. 3. 12.*

*Epaminonda.] Diodorus, 16. 2. 1.*

bus eruditus regnum Macedoniae, Graeciae & Asiae cœr-  
uicibus, velut ingum seruitutis, imponeret.

*Asia cœruicib.] Ita Curtius. 7.7.1.*

## L I B E R VII.

### B R E V I A R I V M C A P I T U M .

1. Macedonia & *vetus nomen, populus, primi reges.*
2. *Perdicca regis familia illustris, & infantis Europæ: nobile fatum.*
3. *Legati Persarum ad Amyntam petulantia sua dant pœnas.*
4. *Pax Macedonia Bubaris, reguli Persa, opera conciliatur. Tragœdia in familia Amyntæ, Alexandri Macedonis aut.*
5. *Philippi Macedonis varij casus: fratribus dolo ma-  
terno vita sublatiss, à populo compulsus regnum suscipit.*
6. *Initia regni Philippici, laude & obseruatione dignis-  
sima, bella, coniugium, virtus & virtutes eius de-*

### C A P . I.

**M**acedonia ante nomine Emathionis regis, cuius prima virtutis experimēta in illis locis exrat, Emathia cognominata est. Huius si-  
cuti incrementa modica, ita termini peran-  
gusti

C A P . I. 1. *Macedonia* ] Se-  
ries familie, regnum Macedoni-  
corum, haec censemur secundum  
quosdam, 1. Hercules. 2. Hyllus  
fuit, filius Herculis, à quo nomen  
habet Illyricum, quod nunc voca-  
tur Dalmatia, 3. Cleodius. 4. Ari-  
thomachus. 5. Temenus. 6. verdie-  
cas, primus rex Macedoniae. 7. Ar-  
gus. 8. philippus. 9. Aeropus. 10.  
Alectes. 11. Amyntas, tempore Da-  
rii Hyrcaspis. 12. Alexander, tem-  
pore Xerxis. 13. Perdiccas. 14. Ar-  
chelaus, cui Euripides fuit fami-  
lius. 15. Amyntas, 16. Philippus.

17. Alexander Magnus.

Hæc series nota est eruditis om-  
nibus, qui Graecas historias lege-  
runt. Nam Herodotus, lib. 8. septem  
reges à Perdicca usque ad Alex-  
andrum recentet: & Thucyd. lib. 1.  
& 2. Perdiccam & Archelaum Ale-  
xandro successisse, lucide, non ob-  
scure declarat. Postea sequitur  
Amyntas, pater Philippi, & annus  
Alexandri Magni. Quod autem  
reges Macedonici ab Hercule ori-  
ti sim, ipsa appellatio testatur.  
Vocantur enim ab Herodoto Te-  
menidi, iam vero satis constat  
Aristo.

gasti fuere. Populus Pelasgi, regio Boeotiae dicebatur. 3  
 Sed postea virtute regum, & gentis industria, subactis 4.  
 primo finitimi, mox populis nationibusque, imperium  
 usque extremos Orientis terminos prolatum. In regione 5.  
 Peonia, quæ nunc portio est Macedonie, regnasse fer-  
 tur Pelegon pater Alteropæi, cuius Troiano bello, inter  
 clarissimos vindices vobis, nomen accepimus. Ex alio 6.  
 latere in Europa regnum Europus nomine tenuit. Sed 7.  
 &

Aristomachum, pronepotem Hercu-  
 lis, patrem fuisse Aristodemum &  
 Temeni. Ut igitur ab Aristodemis  
 liberis, Procle & Eurythene, re-  
 ges Spartani originem duxerunt,  
 sic à Teucro familia regum Ma-  
 cedonicorum propagata est. Strig.

*Macedona*] Dicit à Macedone,  
 Oliridis filio. Diodor. lib. 1. alias  
 Iouis filio & Deucalionis nepote.  
 Steph. de vrbibus Solinus cap. 14.  
 Eustath. in Dionys. apud quem, &  
 Hesychium, *Maceria* dicitur, & r.  
 Maccab. 1. 1. *terra certum*. Est autem  
 Cethim Genet. 10. 4. filius Iauan, &  
 Danielis 11. per Iauan Græci intel-  
 liguntur. Inde *Maceria*, sunt Ma-  
 cedones. Aufon. in clar. vrbibus.  
*Macerumque arrollit nomen*. B.  
 Macedonie descriptiorum ampliorem vide apud Plinium, 4. 10.  
 quo auctore illa olim complexa  
 fuit populos cl. Adde Liuum,  
 45. 29. Bern.

*Ance*] Mss. *antra nom. quod Se-*  
*bis recte diuidit. ance à nom.*

*Emathionu*] Ita Probus, 1. Georg.  
 Virgili. *Emathium* vocat Solin. e.  
 9. quem facit *genunum terra*, id  
 est, d. ro. 10. 30. Bong.

3. *Populus Pelasgi*, regio Boeotia  
 dicebatur] Peyraredus, vir doctus,  
 putabat legendum *Poma*, non  
*Bavera*. Optime. Confirmant eius  
 lectionem Polybij excerpta, & Li-  
 vius lib. XI. c. 1. Voss.

4. *Subastu pr. fin.*] Ita Ninus su-  
 pra, & Romani, flor. 1. 9. 11.

5. *Pænis*] Pænes etiam haberet

Prolemæus in Macedonia ad Ha-  
 liacmonis fluminis fontes. A qua  
 olim Macedonia *Fœma* diceba-  
 tur. Liuius. 40. 1. 2.

*Pelegon*] vel *Pelegonus*. Monitu-  
 Pauli Leopardi emendation. 17. 10.  
 & Iuan. Hartungi locor. memora-  
 bil. decur. 2. 2. 3. reddidi auctori  
 suam vocem. Is enim est *Pater*  
*Asteropai*, teste Homero Iliad. 21.  
 140. & Strabone epिome octava.  
 Vettere mss. omnes (teste Bong)  
 & hastenus editi, *Telegonus* ha-  
 bent, quod est vlyssis filii nomen,  
 alienum ab hoc loco. Bern.

6. *Ex alio latere in Europa reg-  
 num Europus nominis tenuit*] Eu-  
 ropa est pars Thracie ad Hænum  
 montem. Sed illa nihil huc facit,  
 cum de Macedonia sola loquatur.  
 Puto, legendum, in Europa. Eu-  
 ropia est portio Macedonie, in  
 qua Europus ciuitas; vbi Euro-  
 pum Macedonis filium, regnam-  
 temque, penes auctores fides est.  
 Voss.

*Europus nomine*] Sic amat loqui  
 Noster ut 2. 9. 2. 13. 2. 7. 21. 1. 1.  
 Vell. 2. 5. 2. Ita nauis ducentum nu-  
 mero, sup. 2. 10. 2. Ceterum Euro-  
 pus ille Macedonis filius fuit, à quo  
*Europus* Macedonig vrbis Stephan.  
 in Vrbibus, & Thucyd. 2. 21. 3. 6. At  
 Eustathius, in Lycophronem, run-  
 dem cuiusdam Himeri facit filium,  
 à quo nominatam Europam cre-  
 dibile est. Quāquam etymon Euro-  
 pæ, mortaliū nomen compre-  
 hensum tradit Herodotus. 4. 43. Bern.  
 7. Ca.

& Caranus cum magna multitudine Græcorum, sedes  
in Macedonia responso oraculi iussus quætere, cum in  
Emathiam venisset, urbem Ædeslam, non sentientibus  
oppidanis, propter imbrium & nebulæ magnitudinem,  
gregem caprarum, imbrem fugientium, securus, occu-  
8 pauit, reuocatusque in memoriam oraculi, quo iussus  
erat, *ducibus capris imperium querere*, regni sedem sta-  
9 tut: religiosèque poltea obseruauit, quocumque ag-  
men moueret, ante signa easdem capras habere, cœ-  
ptorum duces habituris, quæas regni habuerat auctores.  
10 Vibem Ædeslam, ob memoriam munieris, Ægeas, po-  
11 pulum Ægeatas, vocauit. Pulo deinde Mida (nam is  
quoque portionem Macedoniæ tenuit) aliisque regibus  
12 pulsis, in locum omnium solus successit: primusque,  
adunatis gentibus variorum populorum, veluti vnum  
corpus Macedoniæ fecit: crescentique regno, valida  
incrementorum fundamenta constituit.

I C A P. II. Post hunc Perdicca regnauit, cuius &

vita

7. *Caranus*] Solinus cap. 9. & ita  
emendandus Eusebius, ex mss. B.  
apud quem est *Cramaus* Velleius,  
1.6.5. hunc generu regy fuisse di-  
cit: *Suidastantum viuum ex Her-*  
*sulu postero Bero.*

10. *Ædeslam*] Ptolemaeus, lib. 3.  
c. 11. *Aideslam* commemorat. Bon.  
Ægeas] Aegeas vocat Plinius,  
4.10. & Solinus cap. 9. Ptolemaeo, 3.  
33. ex Aiyas. B. Salmasius ad So-  
lin. 156. A. 1. tradit, in Pliniis libris  
mss. haberi *Ægias*, quod est Græ-  
cum *Aiyas* nam utroque modo  
dicit, & *Aiyas*, & *Aiyas*. Latine  
*Ægias* vel *Ægeas*, quasi *Capra-*  
*nas* dixeris: & à dissyllabo quidē  
esse gentile *Aiyas* & à trisyllabo,  
*Aiyas*: quomodo & hic rei-  
cipimus, *Ægeatas*, (quomodo  
& Tacit. annal. 2.47.) eum haec tenus  
editi omnes, *Ægeatas* habeant.  
Bern.

11. *Pulo deinde Mida*, nam is  
quoque portionem Macedoniæ te-

nuit ] Breygorum Midam regem  
fuisse, testatur Herodotus. Bysot  
autem, & Βούγης, & Φούγης, sunt  
iidem. Strab. lib. XII. οὐσιας Ἡρά  
Βρέγοι, καὶ Βούγης, καὶ Φούγης, οἱ  
αὐτοί. Male vulgo, Βρέγοι, & Βρέ-  
γης. Vide quoque Eustathium ad  
Dionysium. Macedones enim τὸ φ  
mutant in β. Non autem pulsum  
esse Macedonia à Carano, Conon  
apud Phorium inquit, sed ὅπερ  
αὐτὸς χωρὸς ἐγίνετο τὸ εἰς τερ-  
πολινὴν αἰγαλεύην απαρτα, τῇ μὲν  
διὰ τόπων πείστε τὸ ιωνίου,  
τῷ δὲ Εὐρωπής σταθεῖσα τὸ Ηλλήσ-  
τινον, τῷ δὲ Μυσιανὸν φίνεται.  
Φούγης ἀντὶ Βούγης Βρέγη τὸ  
αἰγαλεύην τὸ λίξιον μετο-  
νόμενον. Voss.

*Pulsis*] Abundare videtur.

12. *Volum vnu corp. plor.* 1.1.16.

CAP. II. 1. *Perdicca*] Herodotus  
8.139. Περδίκκας, καὶ θεός αὐτοῦ  
είλεται.

vita illustris, & mortis postrema, veluti ex oraculo præcepta, meinorabilia fuere: siquidem senex moriens, Argæo filio monstrauit locum, quo condi vellet; ibique non sua tantum, sed & succendentium sibi regum ossa posse iussit; præfatus, quoad ibi conditæ posterorum reliquæ forent, regnum in familia mansurum: creduntque hac superstitione extinctam in Alexádro stirpem, quia locum sepulturæ mutauerit. Argæus moderate, & cum amore popularium, administrato regno, successorem filium Philippum reliquit: qui immatura morte raptus, Europum, parvulum adinodum, instituit hæredem. Sed Macedonibus astigua certamina cù Thracibus & Illyriis

*τέλος τούτου*, inquit, quia primus rex in Macedonia nominatus est. Solinus cap. 9. Eusebius hunc quartum facit. Quomodo hic ad regnum peruererit, vide Herodotum 18.37. Meminit & Thucidores. 2. 21.8. Bong.

Perdicca] Ita & Solinus. Ad perdiccam quartum faciunt à primo Carano. Vide Eusebium & Scaligeri Canorumлагогicorum librum tertium, Mira enim auctorum dissensio super Macedonum regum successione. Alij scribunt, primum in Macedonia regem nominatum fuisse Perdiccam. Alij Caranū primum regem Macedonum, numerant. Ausonius.

*Et Caranus Pellea dedit qui nomina regum.*

Perdicæ Herodorus aliquæ tribuunt, quod alij Carano, velopponnesia multitudinis duces facit Caranum Solinus, Perdiccam Herodotus *τόπῳ Τραυδών*, qui ex velopponeso venerat. Salmas.

*Mortuus*] Forte morientus. Freinsheimus.

2. Argæo] Eusebio Archæus est: Herodoto, 8.139. Ansus. Bong.

5. Philippum reliquit, qui immatura morte raptus, cum annos

triginta & octo regnaret. Voff.

*Europum*] Herodotus, 2. 539. Αἰγαῖον vocat, ut Νιοδorus, 14.38. Et ita in Eusebio legendum ex vestigiis veteris scripturæ, non Europi. Bong.

6. *Teracibus*] Thracia otolægo, & ceteris, Europa regio nobilis ad rontum Euxinum. Iosephus Hebraice Τούρας appellari dicit.

*Tauri*,] Tauricum plinio, Illyrio Γαύος] Ptolemy, Illyria Stephano. Hillarius, in antiquo lapide, Illyricanorum meminit numinus Traiani Decij, longe lateque patens Europa regio, apud Geographos plinio tamen non ita, si enim eā inter Ariam & Titum flumina constringit. Ea Plinij, posset hodie Sclavonia indigitati Italice, & Mindenland Germanice. Quirinalis Illyricum dictū hallucinatur Lazijs, ex antiqua inscriptione in qua hec, *Illyriu Quirinalib. Triumphi* actum felis Quirinalibus indicat. Quod in libris Fastorum triumphalium frequens est, addere diem anni triumphi, p.e. Illyrico lege Appianum Sex. Rufum, Iornandem, lib. Notitiae & Lazio, 1. R. P. R. C. I., apud quos multas regiones sub Illyrico comprehendendi disces. Oretini.

*Quorum*

riis fucce: quorum armis veluti quotidiano exercitio in-  
 7 durati, gloria bellicæ laudis finitos terrebant. Igitur  
 Illyrij, infantiam regis pupilli contemnentes, bello Ma-  
 8 cedonas aggrediuntur: qui prælio pulsæ, rege suo in cu-  
 nis prolato, & pone acic posito, acius certamen repe-  
 9 ttiuere: tanquam ideo victi fuissent antea, quod bellan-  
 10 tibus sibi regis sui auspicia defuissent: futuri vel propte-  
 rea victores, quod ex superstitione animum vincendi  
 11 ceperant: simul & miseratio eos infantis tenebat, quem,  
 12 si victi forent, captiuum de rege facturi videbantur. Cö-  
 13 serto itaque prælio, magna cæde Illyrios sudere: ostend-  
 eruntque hostibus suis, priore bello regem Macedoni-  
 14 bus, non virtutem defuisse. Huic Amyntas succedit,  
 & propria viuitate, & Alexandri filij egregia indole, in-  
 signiter clarus: cui Alexandro tanta omnium virtu-  
 tum natura ornamenta extitere, ut etiam Olympio  
 certa

Quorum armi? Ita Florus, ve-  
 rum longe venustius, 2. 3. 5.

8. Reges super ius cunii prolato? Mar-  
 cellinus, 2. 6. 6. B. Panegyr. Naz-  
 arii, c. 20. Illyrici quondam, despi-  
 cientes Eros (sici. Europi) regis in-  
 fantiam, Macedones bello facesse-  
 runt. Et prima quidem congressio  
 secundum illos fuit: verum Ma-  
 cedones cum bellum resicerent, re-  
 gem suum in cunis ad aciem de-  
 rulerunt. Cum illos ira, hos misera-  
 ria, illos signorum canens, hos pueri  
 vagitus accenderet: mutata est  
 ratio terrarum: vicerunt, qui  
 amore pugnabant. Eodè exemplo  
 Franci pro Clothario contra Chil-  
 debertum strenue pugnarunt, cum  
 viderent Clotharium adiacere in  
 canis, & à matris Fredegundis  
 vberibus pendente, agmen pre-  
 cedere. Amoinus de gestis Fran-  
 cor. lib. 2. cap. 81. Bern.

11. Caprium de rege saltu? Ita Florus, 2. 6. 5. a. fecerant de ser-  
 nitute Romanorum Freinsh.

13. Huic Amyntas] Al. etiam in-  
 terponit Herodotus, 1. 134. & Eu-  
 sebius in Chiron. B. Mica est auto-

rum diffensio super successione  
 regum Macedonum. Vide omnia in  
 Scaligeri Canonum Isagogicorum  
 librum tertium. Bern.

Amyntas.] Hic Europo successit  
 iuxta Iustinum, Amynta Alexander. Perdicce successisse Alexander,  
 Amynta filium, vult Solinus. Quod nemo alius dixit. cum Amynta filius fuerit, atque ei suc-  
 cesserit. Eusebius septimum à Per-  
 dicca Alexandrum numerat. Iusti-  
 nus sextum omisso Alceta. Verum  
 ex ipso Solino ostendit potest, gra-  
 uiter hallucinatum fuisse Soli-  
 num. Perdicce successorem dat  
 Alexandrum, Alexandro Arche-  
 laū. Eusebius ab exitu regni Per-  
 dicce ad initium Archelai com-  
 putat annos CCLII, quot an-  
 nos regnasse oporteret Alexandru-  
 m, siquidem regnum à Per-  
 dicce accepisset, & reliquisset Ar-  
 chelao. Quid fieri nequit. Sal-  
 mos.

14. Olympio certamine?] Qui Iudi  
 celebrari solebant quinto quo-  
 que anno redeuntes, ut docet Cen-  
 torinus, magna hominum frequen-  
 tia.

seitamine, vario ludicrorum genere contenderit.

CAP. III. Cum interim Darius rex Persarum, turpi ab Scythia fuga summotus, re vbiique deformis militiae damnis haberetur, mittit cum parte copiarum Megabazum ad subigendam Thraciam, ceteraque eius tractus regna: quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia. Qui breui tempore exsecuto regis imperio, legatis ad Amyntam regem Macedoniarum missis, obsides in pignus futurae pacis dari sibi postulabat. Sed legati benigne excepti, inter epulas ebrietate crescente, rogant Amyntam, ut apparatus epularum adiiciat ius familiaritatis, adhibitis in conuicium suis ac filij uxoribus: id apud

sia, & in quibus oleagina corona donabantur victores ab Olympio Ioue, in cuius honorem erant instituti, nomē arcisunt. Fuit Olympia iuxta Strabonem Iucus oleastro vestitus, fluminis Alpheo adhārens in agro Pisanō, ab Elide distans. Stadii plus minus trecentis, ubi & templum Iouis Olympiū fuit celebre scriptrorum monumentis, ante quod agebantur hīludi, tota prope Græcia ad spectaculum confluente. Primus ex iis Hercules palniam reportauit eorundem institutor. Post Herulem, qui victoriam obtinuerunt quamplurimi, tanto in pretio apud suos sunt habiti, ut velut triumphantes quadrigis inuenientur in ciuitates suas. Eo spectant illa Vitruvii lib. 9: *Nobilibus Athletis, qui Olympia, Pythia, Isthmia vici sunt, Graciorū maiores adeo magnos honores constituerunt, ut non modo in conuentu stantes cum palma & corona ferant laudes, sed etiam cunrevererunt in suas ciuitates cum victoria, triumphantes quadrigue inueniantur, & reque publica, perpetua vita, constituta vestigalibus fruatur. Hinc & à Solone institutum scribit Plutarchus, ut drachma quingentæ darentur ei, qui Olympia viciisset. Quod si Herodo-*

to etiā & Diodoro credimus, fuerunt Olympicī ludi, simul & gymnicī & equestris. Cum enim Xerxes ex perfugis paucis, qui ex Arcadia venerant, quæbuisset, quid rerum agere Graci, respondit, eos agere Olympia, & spectare certamen equestre ac gymnicum. Fungeret.

Vario Iudic gen. I] Puta, curu, saltu, iactu, nīci, iaculatione, & Incitatione τετράλογον quinqūertiū vocant. Bern.

CAP. III. Megabazum] Herodoto, s. 17 est Megabyzus, a quo hoc narratio petenda est. Bong.

Adhibitu in conuicium suis ac filiū uxoribus] Ita disertim in duobus optimis suis mss. legi scribit Modius, & vero legendum concedit in libello variantium lectionū Bongarius: qui tamen edidit: adhibitu in conuicium suum filiū & uxoribus: & filiū ait esse pro filiabus: sicut & diu pro deabus legitur. Priscian. lib. 7. Sed quod est in seqq. n. 5 & 6. mulieres, & matronali habent, ad filias virgines aptari non potest. Bern.

Id apud Persas &c.] Contrariū Plutarchus adfruere videtur. lib. 1. Symposiacor. cap. 1. Persas scilicet non cum uxoribus, sed pellicibus, inire conuicia solere. Noster ipse

4 apud Persas haberi pignus ac fædus hospitij. Quæ ut ve-  
nerunt, petulantius Persis eas contrectantibus, filius  
Amyntæ Alexander roget patrem, respectu ætatis, ac  
grauitatis suæ, abiret conuiuio, pollicitus, se hospitum  
5 temperaturum iocos. Quo digresso, mulieres quoque  
paululum è conuiuio euocat, cultius exornaturus, gra-  
6 tioreisque reducturus. In quarum locum mationali ha-  
bitu exornatos inuenes supponit: eosque petulantiam  
legatorum, ferro quod sub veste gerebant, compescere  
7 iubet. Atque ita interfectis omnibus, ignarus rei Mega-  
bazus, cum legati non redirent, mittit eo cum exercitus  
8 parte Bubarem, ut in bellum facile & mediocre: dedi-  
gnatus ipse ire, ne de honestaretur prælio tam fœdæ  
9 gentis. Sed Bubares ante bellum, amore filii Amyntæ  
captus, omisso bello nuptias facit, depositisque hosti-  
libus animis, in affinitatis iura succedit.

1 CAP. IV. Post discessum à Macedonia Bubaris, A-  
myntas rex decedit, eius filio & successori Alexandro,  
cognatio Bubaris non Darij tantum temporibus pacem  
præstit: verum etiam Xerxem adeo conciliauit, ut  
cum Græciā, veluti tempestas quædam, occupasset, inter  
Olympum Hæmumque montes totius regionis eum  
imperio,

41.3.2. de Parbo Persarum mo-  
ribus: Feminū non conuinia ran-  
cum virorum, verum eram cons-  
pectum interdicunt. Ita Vaſte ab  
Ahaluero ad cœnam, proceribus  
Persicis instructam, euocata, veni-  
re detrectauit, Persicum morem  
causata, quo mulieres virilibus cō-  
niuīis arcebantur, vñisque se con-  
iugum oculis confaciendas pre-  
bebant. Ioseph. antiq. Iud. 11. sub  
initium capit. 6. vid. Curt. 5. 1. 67.  
Bern.

6. Inuenes supponit] Alexandri  
factum in legatos Persas. de quo  
copiose Herodotus in *Tis. Λιχόη-*  
9. Bubares] Bubān. Herodotus  
filiam Amyntæ vocat Gygæam, l. 5.

& 8. Bong.

CAP. IV. 1. Successori Alex. 150-  
linus tamen, cap. 9. verdicæ suc-  
cessisse vult hunc Alexandrum:  
cuius errorem conuincit in ab-  
solutissimis ad illum auctorem  
exortationibus Cl. Salmasius, 156.

A. 2.

Olympum] Duodecim sunt hujus  
nominis montes, hic intelligit  
montem altissimum inter Thassa-  
liam & Macedoniam, qui tamen  
Thessaliam adscribitur.

Hæmus] Est mons Thraciz, va-  
sto iugo procumbens in Pontum,  
cuius culmen sex millibus passuum  
subitur. vide Plin. lib. 4. cap. 11. &  
Strabon. lib. 7.

3. Per

imperio donauerit. Sed nec virtute minus, quam Per-  
2  
sarum liberalitate, regnum ampliauit. Per ordinem dein-  
3  
de successionis, regnum Macedoniæ ad Amyntam, fra-  
teris eius Menelai filium, peruenit. Hic quoque insignis +  
industria, & omnibus imperatoriis virtutibus instructus  
fuit: qui ex Eurydice tres filios sustulit, Alexandram 5  
Perdiccam, & Philippum, Alexandri Magni Macedonis  
patrem, & filiam Euryonem: Ex Cygnæ autem Ar-  
chelaum, Archideum, Menelaum. Cum Illyriis deinde, 6  
& cum Olyntiis grauia bella gessit. Insidiis autem Eu-  
7  
rydices uxoris, quæ nuptias generi pasta, occideadum  
virum, regnumque adultero tradendum suscepserat, oc-  
cupatus fuisset, ni filia pellicatum marris, & sceleris  
consilia prodiisset. Fancus itaque tot periculis, senex 8  
decessit, regno, maximo ex filii Alejandro, tradito.

CAP. V. Igitur Alexander inter prima initia regni, 1  
bellum ab Illyriis, pacti in 1. cede, & Philippo fratre da-  
to obside, redemit. Interfecto quoque tempore, per eun-  
2  
dem obudem cum Thebanis gratiam pacis reconciliat:  
quæ res Philippo maxima incrementa egregiae indolis  
dedit. Siquidem Thebis triennio obses habitus, prima  
pueritæ rudimenta, in viba saceritaris antiquæ, & in  
domo Epaminondæ, summi & philosophi & imperato-  
ris,

3. *Per ordinem*] *Eum ordinem*  
vide apud Eusebium. *Legendus* ad  
hunc locum Solinus cap. 9. & in  
primis Diodorus lib. 14. & 15. quo-  
rum varietatem explicare non est  
huius loci. *Bong.*

*Menelai*] *Archelai*. Euseb.

5. *Tres filios*] *Duorum*, Perdicæ  
& Phillipi, meminit Probus, Iphi-  
cate, legendus Georg. Gemistus.  
*Bong.*

*Archideum*] Euseb. & Oros. le-  
gunt. *Andsum.*

6. *Illyrii*] *Vide supra.*

*Olyntiū*] *Oντός*, vrbs à  
Mela describitur, inter Athon  
montem, & Pallenem vrbum. Vi-

gint stadiis à Meciberna, ut tra-  
dit Suidas. Plinius quoque me-  
milit. *Thraciz* vrbe maximam  
vocat Xenophon, & Libanius.  
Eandem, *Sithoniam*, Σιθωνία, ap-  
pellari scribit Herodotus in Poly-  
mnia. Sed regionem potius sic vo-  
cat, in qua Olyntos & alia vrbes  
sitae sunt. *Orrel.*

CAP. V. 3. *In domo Epami-  
nonda*] Diodorus, 16. 2. *Thebanis*  
inquit, *Epaminonda* patre adoles-  
centulum commiserunt, à quo dif-  
fident plutarctus in *Velopida*, c.  
47. Vide præter hos *Gemistus*.  
*Bong.*

4 ris, depositus. Nec multo post Alexander insidiis Eurydices matris appetitus occubuit: cui Amyntas, in scelere deprehensa, propter communes liberos, ignarus eisdem 6 quandoque exitiosam fore, pepercera. Frater quoque 7 eius Perdicca pari insidiarum fraude decipitur. Indignum prorsus, libidinis causa liberos à matre vita priuatos, quam scelerum suorum suppliciis liberorum contemplatio vindicauerat. Perdiccae hoc indignior cædes videbatur, quod ei apud matrem misericordiam nec 9 parvulus quidem filius conciliauerat. Itaque Philippus 10 diu non regem, sed tutorem populi egit. At ubi graviora bella imminebant, serumque auxilium in expectatione infantis erat, compulsus à populo regnum suscepit.

1 C A P. VI. Ut est ingressus imperium, magna de illo spes omnibus fuit; & propter ipsius ingenium, quod 2 magnum spondebat virum; & propter vetera Macedoniam fata: quæ cecinerant, uno ex Amyntæ filiis regnante, florentissimum fore Macedonia statum; cui spes scelus matris hunc residuum fecerat. Principio regni, cum hinc cædes fratrum indigne peremptorum, inde hostiū multitudo; hinc insidiarum metus, inde inopia cōtinuis bellis exhausti regni, immaturam ætatem tironis virginarent: bella, quæ, velut conspiratione quadam, ad opprimendam Macedoniam, multarum gentium ex diuīsis locis uno tempore confuebant, quoniam omnibus par esse

4. Insidii Eurydices.] Interfetus à Ptolemy Alorite, qui post eum regnauit annos tres. Diodorus, 15. 77. mendose habet ēm τραχεία legendum enim ēm τρία. Eum deinde interemit Perdicca: cui, cum aduersus Illyricos cecidisset, successit Philippus, cum adhuc Thebis esset, ut Diodorus. Iustinus enim, quem

sequitur Orosius, 3. 12. triennium tantum obsidem fuisse scribit, accurate hæc Gemistus. Beng.

7. Scelerum. ] Sebis à sceleris: 10. Compulsus à populo] Philippo defertur imperium. Οὐαμπάς ἐν πέμπτῳ, οὐ, ἵγατος, δὲ Φίλιππος Μακεδόνας ιερούλευτος ut ait Historicus.

esse non poterat, dispensanda ratus; alia interposita pa-  
etione componit, alia redimit, facillimis quibusque ag-  
gressis, quorum victoria & militum trepidos animos fir-  
maret, & contemptum sibi hostium demeret. Primum  
illi cum Atheniensibus certamē fuit: quibus per insidias  
victis, metu belli grauioris, cum interficere omnes pos-  
set, incolumes sine pretio dimisit. Post hæc, bello in Il-  
lyrios translato, multa millia hostium cædit. Vibem  
nobilissimam Larissam capit. Hinc Tessaliam, non præ-  
dat cupiditate, sed quod exercitui suo robur Thessalo-  
rum equitum adiungere gestiebat, nihil minus quam  
bellum metuētem, improvisus expugnat: vnumque cor-  
pus equitum pedestriumque copiarum invicti exercitus  
fecit. Quibus rebus feliciter prouenientibus, Olympia-  
dem, Neoptolemi regis Molosorum filiam uxorem du-  
cit: conciliante nuprias fratre patruele, auctore virginis,

Artuba,

CAP. VI.4. Dispensanda] Supra,  
Not. ad 6.1.2.

5. Contemptum sibi &c.] Malim,  
contemptum sui hostibus demeret.  
Bong.

6. Cum Atheniensibus certamen] Diodorus, 16.2. Regem Macedo-  
niæ Argum facere volebat Athe-  
nienses, missio Mantia duce cum  
exercitu. Denictis Illyriis vide  
eundem sub anno secundo Phi-  
lippi. Bong.

7. Multa milia] Ultra septem  
mill. Diodorus 16.4. Bern.

Larissam caput &c.] Veteres La-  
risam. Larissas plures recentent,  
tib. 9. & 13. Strabo, & Stephanus  
de vrbibus: nullam que huic loco  
conueniat, nisi legas. Larissam in  
Tessalia: & ea lectio uno mss.  
coherbitur. habet is, Larissam  
hinc in Thessalam. Ceteri, Laris-  
sam caput sic in Thessalam. Glau-  
ceanus Lissum legit, que est vrbis  
Illyriæ. Ptolem. Stephan. Thessa-  
liam aggressus est Philippus: con-  
tra tyrannos vocatus. Diodorus,  
26.14. Bong.

Larissam] Λαρίσα, Ptolemy, &  
Pautaniæ, Macedoniz vrbis, ad ni-  
num Peilsgicum Larissam. Stepha-  
no est juxta Oissam, alia ab eo que  
ad Peneum. Atque hæc tres sunt,  
quas in una Thessalia numerat.  
Orsel.

10. Neoptolemi] Euracha habet  
Orosius, 3.12. Bern.

Molosorum] Μολόσων, inter E-  
piri populos numerantur à Plu-  
nio Vicini Cassiopzis videntur  
apud Plutarchum in Quæstionib.  
Græcis: vbi Aenianes primi  
habitabant. Livius. 45. Molosidiæ  
regionis meminit. Iando si hæc  
hodie vocatur, nisi fallat Pinetus.  
Molossam hanc nominat Stephanus;  
simplicis: geminato vero  
Euripides in Andromache. Molossi  
funt Heraclidi in Politii. Mo-  
losi etiam in Thessalia, Victorino  
Grammatico, item Athenzo, 11.  
vbi Iolcon vrbem Molossia vici-  
nam facit. Orsel.

11. Fr. patr. auctore] Veteres au-  
tore: forte rutor. De hoc loco di-  
cam lib. 17.3.9. Bong.

Artuba,

Airuba, rege Molosorum: qui sororem Olympiadis Troadam in matrimonium habebat: quæ causa illi existit, malorumque omnium initium fuit. Nam, dum regni incrementa affinitate Philippi acquisiturum sperat, proprio regno ab eodem priuatus, in exilio confenuit. His ita gestis, Philippus, iam non contentus summuere bella, vltro etiam quietos lacescit. Cum Methonam urbem oppugnaret, in prætereuntem de muris sagitta iacta, dextrum oculum regis effudit. Quo vulnera nec segnior in bellum, nec iracundior aduersus hostes factus est: adeo ut interieatis diebus pacem deprecantibus dederit: nec moderatus tantum, verum etiam mitis aduersus viatos fuerit.

## LIBER

*Arruda, rege Molosorum]* Græcis promiscue appellatur, Αρύδα, & Αρύδη. Sepe enim inheretur τῷ μὲν Sybaris Symbaris, Thyrias Thymnias, Senones Semones, & sexcentia alia. Apud Frontinum male vocatur Harridas, pro Arubas aliqueties lib. 11. c. 5. Voss.

*Arruba]* Hunc infra, 8. 6. 4. Arwybam regem Epiri vocat auctor quomodo, Sulla & Sylla, Purribus, & Pyrrus, indifferenter dixerunt Bern.

*Omnium initium fuit]* Ita Fr. Modius in duobus Fuldeniis libris membranaceis absque villa littera scriptum ait: eaque lectio nona longe discedit à vestigiis aliorum mss. quos variantum libellus exhibet. Bongarsij & aliorum editiones omnium fuit Bern.

14. *Methonam]* Veteres Morham, Morhana Straboni lib. 8. aliter est Medwia. B. In prologo lib. 7. historiæ Trogi, Morbone est, atque ita Latinos huius urbis non menescisse, plane sibi constare dicit Salmas. ad Solin. 53. A. 2. quomodo quæ Græcis Νιόνωξ & Βερνίκη, Latinis Coregra & Beronica dicuntur. Bern.

*Methonam]* Verba Macedonia, in

Magnesia, auctoriis Thucydide, Strab, plinio, Stephano, & Solino: in Thessalia est Helychio. Sub Octavis montibus fuisse, docet Sennæcæ Troas. Suidas dicit, unam esse ex Halcyonis. (Halcionem urbem describit hoc tractu plinius.) In hiis obsidione philippus rex vioculus factus est. Circa Olymthum hoc factum, scribit plutarck. in parallelis minoribus. Orcel.

*Sagira jatta]* Ab Astre Olymthio, teste plutarcho parall. min. c. 8. & Solin. c. 8. Hunc versum inscriptum habuit sagitta;

Αἴτη Φρίππῳ Σαρδίσμον  
πίμπι φίλῳ.

*Asterleiale* Pinippo miscit spiculum. plutarck, in Alexandro, c. 3. tradit, ab oraculo Delphico, philippo nuntiatum, ideo ipsum amississe oculum alterum, quod cum rimæ ostii admouens, iouem Ammonem conspexisset, serpentis figura cum Olympiade vxore sua concubantem. Commemorabilis hic adulatio Clioophi, qui in Philippi gratiam, altero priuati oculo, ipse etiam alterum de suis oculum diligare voluit. Aelian. hist. animal. 9. 7. Athenæus, 6. 12. Bern.

## L I E E R V I I I .

## B R E V I A R I V M C A P I T U M .

- 1 Gracia clades sub Philippo Macedone. Thebani & Phocenses ciuilis bellis faces.
- 2 Thebani Philippum accersunt, quis Phocenses oppri- mit. Athenienses saluti publice pro virili consulunt.
- 3 Contra, Philippus Graciam lacerat, Cappadociam Macedoniam adiungit. Olynthios deler. Latroci- nium exercet variis modis.
- 4 Atheniensibus, Thessalibus, Bœotis & Phocensibus calli- de imponit.
- 5 Phocenses ad deditioinem, & reliquos Gracos cogit ad ieruile obsequium.
- 6 Monarchiam cum summa iniustitia constituit.

## C A P . I .

 Ræciae ciuitates, dum imperare singulæ cu-  
piant, imperium omnes perdiderunt: quippe  
in mutuum exitiū sine modo ruentes, omni-  
bu. perire quod singulæ amitterent, non nisi  
oppressæ

L I B . V I I I . Iustini omnium opti-  
mus & cattigatissimus. Freinsh.  
C A P . I . 2 . In murum exirem] De hac ciuili Græcorum discordia Callisthenes apud plutarchum in Alexand.c.95.

E v 3 rai dixotaria xxi 3  
πολικας τημορε τημεν.  
At per disfidum rai pejimus  
est in honore:

Cum diceret, illam philippo mag-  
nitudinis & potentie occasionem  
& causam extitisse. Bmg.

Omnibus perire quod iurata di-  
stinctio, & quid, pro quod posi-  
tum, fecit, vi nunc locum (planum  
vt que, modo syntaxin attendas)  
infelicitatio et viri magni ten-

tarent. Nam quod pridem Grue-  
rus, suspicion. 2. 12, monuit, hoc  
dicit auctor, Græcia ciuitates non  
ante persicile, omnes amittere  
quod singularis peribat, quam cum  
jam oppressæ essent. Bern. Idem  
de Britanis Tacitus affirmat in  
Agric.c.12. In commune non consu-  
luntur: ratus duali in tribus ciuita-  
ribus ad propulsandum commune  
periculum conuenientia dum singu-  
li pugnant, uniusq; vincuntur.  
Hinc monitum Hermocratis ad  
Siculos suos apud Thucyd. 4. 12.  
31. Alienigena arma nobis inten-  
tantes, uniusq; si sane mentis  
sumus, communis consensu pro-  
pulsabimus, quippe dum singuli  
clatibus

oppressæ senserunt. Siquidem Philippus rex Macedoniarum, velut è specula quadam, libertati omnium insidians, dum contentiones ciuitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter viatoresque subire regiam seruitutem coegerit, Causa & origo huius mali Thebani fuere: qui, cum retum potirentur, secundam fortunam imbecillo animo ferentes, victos armis Lacedæmonios & Phocenses, quasi parva supplicia cædibus & rapinis luiscent, apud commune Græciae concilium superbe accusa-

uerunt.

cladibus efficiuntur, uniuersi in periculo sumi. Adde Nostrum,

*infra, 15. 2. 15. Bern.*

3. Auxilium infer.] Ita supra,  
5. 2. 12. & Philippus II. I. apud  
Tutium, 19. 23. 11.

4. Thebani ] Hoc est initium belli Sacri seu Phocici, quod in annum nonum durauit, Diòdorus, 16. v. 23. sub anno sexto Philippi, decennium durasse scribit paulanias in Boæotia. Vide & Gemist. B. Initium eius incidit in Olympiadis centesima quintæ anaum quartum Bern.

Secundam forr.] Thucyd. 3. 6. 25. Prope facilium esse dixerim propulsare aduersa, quam turari, secunda. Tacit. hist. 1. 15. 7. Secunda rei acrioribus stimulu animum explorare; quia miseria tolerantur: felicitate corrumpimur. Quid, de arte, 2. 43. 8.

Non facile est equâ comoda mente pati.  
Adde Sallust. Catil. 10. 2. Senec.

*Epist. 51. 8. Bern.*

Græcia concilium] Amphictyonum. Diòdor. 16. 60. & 61. paulanias rhociæ. Aelianus, 12. Bong.

Commune Græcia concilium] Amphictyonicum scilicet. phocis regionum Græciae quodammodo media, & in ea Delphi vrbs clarissima ob religionem, cum templo ditissimo & magnificentissimo: in cuius adyto Apollo Pythius oracula reddebat, experta non solum toti Græcia, sed multis quo-

que regionibus & regibus exterris. ibi locata sedes concilij huius amplissimi: cuius leopus præcipuus fuit, ut esset supremum gentis Græciæ tribunal ad iudicandas & definiendas lites publicas. ad hoc igitur ex instituto grauiores causæ inter ciuitates & populos controvenerit deterebantur, & qui ius suum à viciniis aut aliis coniequi non poterant, hos iudices delatos rite citabant, in comparentes & auditos & conuictos, itemque in contumaces ac non comparentes, sententias ferebant, easque ipsi, si iis non pareretur, exequenterbantur; aut si id per se facere nō poterant, executione aliis, qui poterant, demandabant, horumque auxilium implorabant. Tantæ vero auctoritatis hoc tribunal erat, vt raro, sententiæ ab eo latè, irritè transmitterentur, aut contra nō parentes executione destituerentur, sepe etiâ grauium armorum vi, & concusione multorum populorū, iudicata fine suū consequerentur: Coibat hoc concilium iudicū quotannis bis, initio veris & autumni, tēporibus scilicet statis: extra ordinem etiam, quoties res poliebat. Mittebant istuc populi, qui id ius habebant, assessores iusos e medio sui à se designatos, binos aut ternos, pro cuiusque potentia aut magnitudine, nonnulli etiam singulos tantù: quos Pythagoras quoque vulgo seculo tarentis Græciz nuncupabant, propterea, quod ad

verunt. Lacedæmoniis criminis datum, quod arcem Thebanam, induciarum tempore, occupassent: Phocensibus, quod Bœotiam depopulati essent: prorsus quasi post arma & bellum, locum legibus reliquissent. Cum iudicium arbitrio victorum exerceceretur, tanta pecunia dabantur, quanta exsolui non posset. Igitur Phocenses, cum agris, liberis, coniugibusque priuarentur, despatatis rebus, Philomelo quodam duce, velut deo Irascentes, templum ipsum Apollinis Delphis occupauere. Inde auro, & pecunia diuites, conducto mercenario militite, bellum Thebanis intulerunt. Factum Phocensium, tametsi omnes execrarentur propter sacrilegium, plus tamen inuidiae Thebanis, à quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, quam ipsis intulit. Itaque auxilia his, & ab Atheniensibus, & a Lacedæmoniis, missa. Prima igitur congressione Philomelus Thebanos castiis exuit. Sequenti pælio primus inter confitissimos dimicans cecidit, & sacrilegij pœnas impio sanguine luit. In huius locum dux Onomarchus creatus.

C A P. II. Aduersus quem Thebani Thessalique, non ex ciubus suis, ne viatores potentiam ferre non possent; sed Philippam Macedoniarum regem, ducem eligunt: & externæ dominationi, quam in his tñ muerunt, sponte succedunt. Igitur Philippus, quasi sacrilegij, non Thebano

ad Pyras, quæ Delphis erant iuxta Apollinis sanum, conueniebant, & tribunal suum exercabant. Vbbo Emm.

6. Legibus] C. Marij dictum, se præ armorum strepitū leges evaudire non posse. Plutarch, apophthegm. Rom. c. 29. Et Cæsar: Non idem armorum ac legum est tempus. Idem in Cæs. c. 53. Bern.

8. Philomelos quodam duce] Apud Polyænum, lib. 5. male appellatur φιλομέλος, pro φιλομητός.

Templum] Fuit hoc longe locum plerumque statuis auris insin-

tisque donariis referrum.

13. Dimicans cecidit] Diiodorus, 16. 31. & Pausanias Phocicus, in iuga precipitem se & rupe dedidit referunt. Beng.

14. Onomarchus] Ira Græci, in Vett. est Oenomarus? aut Oenomarus, ut in Orofio ms. B. Sichaeus, Oenomarus ad oram libri aptauit.

CAP. II. 2. Externæ dom. ] Ia discordia ciuili, pars qua domesti co circamane inferior est, exercitæ potius se applicat, quam en. cedit. Lilius, 34. 48. 11.

Thebanorū vltor esset, omnes milites coronas laureas sumere jubet, atque ita, veluti deo duce, in p̄c̄lum pergit. Phocenses, insignibus dei conspectis, conscientia delictorum territi, abjectis armis fugam capessunt, p̄nasque violatæ religionis, sanguine & cædibus suis pendunt. Incredibile quantum ea res apud omnes nationes Philippo gloriæ dedit. *Illum vindicem sacrilegij, illum vltorem religionum: quod orbis viribus expari debuit, solum qui præcula exigeret extitisse dignū.*

Itaque diis proximus habetur, per quem deorum majestas vindicata sit. Sed Athenienses, auditō belli euentu, ne in Græciam Philippus transiret, angustias Thermopylarum, pari ratione sicuti antea aduenientibus Persis, occupauere: sed nequaquam simili aut virtute, aut causa: siquidem tunc pro libertate Greciæ, nunc pro sacrilegio publico: tunc à rapina hostium templo vindicaturi, nunc aduersus vindices, templorum raptores defensuri: aguntque propugnatores sceleris, cuius turpe erat alios vindices fuisse: immemores prorsus, quod in dubiis rebus suis, illo deo etiam consiliorum auctore vñ fuerant: quod illo duce tot bella victores inierant: tot vibes auspicio condiderant: tantum imperium terra marique quæsierant: quod nihil sine maiestate numinis eius aut priuatæ vñquam, aut publicæ rei gesserant. Tantum facinus admisisse ingenia omni doctrina exculta, pulcherrimis legibus institutisque formata, ut quid posthac succencere iure Barbaris possent, non haberent.

## C A P. III.

4. *Insignibus dei*] Quia laurus Apollini sacra, Plin. 12. 1. pr. Ouid. Metam. 1. fab. 14. &c. Bern.

tare fuit abusus, omnino videndi, Thuanus lib. 1. Guicciardin. lib. 12. Machiauelli Princeps cap. 21.

6. *Vltorem religioni*] De magno quodam Principe, qui colore Religionis, quam omnibus actionibus suis semper prætexebat, ad ambitionem & inxplebilem propagandi imperij cupiditatem, mira, & huic Philippicæ, simillima callidi-

8. *Angustias Thermopyl.*] Ad quas occupandas Philippus contendebat. Diodor. Bern.

*Sicuri antea*] Supra, 2. 11. 2.

11. *Illo deo*] Apolline, cuius oracula consuluerunt, supra, 2. 12. 13. Bern.

## C A P. III.

CAP. III. Sed nec Philippus melioris fidei aduersus socios fuit: quippe veluti timens, ne ab hostibus sacrilegij scelere visceretur, ciuitates quarū paulo ante dux fuerat, quæ sub auspiciis eius militauerāt, quæ gratulatae illi sibique victoriam fuerāt, hostiliter occupatas diripuit: coniuges liberosque omnium sub corona vendidit: non deorum immortalium templis, non aedibus sacris, non diis penatibus publicis priuatisque, ad quos paulo ante ingressus hospitaliter fuerat, percepit: prorsus ut non tam sacrilegii vitor extitisse, quā sacrilegiorum licentiam quæsse videretur. Inde, veluti rebus egregie gestis, in Cappadociam traicit: ubi bello pari perfidia gesto, captisque per dolū & occisis finiti mis regibus, viuversam prouinciam imperio Macedonię adiungit. Deinde ad abolendam inuidiæ famam, qua insignis præter ceteros tūc temporis habebatur, per regna mittit, & opulentissimas ciuitates, qui opinionem fererent, regem Philippum magna pecunia locare, & muros per ciuitates, & fana, & templa facienda; & ut per præcones susceptores sollicitaret. Qui cum in Macedonia,

CAP. I. Sed nec Philippus] vide philippi scelera, quem egregie suis coloribus, depingit Demosthenes, Olynthiaca 2.

2. Ciuitates] Vide supra, 4. 3. 5.

3. Sub corona] Festus Sub corona venire dicuntur, quia captivi coronati solent venire. Idem tradit Agellius lib. 7. cap. 4.

4. Diis penatibus] De penatibus varia fuit Gentium opinio juxta Araobium. Varro enim esse eos deos censet, qui sunt introrsus arque in intimis penetralibus cœli, nec eorum numerum nec nomina sciri. Alij cum magnis diis confundunt, vide Martianum Capellam lib. 1. Macrob. Sat. lib. 3. cap. 4. Hyginus Sei. nautæ appellari afferit. Vnde Virgilius, patrios pe-

nates dixit. Sicut autem lares duplices, publici & priuatissimi & penates publici qui magui dij & dij patrii, & priuati vniuersique, crediti, vitez, spiritus, animæ, corporis autores.

6. In Cappadociam] Helleponi vrbes Micybernam & Toronem philippum anno XIII. occupasse refert. Diodorus 16. 54. Putau aliquando, legendum, Chalcidem, ex eodem Diodoro, 16. 5. Bong.

7. Inuidiæ famam] Aut perfidie famam, aut inuidiam famam scribendum, iudicio Freiashemii. Sic inuidiam obrectationis dixit auctor prafat. n. 6. Bern.

8. Susceptores] Qui & redemptores, & in l. vn. C. de monop. ergolabi dicuntur. Magistri comacini

cedoniam venisset, variis dilationibus frustrati, vim regiae maiestatis timentes, taciti proficisciabantur. Post hæc Olynthios aggreditur: receperant enim per misericordiam, post cædem vnius, duos fratres eius, quos Philippus ex nouerca genitos, veluti participes regni, interficere gestiebat. Ob hanc igitur causam vihem antiquam & nobilem exscindit, & fratres olim destinato suppicio tradit: prædaque ingenti pariter & parricidij 12 voto fruitur. Inde, quasi omnia, quæ agitasset animo, elicerent, auraria in Thessalia, argenti metalla in Thracia, occupat. Et, ne quod ius vel fas inuiolatum prætermitteret, piraticam quoque exercere instituit. His ita gestis, forte evenit, ut cum fratres duo, reges Thraciarum, non contemplatione iustitiae eius, sed iniucem metuentes, ne alterius viribus accederet, disceptationum suarum 15 iudicem eligerent. Sed Philippus, more ingenij sui, ad iudicium, veluti ad bellum, inopinatus fratribus, in-

finiebat.

esse videntur in legibus Longobardicis. Bern.

Suscepores] Proprietati sunt qui annonis & tributis ærarum recipiendis præpositi sunt. Vide tit. Cod. de susceptor. lib. 10.

10. Post hæc Olynthios] Præter Diodorum, 16. 54. vide Demosthenis Olynthiacas, & Libanii argumenta. Bong.

Olynthios] Olyathum Phillipus per præditionem, corruptis verbis principibus, cepit. Ferunt, dicere solitum, nullam verbum tam esse munitam, quin si in eam asinus auro onustus ingredi possit expugnari queat.

11. Nobilem exscindit] Non quidem vi captam, sed venditam & proditam sibi à Lasthene & Euthyrate. Diodor. 16. 54. Vnde Callidus empor Olynthi, Philippus dictus Iuuenali. 12. 47. Vide Seruum ad illa Virgilij, 6. 62.

Vendiatur hic auro patrum, domumque parentem

Imposuit. —————

11. Quasi omnia &c.] Vienn. editio Camertis, quasi qua agitasset, omnia.

Auraria in Tessell.] Circa Pydnam fuisse aurifodinas, auctor est Diodorus, 16. 8. è quibus Philippus annua talenta mille colligebat. De iis & Gemisthus. B. Ceterum confirmat Modius, esse in suis myri. auri in Tessell. vt sequenti respondeat, argenti. me quidem judice, rectius. Quanquam auraria metalla dixit & Plinius 37. 12 et. Bern.

14. Duo reges] Cotys Thraciæ rex, filios tres Berisadem, Amadocum, & Cerobleptem reliquit. Berisades mature obiit. Viæetur igitur Iustianus de duobus illis loqui. Vide Demosth. in Aristocratem. Diodorus sub anno quinto refert, Philippum reges Thraciarum, Illyricum, & Paoniae, imperatos oppresisse: & de Ceroblepte sub anno viii. & xviii. Bong.

15. Non

structo exercitu superuenit: & regno vt. umque, non iudicis more, sed fraude latronis ac scelere, spoliauit.

C A P. IV. Dum hæc aguntur, legati Atheniensium, 1 petentes pacem, ad eum venerunt. Quibus auditis, & 2 ipse legatos Athenas cum pacis conditionibus misit: ibique ex commodo utrumque pax facta. Ex ceteris 3 quoque Græciæ ciuitatibus, non pacis amore, sed belli metu, legationes venere. Siquidem, ciudescente ira, 4 Thessali, Bœotique orant, vt professum aduersum Phocenses ducem Græciæ exhibeat: tanto odio Phocensiū 5 ardentes, vt, oblii clodium suarum, petire ipsi, quam non perdere eos preoptarent; expertamque Philippi etudelitatem pati, quam parcere hostibus suis mallerent. Contra Phocensium legati, adhibitis Lacedæmoniis & 6 Atheniensibus, bellum deprecabantur, cuius ab eo dilationem ter iam emerant. Fœlum prossus miserandum 7 que spectaculum, Græciam etiam nunc, & viribus, & dignitate, orbis terrarum principem, regum certe gentiumque semper victricem, & multarum adhuc vibium dominam, alienis excubare sedibus, aut rogantem bellum, aut deprecantem: in alterius ope omnem spem posuisse orbis terrarum vindices; eoque discordia sua ciuilibusque bellis redactos, vt adulentur vitro sordidam paulo

25. Non iudicis more &c. ] Philip-  
pus in diuinenda lite similis leoai  
desopico in partiēda præda. Qua-  
druplatorem & inreceptorem liri  
aliena vocat Linius, 3.7.6. Vbi si-  
mile populi Rom. de Aticinorum  
Ardeatimumque controuersiis fini-  
bus judicium. Bern.

Spoliauit ] Etiam vita spoliatos  
Orosius scribit.

C A P. IV. 1. Legati ] Lega-  
tio hæc Atheniensium ad Philip-  
pum pro pace petenda, dr. qua  
Demosthenes in oratione <sup>ad</sup> 25.  
<sup>et</sup> 26.

2. Pax facta] De qua passim in  
orationibus Demosthenes. Bong.

4. Thessali Bœotique] Anno Phi-  
lippi xiv. vide Diodorum lib. 16.  
qui hæc latius persequitur. Bon-  
gars.

7. Et nunc ] Sebis, etiam tunc.  
Naus de Græcia, Iustini quidem  
xuo, ista prædicari non possunt.  
Cicerio jam tunc suo tempore Græ-  
cos diurnaria seruitur ad nimiam  
affectionem eruditos ait, ad Quintum  
frat. epist. 1. lib. 1. Nisi forte  
nunc eandem hic vim habet quam  
tunc: vt etiam infra. num. 9. Bern.

8. Ut adulenteur ] Modius suos  
mis, plane antiquarios hic habere  
scribit: ut adulent vitro sordida  
p. a. c. f. parti. Sic Lucretius lib. 3.

9 paulo arte clientelæ suæ partem: & hæc potissimum facere Thebanos Lacedæmoniosque , antea inter se imperij, nunc Græciæ imperantis æmulos. Philippus, venditatione gloriæ suæ, tatarum vibium fastidium agitat;

11 atque utros potius dignetur, estimat. Secreto igitur auditis utrisque legationibus, his veniam belli pollicetur, iureiurando adactis, responsum nemini prodituros: illis contra, venturum se, auxiliumque latuum. Utrosque

12 vetat parare bellum, aut metuere. Sic variato responso securis omnibus, Thebæ mopylarum angustias occupat.

1 CAP. V. Tunc primum Phocenses, captos se fiaude Philippi animaduertentes, trepidi ad arma confugiunt.

2 Sed neque spatum erat instruendi belli, nec tempus ad contrahenda auxilia : & Philippus excidium minatur,

3 utbatur, ni fieret deditio. Victi igitur necessitate, pacta

4 salute se dediderunt. Sed pactio eius fidei fuit, cuius

5 antea fuerat deprecati belli promissio. Igitur cæduntur

6 passim rapiunturque ; non liberi parentibus, non coniuges maritis, non deorum simulacra templis suis relinquentur. Vnum tantum miseris solatium fuit, quod,

7 cum Philippus portione prædæ socios fraudasset, nihil rerum suarum apud inimicos viderunt. Reuersus in regnum, ut pecora pastores nunc in hibernos, nunc in æstuos saltus traiiciunt, sic ille populos & urbes, ut illi

vel

gannitu vocis adulans. Ausonius  
gratiar. act. ad Gratianum : centuriæ non adulans.

9. Antea inter se imperij, n. Gr.  
imp. ] Latet hic ὅπιλος aliquod  
vicesculum, alio indigens Aesculapio. Hispanicus interpres cauto si-  
leutio transmisit Bern.

10. Fastidium ] impressi, fastigiū :  
recte; nam hoc confirmant sequen-  
tia: utros potius dignetur, estimat:  
it in illud tatarum. Vide Freins-  
hemii Indicem in agrare.

CAP. V. 3. Pacta salute se ded.]

Ita huic decennali bello impositus  
est finis. Diodorus, 16. 60. Pausa-  
nias Phocicis, anno quarto Olympi-  
adiis centesimæ octauæ, quo an-  
no Demosthenes orationem de  
falsa legatione scripsit, sed non  
habuit: in qua suadet, ut Atheni-  
enses pariantur, Philippum victo-  
rem locum Phocensem occupare  
in conuentu Amphycitionico. id  
quod euenit. C.

7. Vi pecora past. ] Hac similitudi-  
ne vtitur & Florus, 3. 19. 4.

vel replenda, vel derelinquenda quæque loca videbantur, ad libidinem suam transfert. Miseranda vbiique facies & excidio similis erat: Non quidē paucorū ille hostilis, nec discutitus per vibem militū erat: non tumultus armorum: non bonorum atque hominum rapina: sed tacitus mœror & luctus, verētibus ne ipsæ lacrymæ pro contumacia haberentur. Crescit dissimulatione ipsa dolor: hoc altius demissus, quo minus profiteri licet. Nunc sepulera maiorum, nunc veteres penates, nunc tecta, in quibus geniti erant, in quibusque genuerant, considerabant: miserantes nunc vicem suam, quod in eam diem vixissent: nunc filiorum, quod non post eam diem nati essent.

C A P. VI. Alios populos in finib[us] ip[s]is, hostibus opponit: alios in extremis [regai terminis] statuit: quosdam bello captos in supplementis virium diuidit. Atque ita ex multis gentibus nationibusque vnum regnum populūmque constituit. Compositis ordinatisque Macedoniæ rebus, Dardanos, ceterosque finitos, fraude captos, expugnat. Sed nec à proximis manus absinet.

*Transfert.]* Ad subtrahendam scilicet rebellionis materiam. Idem de Philippo III. Liuinus, 40. 3. 2. affirmit: de Hellene eiusque liberis Thucydides, 1. 1. 13. de Romanis Tacitus annal. 4. 46. 4. & 12. 39. 5. de Carolo magno Cranzius lib. 2. Saxon. c. 4. Adde Lips. Admirand. 1. 7. & eruditas Chr. Forstneri ad Tacit. Notas, pag. 324. vbi plura traitionis & quasi transplantationis populorum exempla. Bern.

9. *Hostiliū]* Locus hic ex Liuio, 1. 29. expressus, & partim αὐτοὶ σχεῖ descriptus, vbi de Albanis Romanam traductis. Similem imaginem in re simili proponit Ammianus, 25. 30. fin. Bern.

10. *Veneribus]* Sebū, venerium. *Ne ipsa lacr.]* Nulla stendi maior est causa, quam stiere non posse. Se-

nec lib. 4. controu. 1.

11. *Crescit dissimul.]* Velleius, 2. 130. 8. de Tiberio: Alstruso quid miserrimum est, peccatum ciuius flagravit incendio.

C A P. VI. 1. *In supplementis]* Forte, in supplementa Freinsheim.

3. *Dardanos]* Dardania Orosio, Ptolemæo, & aliis, Europa regio: *Mysia* mediterranea vocatur in Codice. quæ à Vnigliq. Lazio Boffen appellatur. Illyriæ pars, teste Aeliano in Variis, & Nicolao, apud Stobæum: qui scribit, hos tantum ter in vita lauare: cum nascuntur, in nuptiis, & in funere. *Dardanos* Seruianam & Rasciam habita esse, scribit Cuspinianus, & Volterraanus. *Espelias*, & *Paxoi*, habebat Sophianus. Orcel.

tinet. Siquidem Arrybam, regem Epiri, vxori sue Olympiadi aeterrima cognitione junctum, pellere regno statuit; atque Alexandrum, priuignum eius, vxoris Olympiadis fratrem, puerum honestae pulchritudinis, in Macedonia nomine sororis arcensit, omnique studio solicitatum spe regni, simulato amore ad stupri consuetudinem perpulit, maiora in eo obsequia habiturus, siue conscientiae pudore, siue regni beneficio. Cum igitur ad viginti annos peruenisset, erectum Arrybe regnum. puto admodum tradit, scelestus in utroque. Nam nec in eo ius cognationis seruavit, cui ademit regnum; & cum, cui dedit, impudicum fecit antequam regem.

5. *Alexandrum priuignum*] Quomodo Arrybe priuignum sit Alexander, non video. Lege quæ notauit ad lib. 17. 3. 9. & Diodororum sub anno xix. Bong. Olympiadis, vxoris Philippi, fratrem vocat Orosius, 3. 14. Bern.

7. *Regnum tradit*] In mercedem

perpeccari stupri. Orosius ib. Bern.

*In utroque*] Rectius, *in utrumque* Seb.

8. *Impudicum*] Pathicum, mulierie pasum. Tacit. annal. 11. 36. mulier, verbo d. Pauli Corinth. 1. 6. 10. Vide Sueton. in Vespas. cap. 13. 3.

## L I B E R I X.

### B R E V I A R I V M C A P I T V M

1. *Philippus cogitat de Gracia subiuganda; ideo Byzantissim, sed frustra, obfides.*
2. *A Scytharum rege variis modis deluditur, unde pragna, & prada abducta.*
3. *Triballus Philippum præda soliant. Athenienses & Thebanos Philippus prælio atterit.*
4. *Victoria moderate utitur: sicut in Thebanos, qui fortiter se gerunt.*
5. *Greciam pacare studet, ut Persas bello adoriantur.*
6. *Pausanias Philippum obruncat, ultionem ab iniquo iudice exigens.*
7. *Philippus, Olympiade & Alexandro concitis, interficitur.*

8. *Philippi*

3. *Philippi elogium, eiusdemque cum Alexandro filio  
& successore comparatio.*

## C A P . I.

**N** Græciā philippus cum venisset, solicita- 1  
tus paucarum ciuitatum direptione; & ex  
præda modicarū vrbium, quantæ opes uni-  
uersitatem essent, animo prospiciens; bellum  
toti Græciæ inferre statuit. Ad cuius emolumentum. 2  
egregie pertinere ratus, si Byzantium, nobilem & mari-  
timam vrbem, receptaculum terra marique copiis suis  
futuram, in potestatem redigisset, eamdem, claudentem  
sibi portas, obsidione cinxit. Hæc namque vrbis condi- 3  
ta primo à Pausania, rege Spartanoru[m], & per VII. an-  
nos.

CAP. I. 2. *Emolumentum*] Ian.  
Palmerius, spicil. fol. 220, hic repon-  
endum censet, *molumentum*. Ve-  
rum contra libros nil mutandum  
hic.

*Byzantium*] Id tentauit Philip-  
pus, quod Perinthiis, quos obse-  
sos tenebat, Byzantini auxilia mi-  
sissent. Cum ergo arbitraretur, op-  
timos quoisque Perinthum missos,  
cum parte copiarum ipse subito  
Byzantium inviasit. Diòdorus, 16.  
77. De Byzantij appellatione vide  
Eustathium in Dionys. & Stephanum de vrbibus. Ante Lygos di-  
ctum, Plin. 4. 11. Cassiodorus in  
Chron. Tulli Hostiliij temporibus  
conditum scribit. Vide & Tac. An-  
nal. 12. 63. Eong.

*Receptaculum*] Ita supra, 2. 15.  
3. Græcis apposite dicitur ὑπερ-  
πότερον, qua voce Diodorus, 20. 105.  
& alijs vtuntur. *Vrbem caput belli*  
vocat Florus, 1. 10. 40. Bern.

*Obsidione cinxit*] Ad opem By-  
zantii ferendam Demosthenes  
hortatus Athenienses oratione  
Philippica Quarta. Bern.

3. *Namque*] Delendum. Sebil.

*A Pausania*] Byzantium condi-  
tum fuisse Stephanus atque Eusta-  
thius in memoriz prodiderunt à By-  
zante, Ceroëss & Neptuni filio;   
vel ab eo, qui classis Megarenium,  
coloniam deducentium, dux fuit,  
nominatus B. Z. Ego hunc etiam  
Byzanta appellatum arbitror: nam  
à Byze, Byzeum, potius quam By-  
zantium dicere mus. Philostratus,  
in vita Marci, Sophista Byzantini,  
ducem illum classis Megaricæ no-  
minat Byzanta, cum scribit, Mars  
cum, quod referret originem sui  
generis ad antiquum Byzanta,  
profectum Megaram, carum habi-  
tum fuisse Megarenibus coloniz.  
Byzantius deductoribus - quibus  
Pythium, Apollinem, consulenti-  
bus, vbi condensat vrbem, redditū  
oraculum est, quererent sedē, Ce-  
corum terris aduersam. Ea ambage  
Chalcedones monstrabantur, quod  
priores aduecti illuc, præuisa loco-  
rū, utilitate, peiora legissent. Quod  
aurem hic apud Iustinum scriptum  
est, à Pausania Spartanò Byzantij  
conditum, ita intelligendum exi-  
gitur, ut qui Sycam, quæ hodie ver-

nos possessa fuit: denique variante victoria, nūc Lacedemoniorum, nūc Atheniensū juris habita est. Quę  
 incerta posseſſio effecit, vt, nemine quasi ſuam auxiliis  
 juuante, libertatem constantius tueretur. Igitur Philip-  
 pus, longa obſidionis mora exhaustus, pecuniæ cōmer-  
 cium de piratica mutuatur. Captis itaque centum ſe-  
 ptuaginta nauibus, mercibusque distractis anhelantem  
 inopiam paululum recreauit. Deinde, ne vnius r̄ibis  
 oppugnatione tantus exercitus tereretur, profectus cum  
 fortissimis, multas Chersonesum r̄ibes expugnat. Fi-

liumque

eam Galatā, à Genuenib⁹ conditam effe afferunt, & Constantino-  
 polim à Constantino, qui aut rea-  
 diſſicarunt, aut amplificarunt, non  
 autē primi ædificarunt: nā cum ex  
 Herodot. irelliā, Dario iauadēre  
 Thraciam, Byzatiōs & Chalcedo-  
 nios ne expectasse quidem aduen-  
 tum Phoeniciæ clasis, relictis suis  
 r̄ibibus in interiora Euxini Ponti  
 discessisse, ibique Mesembriā con-  
 didisse; Phoenices autem Byzant-  
 ium, Chalcedonem combussisse:  
 arbitror Lacedemonios paſania  
 duce coloniam illuc deduxisse, &  
 Byzantium, ſive coloniam prius  
 Megarenium, ſive ſedem ciuium,  
 à Byzante, Neptuni filio, condi-  
 tam, restituisse. Eustathius dicit,  
 Antoniam appellatam fuſſe ab  
 Antonino Bassiano, Seueri Cæſaris  
 ſilio: ſed quamdiu pater vixit, id  
 aomen obtinuiffe, deinde multis  
 post annis nominata eſt Noua Ro-  
 ma, & Constantinopolis, & An-  
 thusa, quaſi Florentia, ſive Flora, à  
 magno Constantino, vnde Priscianus  
 appellarat Nouam Romam  
 Constantinopolitanam. *Gyllius.*

*Condita pr. a Paſania]* Conſentit Isidorus, *Origin. 15.1.* Alij non  
 conditam à Paſania, ſed ſolum  
 expugnatam tradūti: inter quos eſt  
 Thucydides, *1.15.29.* Aem. Probus  
 io rauſ. At Tacitus generatim an-  
 nal. *12.63.* *Byzantium in extrema*  
*Europa posuero Graci.* Ioan. Sa-  
 ñabericensis de misis Cutili. *1.5.*

*Spartanorum virtus conſtructa*  
*Byzantio clareſſebat. Claudianus.*  
 à Byzante quodam exſtructam  
 non obidere vult, in *Europium,*  
*2.43.*

----- *hoc Byz as Conſtantinus*  
 que videbunt?

Hac fere Lipsius *Nor. 149. ad Ta-*  
 cit. *12. annal. Bern.*

*Condita primo à Paſania]* paſania Byzantium condidit, ſi-  
 ue coloniam fecit Spartanorum.  
 Primo vero ab illo conditam eſſe,  
 vt inquit Iuſtinus, falſum eſt. Iam-  
 diu enim ante à Byzante exſtru-  
 etam, ſutoribus & tonforibus no-  
 tum. Deinceps condita à Megaren-  
 ib⁹ Olymp. *xxx.*, anno *II.* Inde à  
 Milesis deducta colonia. Tandem  
 à Paſania. Atticorum quoque  
 fuſſe coloniam, probat quidam  
 ex Ammiano, & Cornelio Nepote,  
 cuius verba ita legebat. *Alcibiades*,  
 vbi hoc audiuit, domum re-  
 verzi noluit, & ſe Perinthum con-  
 trulit, ibique tria castella commu-  
 niuit, bornos, Byzantium, Macron-  
 tices, cum vulgo legeretur, bornos,  
 Byzant, Theneonticos. Sed male.  
 Legendū enim, bornos, byzantēn,  
 Neontichos. *Buſtav* oppidulum  
 hoc loco rtolemeo; *Nor. Teix* Scylaci. *Voss.*

4. Nemine quaſi ſuam aux. ju-  
 uante] *Nemo ſuum dicere potest*,  
 quem pereuentem contempſit. I.  
 vnuſquisque. C. de infant. expos.  
 Adde Thucyd. *1.8.10.*

8. ad 9

liumque Alexandrum, decem & octo annos natum, ut, sub militia patris, tirocinij rudimenta deponeret, ad se arcessit. In Scythiam quoque prædandi causa profectus est, more negotiantium, impensas belli alio bello reflecturus.

CAP. II. Erat eo tempore rex Scythařu Atheas, qui cum bello Istrianorum premeretur, auxilium à Philippo per Apollonienses petit, in successionem eum regni Scythæ adoptaturus. Cum interim Istrianoru rex deceđes, & metu belli, & auxiliorum necessitate Scythes soluit. Itaque Atheas, remissis Macedonibus, renuntiari Philippo iubet, neque auxiliū eius se petisse; neque adoptionē mandasse. Nam neque vindicta Macedonū egere Scythes, quibus meliores forent: neque heredē sibi incolum filio deesse. His auditis Philippus legatos ad Athēā mittit, impēsae obsidionis portionē petentes, ne inopia deferere bellum cogatur. Quod eo promptius eum facere debere, quod missis à se in auxilium eius militibus, ne sumptum quidem vitæ, non modo officij pretia dederit Atheas.

8. *Alexandrum, decem & octo*  
Decem & sex annos natum fuisse  
Alexandrum, cum Byzantium op-  
pugnaret Philippus, scribit Plutar-  
chus in Alexandre. cap. 14. Bong.

Rudimenta depon. ] Ita 7.5.3.

CAP. II. 1. *Atheas*] Ita ē mss.  
vnus, & Orosius ms. 3.13. & Fron-  
tinus, 2.4. 2.0. Ceteri partim Me-  
theas partim Martheat, virtio li-  
brariorum, qui litteram m ex vo-  
cis Scythařum extremo addide-  
runt. Straboni. lib. 7. est A' téz, &  
Plutarcho in apophtheg. cap. 18. &  
de fort. Alexandre, orat. 2.2. B. Et  
tursus in comment. Non posse  
suauiter viui sec. Epicur. c. 29. vbi  
refestur, illum Scythařum regem  
jurasse, hinnitum equi, cantu præ-  
stantissimi tibicinis Ismeniæ, sibi  
punctiorem videri. Bern..

*Apolloniense*] Varix eius nomi-  
nis vrbes: hanc in Thracia Plinius  
posuisse videtur. Est aliqui &  
Macedonia oppidum.

2. *Rex deceđens*] Vett. rex rece-  
dens Vulgaram lectionem & se-  
querantia comprobant, & Orosius, 1-  
13. sequitur, Istrianorum rege mor-  
tuo, inquit, &c. Bong.

4. *Meliores*] Hoc est, fortiores.  
Horat. 1. od. 15. Tjāides melior pa-  
tre. Salust. histor. 1. 3. 31. Fortunæ  
meliores sequuntur. Et in Iugurth. 9.  
10. Oprumus quisque cadere, aut  
stunciari. Græci eodem modo suum  
ἀγάδος & κριθεῶν usurpant.

5. *Ne inopia def.*] Ita 5.2.10. & 6.  
2.14.

6. *Non modo*] Pro, non modo non.  
Vid. notam ad 2.1.6.

7 Atheas inclem tam coeli & terrae sterilitatem causa-  
tus, quæ non patrimoniis ditet Scythes, sed vix alimēta  
exhibeat, respondit, nullas sibi opes esse, quibus tantū re-  
8 gem expleat; & turpius putare, paruo defunge, quā totum  
9 abnuere: Scythes autē virtute animi, & duritia corporis,  
10 non opibus censeri. Quibus derisus Philippus, soluta ob-  
sidione Byzantij, Scythica bella aggreditur, præmissis  
legatis, quo securiores faceret, qui nuntient Athæ, dum  
11 Byzantium obſdet, vobisſe ſe statuam Herculī, ad quam  
in oſtio Iſtri ponendam ſe venire, pacatum accessum ad  
12 religionem dei petens, amicus ipſe Scythis venturus. Ille,  
ſi uoto fungi velle, statuam ſibi missi uibet; non modo ut  
ponatur, verum etiam ut inviolata maneat, pollicetur:  
13 Exercitum autem fines ingredi negat ſe paſſurum. Ac ſi  
14 inuitis Scythis statuam ponat; eo digreſſo ſublaturum,  
verſurū que as ſtatue in ucaleb ſagittarum. His utri-  
que irritatiſ animis, prælium committitur. Cum virtu-  
te & numero præſtarent Scytha, aſtu Philippi vincun-  
15 tur. Viginti millia puerorum ac feminarum capta, pe-  
coris magna viſ, auri argenteique nihil. Ea primum fides  
inopiae Scithicæ fuit. Viginti millia nobilium equarum  
ad genus faciendum in Macedoniam missa.

## C A P .

7. Alimenta exhibeantur] Exhibere, eſt alere & alimenta præſtare. In-  
fra, 11.10.9. & 22.1.3.1.1.5.1. ff. de  
offic. præf. vrb. I. Neſennius, 36. de  
negot. geſt. I. ſi quis à liberis, in  
princip. de liber. agnosc. Bong.

9. Non opibus censeri] Def. Hera-  
dus, ad Martiāl. 1. epigr. 62. notat,  
enī heic non vulgaria, ſed ele-  
gantiori ſignificatione accipi. Cen-  
ſebantur Romani ope ſua, ut ait  
ille, quibus facultates ſuppetebat:  
quibus contra nihil præter pau-  
pertatem inerat, capite cenſeban-  
tur. Vnde vox ad alia transfertur:  
ut Val. Max. 5.3. Ariftides, quo ro-  
tius Gracia iuſtitia cenſetur I.1. ff.  
de iuſt. & jur. Videmus cetera quo-  
que animalia iſtia iuru peritria  
censeri. Pulcrē Seneca de Beatiſ.

7.8. Quum animum ſapienciam in-  
ſuetum, potentem omnium, & per  
uniuersa dimiſſum, omnia illius  
eſſe dicimus: quum ad hoc juu quo-  
tidianum ſi ita res enlent, capite  
cenſebitur: hoc eſt, ſapiens ille, ce-  
cundum philofophos, rerum om-  
nium dōminus, ſi jus commune  
repſicimus, nihil in cenſum fortal-  
fe præter caput afferet, & inter  
Proletarios cenſebitur. Errant qui  
hunc locum aliter exponunt. Adde  
Tacit. Agric. 45.2. Noſtrum, infra,  
11.11.8. Bern.

14. Aſtu Philippi] Qui πάντας  
veterator, ex eo dictus à  
Demosthene, Olynth. I. princ.  
Bern.

16. Inopiae] Propter quām Abi-  
gitti Scythes: Biſi enim ut vitam,

C A P. III. Sed reuertenti ab Scythia, Triballi Philippo occurunt: negant se transitum datus, ni portionem accipiant præda. Hinc iurgium, & mox prælium; in quo ita in femore vulneratus est Philippus, ut per corpus eius equis interficeretur. Cū omnes occisū putarent, præda amissa est. Ita Scythica, velut deuota, spolia pene luctuosa Macedonibus fuere. Vbi vero ex vulnera primum conualuit, diu dissimulatum bellum Atheniēsibus infest: quorum causæ Thebani se iunxere, metuentes, ne, victis Atheniensibus, veluti vicinum, incendium belli ad se trāsferret. Facta igitur inter duas, paulo ante infestissimas, ciuitates societate, legationibus Græciam fatigant: Communem hostem putat communibus viribus summouendum: neque enim cessaturum Philippum, si prospere prima successerint, nisi omnem Græciam domuerit. Motæ quædam ciuitates Atheniensibus se iungunt: quasdam autem ad Philippum belli metus traxit. Prælio commisso, cum Athenienses longe maiore militum

Ita vi et faciliatatesque significat. Bern.

*Equarum]* His enim yti per bel-  
la S. ythæ malunt, quoniā vrinam  
curto non impedito reddunt. Plinius, 8. 42. 25. *Idem.*

*Ad genus faciendum]* Τοῦς  
χρέοις, (hoc est, geniture factus-  
que fuscipendi gratia) ut est in I.  
52. §. 20. ff. de furtis. Bern.

C A P. III. 1. Triballi] Τρί-  
βαλλοι, Mœsiæ Inferioris populi  
sunt; testibus Ptolemyo, Plinio,  
& Strabone, qui eos dicit ad insulam  
Danubij Peucen usque per-  
tingere. Τριβαλλοι, uno 2., male  
apud Polyxenum, de Scythis, lib. 7.  
Seruū dicuntur à Niceta. Sed Bul-  
garien à Laonomico, Sophiano, Lazio,  
Bonacciolo, & Barletio. Oret.

*Transitum]* Innoxius transitus  
iure gentium denegari nequit, qui  
iure humanæ societatis æquissimo  
patere debet. Quin & justum eo

nomine bellum indici posse. Scriptura testatur Num. xx. & xxI.

4. *Bellum Atheniensib.*] Anno  
xxii. Diodorus, 16. 85. Iunxerunt  
se Atheniensibus Thebani. Demosthenis eloquentia persuasi  
Diodor. 16. 86. Plutarchus in De-  
mosthene, c. 25. Gemistus lib. 2.  
Bong.

6. *Communem host.*] Thucyd. 6. 6.  
12. & 13. Belli pericula cum vicinis  
communia nobis sunt: & pro cerro  
habendum est, si nos vicini: negli-  
gant, exemplo, postquam nos con-  
flagraverimus, ad eosq; incendium  
trajecturum. Tacit. Agric. c. 29.  
Commune periculum concordia  
propulsandum. Bern.

z. *Prælio commisso]* Ad Chro-  
neam, urbem Bœotia, quo vicit  
Philippus, Græcia dominus evasit.  
Præter Diodorum, 16. 87. & Plu-  
tarachum in Alex. c. 14. ac Demost.  
c. 26. vide Strabonem, l. 9. Pausa-  
niam Achaicis & Bœoticis, Aelia-  
num,

tum numero præstarent, assiduis bellis indurata virtute  
 Macedonum viacuntur: non tamen immemores pri-  
 stinæ gloriæ cecidere: quippe aduersis vulneribus, om-  
 nes loca, quæ tuenda à ducibus acceperant, morientes  
 corporibus texerunt. Hic dies vniuersæ Græciæ & glo-  
 riam dominationis, & vetustissimam libertatem finiuit.

**CAP. IV.** Huius victoræ callide dissimulata læti-  
 tia est. Denique nō solita sacra Philippus illa die fecit:  
 non in conuiuio risit: non ludos inter epulas adhibuit:  
 non coronas aut vnguenta sumpfit; & quantum in illo

sum, var. 6.1. B. Hac clade coguita,  
 Isocrates inedia quadrigi se ipse  
 necauit, cum Athenas quartum ab  
 hoste occupatas adspicere se posse  
 negarer. Plutarch. in vitis Rhetor.  
 Bern.

*Bellu indurata viri.*] Ita de ea-  
 dem pugna Frontinus, 2.1.9. No-  
 fler, 6.4.13. & 7.2.6. Florus, 2.3.5.  
*Idem.*

*Aduersis vulneribus.*] Hinc  
 apparet, summa animi presentia  
 fuisse, neque terga vertere in ani-  
 mo habuisse. Sallust. Catil. 61.3. Lu-  
 can. 6.13.2.

**CAP. IV. 1. Dissimulata lariaria.**] Lege Aelianum, var. histor. 8.15. B.  
 Sic Epaminondas Leuctrica victo-  
 ria potitus, postridie processit  
 squalidus & humilis; quod dice-  
 ret, castigare se immoderatum ex  
 victoria gaudium. Plutarch. apo-  
 phtheg. c. 97. qui nec dissimilia de  
 Annibale in vita Marcelli, cap. 53.  
 refert. Præcipit hanc moderationem  
 Onofander, strateg. c. vlt. Bern.

*Dissimulata lariaria est.*] Obierua,  
 quod de oratoris Demadis incom-  
 mate in Philippum hic refert. Dio-  
 dorus.

*Coronæ.*] Coniuiales intellige, de  
 quibus Car. Paschallius, Coron. 2.3.  
 & passim. Scriptum est ab Aristote-  
 le & Aristotle Chio, veteres, ne ex  
 immodico potu capite dolerent,  
 tempora coronis vinxisse, roseis  
 potiliuum) quæ cephalalgia pro-  
 fuit. Vide Mizaldum, centuria 2.

fuit,  
 memorabilium, aphorismo 101.) >  
 quod Athenæ non probatur, qui  
 ekstimat, huius moris causam esse,  
 quod in capite omnes sensus con-  
 tineantur. Plutarchus vero in Sym-  
 pos. causam reddit, factum ad sig-  
 nificantandam bilarem ingenii liber-  
 tam, & sales ab omni morositate  
 alienos, proprios esse conuiuio-  
 rum. Ceterum non caput modo  
 aut pectora, sed collum etiam cor-  
 onari consueuisse didici ex Ste-  
 phani Nigri Musicio. Vtcbantur  
 coniuixæ vt plurimum triplici cor-  
 onarum genere; duobus rosaceis,  
 tertio myrteo; quod, Polychar-  
 mo teste, Naucratis vocabant.  
 alij quoque herbae coronarum  
 vnum præbabant, vt ex Anacreon-  
 te & aliis scriptoribus constat.  
 Belriu.

*Vnguenta.*] Antiqui coronati &  
 vnguentis delibuti coniuabantur.  
 Vnguenta, quia varie conficieban-  
 tur & diuersis morbis occurre-  
 bant, non iisdem locis applicaban-  
 tur. de metopio multa Hieron.  
 Mercurialis, lib. 2. variar. lection.  
 cap. 19. fuit hoc vnguentum Aegyp-  
 tiuum, sicut & Mendesium. vtroque  
 crura & pedes iungebantur; Phœ-  
 nicino, malæ & mammæ; serpylli-  
 no genua & collum; sisymbrino  
 alterum brachium; amaracino  
 supercilia & coma; amomo coma,  
 vt patet ex hoc loco Senecæ, &  
 ex aliorum testimoniis. Qui-  
 dius. 2.

*Spissaqua.*

fuit, ita vicit, ut victore nemo sentiret. Sed nec Regem se Græciæ, sed ducem appellari iussit. Atque ita inter tacitam latitudinem, & dolorem hostium temperauit, ut neque apud suos exultasse, neque apud viatos insultasse videretur. Atheniæbus, quos passus infestissimos fuerat, & captiuos gratis remisit, & bello consumtorum corpora sepulturæ reddidit reliquiasque funerum ut ad sepulchra maiorum deferrent, ultro hoitatus est. Super hæc Alexandrum filium cum amico Antipatro, qui pacem cum his amici tamque jangerent, Athenas misit. Thebanorum porro non solum captiuos, verum etiam intersectorum sepulturam vendidit. Principes ciuitatis alios securi percussit: alios in exilium redigunt, bonaque omnium occupauit: Pulsos deinde per iniuriam, in partiam restituunt: ex horum numero ccc exules, iudices rectoresque ciuitati dedit: apud quos cum potentissimi quique

*Spissaque de nitidis tergit amoma comu.*

Statius:

—nec pingui crinem deducere amom.

Præterea fuisse ynguentum hoc, non liquidum, ut Bernardinus spinatur, sed valde spissum, cum ex supra citato Ouidij versu, tum ex hoc Persij carmine, patet: *Compositus lesto, erasisque lucetus amom.*

Fuit autem maxime in pretio non Aegyptium illud, de quo Daniel Galetanus ad Senecam, qui inscite amomum cum metopio confundit, sed Assyrium, de quo Virgilius in Eclogis:

—*Affyrium vulgo nascerur amomum.* Delrius.

2. Sed nec regem se &c. Jista Sosthenes, infra 24.5.14. Factum id inuidiz minuenda causa. Quo fine etiam Imp. Augustus non regno, neque dictatura, sed Principi nomine constituit, tempub. Tacit. An gal. 1.2.12.

4. *Gratu] Sine villa redemptione. Bello consumpror.]* Hoc est, prælio sic (upra, 2.12.23). Inter primos duces bellum acerrime ciebat. Qui tamen accuratius loquuntur, ita distinguunt. Liuius 30.35.8. Non prælio modo, sed bello vicitus. Annibal. Tacit. Annal. 2. 88.5. Armatum præliu ambiguus, bello non vivet. Curtius 4.14.25. Bello vice-rimus, si vincimus prælio.

6. *Porro] Forte, vero, ut sit antithesis Athen.* Vide tamen infra, 14.3.7 & 44.4.22.

*Sepulturam vendidit] emendandus est Orosius, 3.14. ex ms. Mortuorum morees venditiones captiuitatesque viuorum, uniu regis fraus, ferocia, dominarus agitur. à ms. abest vox morres. mortuorum venditionem hanc intelligit. B. Vide sis adagium Erasini, à mortuo tribulum exigere. Bern.*

8. *Pulsos deinde per iniuriam]* Pulsos a ciuibus, in partiam restitutus, legit. Orosius.

qui que rei eius ipsius criminis postularentur, quod per iniuriam se in exilium egissent, huius constantia fuerunt ut omnes se auctores faterentur, meliusque cum republica actum, cum damnati essent, quam cum restituti, contenderent. Mira proorsus audacia: de judicibus vita necisque suæ, quemadmodum possunt, sententiam ferunt; contemnuntque absolutionem, quam dare inimici possunt: & quoniam rebus nequeunt vlcisci, verbis usurpant libertatem.

- 1 CAP. V. Compositis in Græcia rebus, Philippus omnium ciuitatum legatos ad formandum rerum præsentium statum euocari Corinthum iubet. Ibi pacis legem vniuersæ Græcie pro meritis singularū ciuitatum statuit; conciliumque omnium, veluti unum senatum, ex omnibus legit. Soli Lacedæmonij, & legem, & regem contempserunt; seruitutem non pacem rati, quæ non ipsis ciuitatibus conueniret, sed à victore fertetur.
- 2 Auxilia deinde singularum ciuitatum describuntur, siue adjuuandus ea manu rex oppugnante aliquo foret, seu duce illo bellum inferendum. Neque enim dubium erat,
- 3 imperium Persarum his apparatus peti. Summa auxiliorum ducenta millia peditum fuere, & equitum quin-
- 4 decim millia. Extra hanc summam & Macedoniae exercitus erat, & confinis domitarum gentium barbaries.
- 5 Initio veris tres duces in Asiam Persarum iuris præmittit,
- 6 Parmenionem, Amyntam, & Attalum, cuius sororem nuper

CAP. V.3. Et legem & regem] Bong. & regem & leges. Prætuli quod & veteres editiones habent, & in suis mss: extare confirmat Modius: cum sit nescio quomodo concinnior ea lectio, dixeritque præcedenti num 2. paci legem, non leges. Ber.

Quæ non ipsis ciuitatibus conueniret] Hoc est, de qua non inter ipsas ciuitatibus conueniret. Sichardus enim aliter haec accipere videtur; unde mox pro viatore legit, pro à viatore.

re non bene. Bern.

4 Duce illo] Erat enim declaratus: σεργίης αὐτορεπτωπή Ε'ν διαδοχ. Diodorus, 16. 90. Georgius Gemist. 2. Bong.

6 Summa auxiliorum] Filius Alexander cum multo paucioribus ad subuentendum imperium persicum est profectus, infra. 11. 6. 2. Bern.

9. Amyntam] Eius Gemistus nullam mentionem facit, neque Diodorus. B.

Cujus

nuper expulsa Alexandri matre Olympiade, proper stu-  
pri suspicionem, in matrimonium receperat.

C A P. VI. Interea, dum auxilia à Græcia coēunt, r  
nuptias Cleopatræ filiæ, & Alexandri, quem regem E-  
pîri fecerat, celebrat. Dies erat pro magnitudine duo-  
rum regum, & collocantis filiam, & uxorem ducentis,  
apparatus insignis. Sed nec ludorum magnificentia 3.  
decerat: ad quorum spectaculum Philippus dum sine eu-  
stodibūs, medius inter duos Alexandros, filium, gene-  
rumque, contenderet; Pausanias, nobilis ex Mæcedoni-  
bus adolescentis, nemini suspectus, occupatis angustiis, 4.  
Philippum in transitu obtuncat: diemque lætitiae desti-  
natum, fœdum luctu funeris facit. Hic Pausanias primis  
pubertatis annis stuprum per iniuriam passus ab Attalo  
fuerat: cuius indignitati hæc etiam fœditas accesserat:  
nam perductum in conuiuio solutumque meo, Atta- 5.  
lus,

*Cuius sororem] Attalum Cleopa-  
tra Sæior id est, attinendum au-  
patrum vocat Plutarchus in Ale-  
xandro, c. 15. Diodorus, 16. 94. &  
Gemistus ad. 4. id est, *<θελ-*  
*ης οἰον*, pro quo forte Iustinus  
aut Trogus apud Græcum aucto-  
rem legerat *άθελην*. Bong.*

*Cuius sororem nuper expulsa  
Olympiade] Iam ante repudiaret  
Olympiada, superinducta Meda,  
Cithæiz, Thracie regis, filia. Po-  
strema autem è septem Philippi  
coniugibus fuit hæc Cleopatra,  
Attali soror. Vide Athenzum lib.  
XIII. Voss.*

*Expulsa Olympiade] Eadem Cæ-  
sari vxoris repudiare causa; quod  
diceret, suostam suspicione, quam  
crimine carere oportere. Sueton. c.  
74. Multis illustribus dedecori fuit,  
aut inconsultius vxor assumpta,  
aut retena patiētus. ita fors clা-  
ros domestica destruebat infamia:  
Et ne maxim cives haberentur, hoc  
efficiebat, quod mariri minores  
erant. Plin. Panegyr. c. 43. Bern.*

C A P. VI. 4. *Pausanias] De Phi-  
lippi morte vide Arist. l. 5 Pol. c. 10.  
Diodorum sine l. 16. f. qui nonihil  
à nostro variat.) Ciceronem de fa-  
to, c. 3. Aelianum extremo lib. 3.  
Valerium, l. 8. Plutarchum, Alexan-  
dro, c. 17. & Pausaniam, Arcadicis.  
Bong.*

6. *Perdulatum] Ait Bong. in ms. le-  
gi productum, idque verbum ad rē  
accommodatissimum, ex Plauto &  
Petronio constare. Modius autem  
perdulatum longe accommodatius  
esse contendit. Hinc enim perdu-  
lentes *τροχιαγόνες*, qui hoc diffe-  
runt à lenonibus, quod lenones  
sunt scortorum: perdulores, etiā  
Inuitarum personarum, vt tradit  
Aſconius in illud Ciceronis, Ver.  
1. 12. lenonum, perdulorum. In quo  
lepine Iusit Plautus, Mostell. 3. 2.  
157. Nam cum senex senem inspe-  
cūrientem ædes suas interrogas-  
set: *Vin' qui perdulter?* respon-  
det alter: *Apage istum a me per-  
dulorem: nihil moror duſtarier.*  
errabo potius, quam perdulter  
quissiam.*

lus, non suæ tantum, verum & coniuuarum libidini, velut scortum vile, subjecerat, ludibriūmque omnium inter æquales reddiderat. Hanc rem ægrè ferens Pausanias, querelam Philippo sæpè detulerat. Cum variis frustrationibus non sine risu deferretur, & honoratum insuper ducatu aduersarium cerneret; itam in ipsum Philippum vertit; vltionēmque, quam ab aduersario non poterat, ab iniquo iudice exegit.

CAP. VII. Creditum est etiam immisum ab Olympiade, matre Alexandri, fuisse; nec ipsum Alexandrum ignarum paternæ cædis extitisse: quippe non minus Olympiadem repudium, & prælatam sibi Cleopatram, quam stuprum Pausaniam, doluisse. Alexandrum quo-

que,  
quissiam. Add: Torrent. ad Sueton.

Vespai. 22. & Sithoi aduersi. 2. 17.

Fern.

*Coniuuarum libidini; velut scor-  
rum vile subjecerat] paulo naſu-  
tior viderit, hanc esse deformatam  
lectionem. In omnibus fere scriptis  
codicibus legebatur: verum scor-  
torum jure. Vnde ego veram lec-  
tionem expiscatus sum: coniuua-  
rum libidini, ebrium scorrorum  
jure subjecerat. Scotorum jure,  
hoc est, more. Florus lib. 111, cap.  
xvii. de Fabio Maximo: caprū  
superiorib[us] jugū, in subiectos suo  
jure domuit. Iterum lib. 111. cap.  
xvii. Peculabuntur suo jure rem-  
publicam. Hanc lectionem confir-  
mat. Diodorus: Απαλθεῖτον τὸν  
τέλος τῆς αἰώνος, οὐ πολὺ διωρθώσω  
τοῦ βασικοῦ, ἀκύλεστον δὲ  
δίστον τὸν Παισανίαν, τὴν πολιων  
ἐμφορούσαν ἀκρετον, παριστῶντες  
αὐτῷ τὸ σῶμα τοῦ ὄρεσμος,  
εἰς Ὀλύμπον, οὐ πατεγνιατιταζόμενοι.*

Voss.

*8. Differretur] Hoc est, in aliud  
tempus reiaceretur. Ita Plin. pa-  
negr. c. 26. Infantes ignari quid  
rogassent, donec plane scirent, dif-  
fererentur.*

Honoratum] Supra, 9. 5. 8.

Ducatu] Hoc est, dignitate ducis.  
Vtitur auctor hac voce supra, 5. 5.  
14. & infra, 30. 2. 5. Suetoni⁹ Tibie-  
rio, 19. 2. & Nerone 35. 13. Vtitur  
& Suetonio antiquior Curtius: &  
in Glossario veteri ducatus est  
inyspacia. B. Adde Liv. epit. 96. &  
113. Alio fere sensu Florus, 3. 21. 2.  
ducatur sceleri præbuisse. nern.

*Iram in ipsum] Simile infortu-  
nium ex causa non dissimili pha-  
laris parum absuit quia incurre-  
ret: de quo insigniter bene Aelia-  
nus var. hist. 2. 4. Lycurgi dictum  
est, in oratione contra Leocratem:  
delicta tantissim, dum iudicata  
fuerint, apud auctores suos ma-  
nenr: simularque sententia ac ju-  
dicium de iis factum fuit, apud  
eos manent, qui ipsa jure non  
ulscuntur ac vindicant. nern.*

CAP. VII. 1. Immisum ab Olymp.]  
Sic & infra, 26. 3. 6. in subseuorem  
alieni matrimonij percussores im-  
missi. Ea vis nimirum est mulie-  
bris zelotypiae: quā furori leonino  
recte cōparat Oui. de arte, 2. 373.  
Et instar miraculi sūt habēda, quæ  
Plutarch. virt. mul. c. 42. de Strato-  
nica: Valer. Max. 6. 7. de Africani  
prioris vxore Aemilia: Sueton.  
Aug. 71. 3. de Augustini Liuia. Bern.

Nec ipsum Alex. ]Mss. Fr. Mo-  
dij,

que, regni æmalum, fratrem ex nouerca suscepsum, timuisse: eoque actum, ut in conuilio antea, primum cum Attalo, mox cum ipso patre, iurgaret: adeo ut etiam stricto gladio eum Philippus consecutatus sit, ægideque à filij cæde, amicorum precibus, exoratus. Quamobrem Alexander ad aiunculū se in Epirum cum matre, inde ad regem Illyriorum contulerat: vixque renocanti mitigatus est patri, precib[us]que cognatorum ægre redite compulsus. Olympias quoque fratrem suum Alexan- drum, Epiri regē, in bellum subornabat; peruicisstque, ni filia nuptiis pater generum occupasset. His stimulis irarum utique Pausaniā, de impunitate stupri sui querentem, ad tantum facinus impulisse creduntur. Olym- pias ceitè, fugiēti percussori, c[on]quos quoque præparatos habuit. Ipsa deinde, andita regis nece, cum titulo officij ad exequias eucurrisset, in cruce p[ro]dientis Pausaniæ capiti, eadem nocte qua venit, coronam aureā imposuit: quod nemo aliis audere, nisi h[ec], superstite Philippi filio, potuisset. Paucos deinde post dies, refixum corpus intersectoris super reliquias mariti cremauit: & tumulum ei eodem fecit in loco, parētarique eidem quotannis, incussa populo superstitione, curauit. Post h[ec] Cleo- patram,

dij, 7º Alexandrum non agnoscunt: & videtur posse abesse citra sententia detimentum.

3. Ex nouerca] H[ec] omnia, usque ad verba, præparatos habuit, absunt ab optimis librīs: habentur tamen in uno Cuiacij codice; neque videntur reiicienda. Ad ea vide Plutarchum in Alexandro. Bong.

Actum] Rectius est, factū. Sib[il]. Cum Attalo] Plutarchus in vita Alexandri refert in ista contentione Alexandrum in Attalum poculum conieciisse.

5. Illyriorum] Vide supra.  
10. Titulo officij] Infra, 23. 2. 8. est, exequiarum officium implere. Taci-

tus absolute annal. 3. 3. 2. officio fungi. Alias officij vox generatim ea significat, quæ cultus, honoris & studii causa superioribus aut amicis exhibemus. Eius generis Tertullianus, in lib. de idolatria, Plura simili exumerat: Circa officia, inquit, priuatarum & communium solennitatum, ut roga pure, ut sponsalium, &c. nullum puerum periculum. Et post, inter officia referit, deductionem magistratum, candidatorum, funera: salutaries, item & alia. Bern.

Superstite Philippi filio] Quippe inquisituro, & vindicaturo. Bong.

12. Cleopatram] Dicit Pausanias, in

patiam, à qua pulsa Philippi matrimonio fuerat, in gremio eius prius filia interficta, finire vitam suspendio coegerit, spectaculoque pendentis ultionem potita est; ad 23 quam per partidum festinauerat. Nouissime gladium, quo rex percussus est, Apollini sub nomine Myrtalis consecravit: hoc enim nomine ante Olympiadis par 24 uulæ fuit. Quæ omnia ita palam facta sunt, ut timuisse videatur, ne facinus ab ea commissum non probaretur.

CAP. VIII. Decessit Philippus XL & V:1 annorum, 2 cum annis XXV regnasset. Genuit ex Larissæ saltatrice 3 filium Aridæum, qui post Alexandrum regnauit. Habuit & alios multos ex variis matrimoniis regio more susceptos, qui partim fate, partim ferro peridere. Fuit rex

in Arcadicis, Philippo interempto, parvulum eius filium, quem ille ex Cleopatra, cui pater fuerat Attali frater, suscepserat, vna cum matre in æneo vase ignibus circumdati cruciatum, Olympiadem encusisse.

*Partidum]* Hoc est, Philippi exdem Freinsch.

13. Gladium &c. consecravit] Sic & Alexander Phærus (vt est apud Plutarchum in Pelopida, cap. 53.) lanceam illam, qua auanculum suum Polyphronem confoderat, coronatam lacravit, eique vt deo rem aiulnam fecit, Lychnonem eam appellans: forte quod iactu non fuisset frustratus, ὡς τὸν πυξίν. Atque hic mos à Græcis ad Romanos transiit. Sueton. Calig. 24. 10. Tres gladios in necem suam preparatos, Marti victori, addito elogio, consecravit. Idem Vitellio, 10. 8. Pugionem, quo se Octo occiderat, in Agrippinensem coloniam misit, Marti dedicandum. Epitomator Dionis in Antonino Caracalla sub fin. Gladium quo fratrem interficerat, deo consecrare est auctor. Huc respicit Tertullianus de Resurrectione carnis: Gladius bene de bello cruentus, & melior hominida, laudem suam consecratione

armo pensabit. Hæc pleraque Lipsius Not. 160. ad Tacit. annal. 15. Bern.

Sub nomine Myralu] *lege*, Sub nomine Myrales, consecravit. Hec enim nomen ante Olympiadis partula fuit. Nam Myræ in prius appellata est Olympias. Voss.

14. Ne facinus ab ea commissum non probaretur] Ex interpolatione, quam post vocem commissum inferunt editiones plerisque, paucis intellectum hunc locum apparet. Verbum probare huius obscuritatis causa est, quod iactus pro conuincere accepit, hoc sensu, Omnia ita palam egisse, quasi metueret, ne non ab ea commissum appareret. Ceteri probare pro approbare intellexerunt. Freinschmi.

CAP. VIII. 3. Partim faro &c.] Sic infra, 39. 4. 7. Spiritum non faro sed partidio dedit, tra Tacit<sup>o</sup>, annal. 2. 71. 2, faro concedere, & intercipi, inter se opponit: quorum illud sua morte defungi est. Suetonio, Cæs. 89. 1, hoc est, ex naturæ communione obire. Alio, quam nosster auctor, sensu Linius, 9. 18. 13. suo faro mori, de eo dixit, qui quidem in prælio, proindeque violenta morte, sed sine reipub. discriminine occumbit, Bern.

4. Fuit rex] Locum hunc adducit.

armorum quam conuiuiorū apparatibus studiosior cui  
maximae opes erant instrumenta bellorum : diu tiatum  
quæstu quam custodia solertia : itaque inter quotidiana-  
nas rapinas séper inops erat. Misericordia in eo & per-  
fidia pari iure dilecta. Nulla apud eum turpis ratio vin-  
cend . Blandus pariter & insidiosus alloquio; qui plura  
promitteret, quam præstaret : in seria & jocos artifex.  
Amicitias utilitate, non fide colebat. Gratiam fingere in  
odio, instruere inter concordates odia, apud utrumque  
gratiā quare, solennis illi consuetudo. Inter hæc  
eloquentia, & insignis oratio, acuminis & solertiae ple-  
na: ut nec ornatus facilis, nec facilitati inventionum  
deesset ornatus. Huic Alexander filius successit, & vir-  
tute & vitiis patre major. Itaque vincendi ratio utriusque  
diuersa. Hic aperte, ille artibus bella tractabat. Dece-  
ptis ille gaudere hostibus, hic palam fas. Prudentior  
ille consilio, hic animo magnificètior. Iram pater dissili-  
14.

ducit Satisberiens. polycaet.lib.5.  
cap. 12, & miss. lectionem compro-  
bat. Bong.

Apparatus stud. 3 Casu dandi,  
quoniam & plautus, Mil. 3.1.204.  
adu. rario studiosus. Et Amphit. 1.  
1.12. Seruitus opulēto homini, hoc  
est, quam quis seruit opulento.  
Sallust. hist. 3.5. 10 facta consulta-  
que Alexandri simulacrum. Casus  
verbi tribuitur nominis, ut notat  
Tarnes aduerter. 30.34.

7. Perfidia 3 Notat Pausanias in  
Arcadicis, & Plutarchus Pelopida.  
Bong.

8. Qui plura promitteret 3 Plutar-  
ch. in Aemilio c. 11. tradit, Antigoaum regem, populariico dic-  
tum fuisse Dofonem (quali Da-  
bmēndicas) eo quod esset promis-  
tor quidem, ut non effector polli-  
citorum. Sei & ob eandem caus-  
am, cum Athalésum ducis Cha-  
ractis pollicaciones in proverbiū  
abiceram etiam Imp. Pertinax  
Chrestologu, hoc est, verbis misi-  
ficus, si appellatus, teste Capito-  
lino in eius vita, cap. 13. Titus ta-

mulaire,  
men à domesticis admonitus, qua-  
si plura polliceretur, quam præ-  
stare posset. Nō oportere, ait quem-  
quam à sermone principis tri-  
stem discedere. Sueton. Tit. 8.3.  
Bern.

In seria & jocos] Quod & in ar-  
tibus Sullæ numerat Sallust. Ing.  
9.6.3.

9. Amicitias viril. 3 Ouid. de  
Pont. 2.3.2.

Vulgus amicitias virilate pro-  
bat.

Addendi Cic. de Amicit. c. 21. Sal-  
lust. Catil. 10.5. Noster infra, 22.  
7.3.

10. Insignis oratio] Demosthe-  
nes ipse Philippum sub Sole ho-  
minum eloquentissimum appellat in orat. de fals. legat. &  
polycaetus, strategem. lib. 4. non  
minores cum res oratione  
quam prelio confecisse scribit, &  
pluris extimatis verbis quam ar-  
mis partas victorias. Harum enim  
partem tibi vendicare milites  
existimabat: illas ad tuam valut  
laudem pertinecer. Bern.

mulate , plerumque etiam vincere : hic vbi exarsisset,  
 15 nec dilatio vltionis, nec modus erat. Vini nimis vterque  
 audi⁹: sed ebrietatis diuersa vitia. Patri mos erat etiam  
 de conuiuio in hostem procurrere , manum conserere,  
 periculis se temere offerre : Alexander non in hostem,  
 16 sed in suos sœviebat. Quamobrem Philippum sepe vul-  
 neratum prælia remisere : hic amicorum interfector  
 17 conuiuio frequenter excessit. Regnare ille cum amicis  
 nolebat , hic in amicos regna exercebat. Amari pater  
 18 malle, hic metui. Literarum cultus utriusque similis. So-  
 19 lertia pater maioris , hic fidei. Verbis atque oratione  
 20 Philippus, hic rebus moderatior. Parcendi vieti⁹ filio  
 animus & proprior , & honestior. Frugalitati pater,  
 21 luxuriæ filius magis deditus erat. Quibus artibus orbis  
 imperij fundamenta pater iecit, operis totius gloriam  
 filius consummavit.

17. Cum amicis, &c.] Est hæc ea species amicitiæ , quam Aristot.  
*Eth. 8.7.* φίλιαν ἀπόρχεται appellat , qualis inter imperantem ac subditum. De his Plin. *Panegyr. c.*  
 85. Cum plurimis amicitiis fortunæ principi indigeat , præcipuum est principi opus , amicos parare. Et Tacit. *hist. 4.7.* Nullum maius boni imperij instrumentum , quam boni

amici. Micipsa iudice apud Sallust.  
*Iug. 10. 5.* Alia regia amicitiæ exempla sunt infra, 30.1.3. § 34.  
 3. 3. Porro de his amicis comi-  
 tibusque Principum exactissime,  
 ut omnia, Salmasius ad *Spartiani Hadrianum. cap. 18. Bern.*

Nolebat. Ischis vult, volebat, ut  
 sibi comitaret antithesis. Bern.

## LIBER X

## BREVIIARIVM CAPITVM.

- 1 Artaxerxis filij in patrem conspirant. Sed conspi-  
ratione detectæ, parricidij pœnas dant.
- 2 Causa parricidiij ex multiplici libidine nata.
- 3 Ochus, Artaxerxis successor, cognitorum principum strage regium replet. Persica monarchia finit.

## CAP. I.

**A**rtaxerxi, regi Persarum, ex pellicibus cxv filii fuere, sed tres tantū iusto matrimonio suscepiti: Darius, Ariarates, & Ochus. Ex his Darium contra morem Persarum, apud quos res non nisi morte mutatur, per indulgentiam patet regem viuus fecit: nihil sibi ablatum existimans, quod in filium contulisset; sinceriūque gaudiū ex procreatione capturus, si insignia majestatis suæ viuus in filio conspexisset. Sed Darius, post noua paternæ pietatis exempla, interficiendi patris consiliū cepit. Sceleratus, si solus parricidium cogitasset; tanto sceleratior, quod, in societate facinoris assumptos, quinquaginta fratres fecit parricidas. Ostenti prorsus genus, vbi in tanto populo

CAP. I. r. Artaxerxi] Qui Mnemon dictus est. Elias vitam scripsit Plutarchus, quem vide, & Aelianum fine lib. 9. Iustitiae eum fama floruisse, probus & idem Plutarchus auctores sunt. Bong.

Ex pellicibus] Quarum sexaginta & trecentas Artaxerxi tribuit Plutarchus, in eius vita. c. 43. Totidem Dario Curtius, 3. 3. 36. iplique Alexander, verisimiliter moribus corrupto, idem, 6. 6. 8. vt & Diodorus, 17. 77, qui addit, hunc utrum numerum (Curtius, 9. 2. 2. gregem appellat) eos ideo affectauit, vt accederent ad numerum dierum anni. Ceterum Ioniam regi Persico tot pellices suppeditante tradit Maximus Tyr. serm. 33. Bern.

Dariu] Filiorum Artaxerxis hic numerus, iuxta Iustitium; Plutarchus quatuor legitimos filios recordet, Darium, Ariaspem, Arsacem & Ochum.

Ariarates] Veteribus, Aralraeus: Plutarchus in Artax. c. 48. Ariaspes. Bong.

2. Per indulgentiam] Simul etiam ne se mortuo regnum aquis-

bellis fratumque certaminibus implicaretur Plutarchus in Artax. c. 41. Cohibentur praece aliorum spes, si successor non in incerto sit. Tacit. annal. 3. 56. Bern.

2. Regem viuus fecit] Inconsulte. Vide sapientissimum Syracidem, 33. 20. & seqq. Feliciore tamen successu Ptolemeus, infra. 16. 2. 8.

5. Parricidium cogitasset] Coniolum interficiendi patris Ochum agitasse per Atossa, scribit Plutarch.

6. In tanto populo] Hoc est, in tanta malitudine filiorum audaci sati metaphora qualis est etiam apud Gregoram, 3. 1. ο δινος μετρογενος. Ita Senec. Benef. 6. 33. populus amicorum. Florus, 1. 1. 17. populus virorum. Audaci Manilius, aerei populi de aubus: & populos exponere capros, de pisibus. Columella, 9. 13. Duo populi coniungi debent, de apibus. Apuleius libro 6. Sepedium populorum unda, de formicis: de quibus & prou. 39. 25. Formica, populus infirmus. Audacissime Sidonius 6. 1. Seclerum populum, pro copia

pulo non solum sociari, verum etiam fileri parricidium potuit; ut ex quinquaginta liberis nemo inuentus sit, quem aut paterna maiestas, aut veneratio senis, aut indulgentia patris, à tanta immanitate reuocaret. Adeone yile paternum nomen apud tot numero filios fuit, ut quorum præsidio tutus etiam aduersus hostes esse debuerat, eorum insidiis circumventus, tamen ab hostibus quam à filiis fuerit?

CAP. II. Causa parricidij scelerior ipso parricidio fuit. Occiso quippe Cyro fraterno bello, cuius mentio supra habita est, Aspasiam, pellicem eius, rex Artaxerxes in matrimonium receperat. Hanc patrem cedere sibi, sicuti regnum, Darius postulauerat: qui pro indulgentia sua in liberos, primo facturum se dixerat: mox penitentia ductus, ut honestè negareret, quod temere promiserat, Solis eam sacerdotio præfecit, quo perpetua illi ab omnibus vritis pudicitia imperabatur. Hinc exacerbatus juuenis, in iurgia primo patris erupit: mox facta cum fratribus conjuratione, dum patri insidias par-

copia peccatorum: ubi plura id genus exépla notauit Sanaro. Ber.

CAP. II. 2. Supra 3 Fine libri quinti.

3. Cedere] Sichardus mallet, eredere non bene. Vide notam ad 1. 10. 12.

Darius postulauerat ] Lex erat apud Persas, ut designatus rex donum peticeret. Et daret qui designauerat, modo fieri posset, quicquid esset petrum. Plutarchus, Artaxerxes, c. 42. Bonc.

4. Solis eam sacerd. prof.] Plutarchus, Artaxerxes, cap. 43. eam Diana, quae Ecbatanis colitur, quam Anitum vocant, sacerdotem lectam scribit, quo reliqua vitam transfigeret in celibatu. Bern.

Solis] In igne Solem Persis cultu fuisse, supra p. 25. ostendimus: unde & eorum quadrigarumque fuisse imagines & Soli sacrae. Quin & equi Soli maestabantur. Quem morem & Græcos obseruasse Pau-

rat, sanias tradidit in Laconicis. Ipsa vero πυρεῖαι, חַמְנִים, chamanim, vocantur, de quibus S. Scriptura. Quid sint Chamanim, ex Strabone appetat: ταῦτα σὲ ἔτι τὸ Αὐαῖτης καὶ τὸ Ομανὺς λέγεται βουται. Ομανὲς enim 12. Amanus lingua Persica solebat, et Anaitis Luna, quæ cum Venere & Diana confunditur. Ab Amano, ut vult Scaliger, ipsi Achameny dicti sunt. Audi interpretem antiquum Statij: Nunc, inquit, Achamenj dicuntur, ubi Apollinem Solem dicunt, cuies & sacerorum ritus inuenisse dicuntur.

5. In iurgia] Quidam niss. in iniuriam. Iniuria etiam verbis sit, ut Jurisconsulti docent. Tertull. Omnis iniuria, seu lingua, seu manu incessu. Bonc.

rat, deprehēsus cum sociis, pœnas particidij diis paternæ majestatis vltoribus dedit. Coniuges quoque omnium cum liberis, ne quod vestigium tanti sceleris existaret, interfectæ. Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore contracto decedit, rex, quam pater, felicior.

CAP. III. Hereditas regni Ocho tradita, qui, timens parem coniurationem, regiam, cognatorum cede & strage principū replet, nulla non sanguinis, nō sexus, non ætatis misericordia permotus: scilicet ne innocentior fratribus parricidis haberetur. Atque ita veluti purificato regno, bellum Cadusii infert. In eo cum aduersus

*Deprehensio]* Coniurationem prodente quodam eunucio. Plutarch. Artax. cap. 45. Bern.

6. *Coniuges quoque omnium cum liberis]* Ammian. Marcellin. 23. 31. Leges apud Persas impendio formidatae: inter quas divitiae exuperant lacra contra ingratos & servores: abominanda alia, per quas obnoxiam unius omnis propinquitas penit. Exempla sunt apud Herodotum, 3. 119. & in epistola Artaxerxis apud LXX. Interpretes, cap. 8. 11. Esther. Neque mitior lex Macedonum, qua caecum erat, ut propinqui eorum qui regi insidiari essent, cum ipsis necarentur. Curtius, 6. 11. 28. Quomodo & Imp. Arcadii & Honorij constitutiones, pœna in partem ad filios extendit, quorum parentes lacrae majestatis reatum incurserunt. l. 5. C. ad l. Iul. maj. Bern.

CAP. III. 1. *Ocho]* Qui & ipse Artaxerxes dictus est. Diodorus extremo lib. 15. Bong.

*Cognatorum]* Bern. Brissonius l. de regno serico censet, auctori sermonem hic esse de cognatis regis honorariis, qui hoc sine ratione tenuerunt. Et sane tributum apud persas id nomen illis quoque, qui nulla sanguinis coniuratione regem attingerent, apparet ex Esdr. 3. 4. 42. & Josepho antiqu. 11. 4. vbi rex Darius inter tetera victoriae premia, tribus sa-

tellitibus hoc quoque proposuit: *Et cognatus meus vocabitur: Alexandrum etiam hoc honore persas quosdam affectisse, Arrianus, l. 7. pag. 153. f. memorat. Adde Diodorum, 17. 20. &c. Curtium, 3. 3. 20. & 4. 11. 1. Instar moris huius & in aulam Imperatorum Orientalium postea translatum est, ut quidam honoris causa Barbari topice Imperatorum patres, diceretur, que de Meursii Glossarium. Verumtamen hoc loco de cognati proprietate esse sermonem apparere cum è subjecta voce *sanguinis*, tum quod addit auctor, *Ochum innanciorem fratribus parricidu non fuisse, paremque coniurationem timuisse.* Hæc enim ad honorarios illos cognatos referri nō possunt: quales cum fere plurimi fuerint, (decem & quinque milia cognitorum Dario tribuit Curtius, 3. 3. 20.) quis tantam multitudinem, in quam coniuratio cadere nulla potest, ab Ocho sublatam credat? Qui tamen eorum sublati, hos addita vox *principum* complectitur. Bern.*

2. *Cadusius]* Tra ms. v. us: ceteri Adusis: alij aduersis. Videlgo male, Armenius, quia in sequentibus legere Codi. nānū Armeniis prefectum. Sed *cadusius* legendum constat. ex Diodoro, 17. 6. à quo hæc petenda. Bong.

3. In eo cum &c. [Freinsheim exi-

versus prouocatorem hostium Codomanus quidam,  
omnium fauore processisset; hoste cæso, victoriam suis  
4 pariter, & prope amissam gloriam, restituit. Ob hæc de-  
5 cora idem Codomanus praeficitur Armenis. Interie-  
cto deinde tempore, post mortem Ochi regis, ob me-  
moriā pristinæ virtutis, rex à populo constituitur;  
Darij nomine, ne quid regia maiestati decresset, hono-  
6 ratus: bellumque cum Alexandro Magno, diu variante  
7 fortuna, magna virtute gessit. Postremo, vietus ab  
Alexandro, & a cognatis occulitus, vitam pariter cum  
Persarum regno finiuit.

*Hostium]* Sebis non male, his tē.  
Codomanus] Codomanus ob  
suam virtutem Persarum rex ele-  
ctus, & appellatus Darius. De hoc  
paulo alter Diodorus.

5. *Post mortem Ochi]* Ab eunucho Bagoa veneno necati. Diodor.  
17.5. Cadaver ipsius Bagoas felibus objecit, & ossa quadam illius, exprobrande crudelitatis causa, conuerit in manubria gladiorum: Ael. var. hist. 6.8. Bern.

*Rex à populo]* Cum prius fuisse  
Ardidus, id est, nusquam duximus  
vt Hesychius interpretatur. Plu-  
tarachus Alexandro, cap. 52. & de  
fortun. Alex. orat. 2.18. Rong.

Darij Ultimi, Arsami F. qui Co-  
domanus. Quidam Arsaces scri-  
bunt per n. Ceterum Arsami F.  
obuium in Eusebio, vt Codo-  
mannus, vel magis Codomanus in  
Justino historico. Sic nominabatur,  
antequam regnum adeptus esset. Quod auctor hic noster te-  
statur. Ex priuata enim fortuna  
( fuerat enim Arsaces) siue  
diorum, id est, nusquam duximus,  
vt interpretatur Hesychius) ad  
regnum peruenit, Darij nomine,  
ne quid regia maiestati decesset,  
honoratus. Siquidem in more po-  
sirum erat olim, vt ad imperium  
accedentes reges nomina muta-

Li  
rent Regnum autem consequitus  
fuit beneficio Bagoz eunuhi.  
Quod significat Alexander apud  
Curtium: Ne Darius quidem ier-  
saram accepit imperium, sed in se-  
dem Cyri beneficio Bagoz, castra-  
ti homini, admisissus. Quibus addo  
aliud testimonium. Alexandri Ma-  
cedonis ex Ariani lib. II. r. vbi Da-  
rio per epistolam exprobrat, quod  
occido Arse, Bagoz opera, imperii  
occupasset, & singulis, &c. Et illud  
Plutarchi, 10.10. Similiter Strabo I.  
xv. eius ipadonis opera Darii, &  
οὐτα τὸν πόλεις τῷ εποιητῇ, regē  
factum scribit. Sed & Diodorus  
Siculus, lib. xxvii. ait post Ochi,  
& Arsis eius filii etiē σῆμα ὑπε  
τε λασίδιον τίκτε, καὶ μάστιχος οὐτος  
τὸν πόλεις τῷ εποιητῇ, regē  
factum scribit. Darii regnū Bagoz eu-  
nuchi beneficio adeptū esse. Drus.  
6. *Alexandro Magno]* Senec. epist.  
91.40. Alexander, Macedonū, rex  
disc. re Geometria infelix sperat,  
sciturus quam pusilla terra esset,  
ex qua minimum occupancrat. Ita  
dico infelix, ob hoc, quod intelligere  
debet, falsum se gerere cognomen, quis enim esse MAGNVS  
in pustulo potest? Hera.

*Hui variantes fort.* Imo sere sem-  
per aduersa. Bern.  
7. *Cognatu]* Vide supra, qui intelli-  
gantur per cognatos. Bessum ante-  
cū ceteris particidis intelligit. Vi-  
de Curtium l.v.

CAP.

## LIBER XI.

## BREViarium CAPITVM.

- Occiso Philippo, Alexander Macedones in officio continet.
- 2 Initia principatus Alexandri. Persas bello aggredi constituit.
  - 3 Gracos defectionem cogitantes coerces.
  - 4 Thebas vittis incolis exortit. Atheniensibus infestos.
  - 5 Sauit in noverca sua cognatos, & in consanguineos suos, deinde bellum Persicum aggreditur.
  - 6 Disciplinam militarem ordinat. Parva manu ingentia militur. Persas prælio superat.
  - 7 Insidias vittis, Gordium nodum fatalem callide solvit.
  - 8 Tætro monte transenso, in grauiissimum morbum stridit, & sanitati restituitur.
  - 9 Ad alterum prælum apparatus. Atrox pugna. Striges Persorum, & fuga Darij, cuius uxoris, mater, filia, captives ab Alexander regis excipiuntur.
  - 10 Persis superatis, a Persorum luxu Alexander supervenit. Nove in Orientem vittoria. Tyrus expugnatur.
  - 11 Provincias non paucis receptis pergit ad Hammonis oraculum.
  - 12 Darij regnum ambit, & pacem petenti recusat.
  - 13 Tereti prælii inter Alexandrum & Darium circumspectantia quadam.
  - 14 Eiusdem prælii descripicio. Persæ fugantur, victores preda ingenti potisuntur.
  - 15 Darius a suis vincitus, & multis vulneribus confosus, salutem dicit Alexandro, & in morte regium minium prodit. Alexander Darij obitum sletu & regia sepulta decorat.

## C A P. I.

1 N exercitu Philippi, sicuti variæ gentes erâr,  
 ita, eo occiso, diuersi motus animosū fuere.  
 2 Alij quippe iniusta seruitute oppresi, ad spē  
 3 se libertatis ergebāt: alijs tædio longinquæ  
 militiae, remissam sibi expeditionem gaudebant: non  
 nulli facem nuptiis filiaæ accensam, rogo patris subditam  
 dolebant. Amicos quoque, tam subita mutatione rerum  
 4 haud mediocris metus ceperat, reputantes nunc prouo-  
 5 catam Asiam, nunc Europam nondum perdomitam,  
 6 nunc Illyrios & Thracas, & Dardanos, ceterasque bat-  
 baras gentes fidei dubia, & mentis infidæ; qui omnes  
 populi si pariter deficiant, resisti nullo modo posse.  
 7 Queis rebus veluti medela quædam interuentus Ale-  
 8 xandri fuit, qui pro concione ita vulgus omne consola-  
 tus hortatusque pio tempore est, ut & metum timen-  
 tibus

C A P. I. I. In exercitu] Con-

tigit anno Urbis conditæ 426.

In exercitu &c.] Duobus lib. 11.

& 12. Alexandri Magni, philippi F.

res gestæ continentur: quas libris

octo Arrianus Nicomediensis cō-

plexus est. Extat de iis etiam Q.

Curtij Rusi historia manca & la-

cera. Legendus, præter illos, Dio-

dori lib. 17. & Plutarchi Alexander,

& orationes duæ de fortuna vel

virtute Alexandri, & Aelianus, lib.

3. Bong. præter commemoratos,

Cicero, Plinius, Valer. Max., Zosim.

Appuleius, Orosius, aliquæ multi,

hinc inde de Alexandro Magno

alius alia in literas retulerunt. Gual-

terus etiam, poëta non contem-

nendus, hoc argumentum peculia-

ri poëmate tractauit, quod ad exé-

plum Maronis & Statij, Alexan-

dreida nominat. Bern.

Alexander Macedo, fuit spurius,

ex adulterio, ut creditur, Pausanias

cum Olympiade, genitus. Quod ex  
Plutarcho & Iustino satis clare  
apparet; & constanter versæ ac  
Arabes affirmant. Schickardus,  
Vossius Arabes eum Bicornem vo-  
cant, non tam ob partum Orientis  
& Occidentis Imperium, quam à  
cornuta Alexandri effigie, numinis  
exhibita, ut Iouis Ammonis filius  
agnosceretur.

6. Barbaras gentes] Lilius, 22.

21.7. Talia sunt barbarorum inge-

nia: cum fortuna mucane fidem.

Et 28. 17. 5. Barbarus ex forenna

pender fides.

6. Veluti medela] Aspectum prin-  
cipis in calamitate populo solatiū  
esse, fuisse Gruterus, dissert. 21. oftē-  
dit, ad illud Taciti austral. 15. 36.  
Sueri aduersus fortuna aspectu  
Principis refoueri. Bern.

8. Pro tempore] Hoc est, pro condi-

tione temporum, ut inquit Sueton.

Cæs. 16. 2. Ita Sallust. Catil. 30. 5.

pro

tibus demeret, & spe omnes impleret. Erat hic annos <sup>9</sup>  
 xx natus: in qua ætate ita moderate de se multa polli-  
 citus est, ut appareret plura cum experimentis referua-  
 re. Macedonibus immunitatem cunctarum rerum, prae-<sup>10</sup>  
 ter militiae vacationem dedit: quo facto tantum sibi  
 fauorem omnium conciliauit, ut corpus hominis, non  
 virtutem regis mutasse se dicerent.

C A P. II. Prima illi cura paternarum exequiarum <sup>1</sup>  
 fuit: in quibus ante omnia, cœdis conscos ad tumulum  
 patris occidi iussit: soli Alexandro Lyncistarum fratri <sup>2</sup>  
 pepercit, seruans in eo auspicium dignitatis suæ: nam  
 regem eum primus salutauerat. Æmulum quoque impe-<sup>3</sup>  
 rij Caranum, fratrem ex nouerca suscepsum, interfici cu-  
 rauit. Inter initia multas gentes rebellantes compescuit: +  
 orientes nonnullas seditiones extinxit. Quibus rebus <sup>5</sup>  
 erectus, citato gradu in Græciam contundit. vbi, exem-  
 ple patris Corinthum euocatis ciuitatibus, dux in lo-

pro tempore atque periculo exerci-  
 tum comparare. Tacitus annal. 12.  
 49. 4. pro tempore rebus turbidis  
 consulere longe alio sensu, quam  
 hodie doctos etiam hac vti phra-  
 si videoas. Bern.

Er *spe omnes impleret*] Bong. edi-  
 dit, & in spem omnes impelleret.  
 Sequor scriptos libros. Venustior  
 est oppositio, demere, implere. Et  
*spe implere* phrasis est Iulino fa-  
 miliaris. Impressi quidam etiam  
 addunt *spe sui*. Bern.

9. Ita moderate ] De Agricola  
 Tacitus in eius vita, ap. 18. 10. Ip-  
 sa dissimulatione fama, famam  
 aucti, & stimantibus quanta futu-  
 ri *spe tam magna* tacuerit.

CAP. II. 1. Prima illi cura] Dio-  
 dorius. 17. 2. Ante omnia panas ca-  
 des paterna auctoribus infixie.  
 Bong. Causa traditur infra, II. 15.  
 22.

Ad tumulum patru occidi] Imp.  
 Augustus trecentos ex deditis  
 electos, ad aram D. Iulio (patri)  
 excultam, Idibus Martis (qua-

patrata cedes eius) hostiarum  
 more moltauit. Sueton. Aug. 15.  
 2. Quid loco plura hoc pertinentia  
 Casaubonus. Bern.

Ad tumulum] Credebat enim,  
 sanguine manes placari. Mos aucte-  
 ita cœdendarum hostiarum ex  
 Tertulliano de spectaculis notus,  
 & Seruio ad illum versum. Venatu-  
 res rapit inferias, quas invito co-  
 vmbri.

2. Lyncistarum] Populi est Ma-  
 cadonigai qui Λυγκισται, Lyccesti,  
 dicitur Thucydidi, 2. 21. 26. Plinio,  
 4. 10. Regio ipsa Λυγκιστε, Ly-  
 cestu, Ptolemy, 3. 13. Straboni  
 vero, lib. 7. Λυγκισαι, Lyccesti,  
 quomodo habent hic vett. libri.  
 Bong.

4. Gentes rebellantes compesci.]  
 Barbarorum morus, & suspecta  
 inde bella compescuit. Plutarch.  
 Alex. cap. 19. Multa sunt in hoc  
 auctore, quia iustum commenta-  
 riū scribenti, cum Græcis com-  
 parare operæ pretium esset. Bern.

5. Exemplo patru] Supra, p. 5. 1.

6 cum eius substituitur. Inchoatum deinde à patre Per-  
 7 sicum bellum aggreditur, in cuius apparatu occupato  
 nuntiatur Athenienses, & Lacedæmonios, ab eo ad Per-  
 8 sas defecisse, auctoremque eius defectionis, magno auri  
 pondere à Persas corruptum, Demosthenem oratorem  
 9 extitisse, qui Macedonum delicta omnes cum rege co-  
 piis à Triballis affirmauerit, producto in concionem  
 auctore, qui in eo pælio, in quo rex occiderit, se quo-  
 que vulneratum diceret. Qua opinione mutatos om-  
 nium ferme ciuitatum animos esse, præsidia Macedo-  
 num obsideri. Quibus motibus occurfatus, tanta celeri-  
 tate instituto, paratoque exercitu Græciam opprescit,  
 ut, quem venire non senserant, videre se vix crederent.

C A P. III. In transitu hortatus Thessalos fuerat, beneficierumque Philippi patris, maternæque suæ cum his sub Æacidarum gente necessitudinis admonuerat.  
 2 Cupide hæc Thessalis audientibus, exemplo patris, dux  
 3 vniuersæ gentis creatus erat, & vestigalia omnia re-  
 ditusque suos ei tradiderant. Sed Athenienses, sicuti pri-  
 4 mi defecerant, ita primi pœnitere coperunt: contem-

6. Athenienses, & Lacedam. Hæc est veterum librorum lectio: ex historia, & sequētibus, pro Lacedæmonios legendum Thebanos. Non enim defecerunt Lacedæmonij, qui Philippi & Alexandri pa-  
 7 cem imperi spreuerant: supra, 9. 7.  
 8: & infra, 12. 1. 7. Beng.

Magnu auri pondere. Διασθενία  
 & οὐσία, in Demosthenis ex Plu-  
 tarcho, in eius vita, cap. 15. Diodo-  
 ro, 17. 4. Agellio, 11. 9. Dimarchi &  
 Atschinius oratione, cōtra Demesthi.  
 & aliunde nota est. Excusat tamen  
 eum Paulanias, Corinthiacis. Bern.

8. Ad Triballie. Ab Illyriis, habet  
 Arrianus lib. 1. 8. A nostro autem Plu-  
 tarchus, in vita Alex. cap. 19. Bern.

C A P. III. 1. Horatius [P]eculiaris  
 notione; pro ex parte; cuius quo-

dammodo affinis est infra, 17. 9.  
 13. ubi hortari pro consolati sumi-  
 tur. Bern.

Æacidarum genere] Diodorus,  
 17. 4. &c. Ἡγεμόνες. Erat autem  
 Alexander paterno genere Ἡγε-  
 μονidus, materno Æcidarus. Plu-  
 tarchus, alij: erat Herules Theba-  
 nus, non Thessalus. In eundem la-  
 pidem impingit Iustinus, cum pau-  
 lo post. 12. 4. s. ait, ab Hercule Ae-  
 cidarum gentem originem trabe-  
 re. Bern.

Æacidarum] Aeacides continua  
 serie ad Tharrytam genus deduce-  
 bat, qui Paulanix in Atticis est  
 Tharypus, siveque, ut ibidem tra-  
 ditur, à Pyrrho, Achillis filio, deci-  
 mis & quintus.

2. Exemplo pueri. ] Supra, 8. 2. 1.

4. Luna

ptum hostis in admirationem veitentes, pueritiamque Alexandri, spretam antea, supra viitatem veteram du-  
cim extolleentes. Missis itaque legatis bellum depre- 5  
cantur: quibus auditis & graniter increpatis, Alexan-  
der bellum remisit. Inde Thebas exercitum conueitit, 6  
eadem indulgentia vsloras, si parem penitentiam inue-  
nisset. Sed Thebani armis, non precibus nec depreca- 7  
tione vsl sunt. Itaque vici, granissima quoque supplicia  
miserrima capiuitatis experti sunt. In consilio cum de 8  
excidio vrbis deliberaretur, Phocenses, & Platæenses,  
& Thespientes, & Orchomenij, Alexandri socij, victo-  
riæque particeps, excidia vibium suarum crudelitatem-  
que Thebanorum, referebant: studia in Persas non præ- 9  
sentia tantum, verum & vetera aduersus Græciae liberta-  
tem increpantes. Quamobrem olim ens omnium popu- 10  
lorum esse: quod vel ex eo manifestiori, quod irreveran-  
do se omnes obstrinxerint, ut vices Persis Thebas dirue-  
rent. Adjicium & seclerium priorum fabulas, quibus om-  
nes scenas replenerint, ut non presenti tantum persi-  
dia, verum & vetere infamia inuisi forent.

CAP. IV. Tunc Cleadas, unus ex captiuis, data po- 1  
testate dicendi, non à rege defecisse. quem intersectum  
audierint, sed à regis heredibus: quicquid in eis sit admis-  
sum, credituratus, non perfidae culpam esse; cuius tamen  
iaria

*4. Pueritiamque Al. saceram.]*  
Demosthenes. Alexander puerum  
& Margaren, hoc est, fatum, inter-  
tem, vocabat. Plutarc. in Demosta-  
h. c. 32. & Alex. cap. 19. Bern. non sun-  
Pueritiam adolescentiam.  
8. Phocenses &c. Vide upra-  
dicti Diadoret. 17. 14. D. 11. 5. et  
Bona.

10. Odium Richardus odio mallet.  
Sed illud rectam est: siue contra-  
amor, deliciaque, pro homine ama-  
to. Bern. ita formosar, dolorosor  
lolorum, dixit Alexander. Plutarch.  
In ejus vita, c. 36. Vnde, deside-  
rium oculorum, Ezechiel. 24. 16.

*CAP. I. Cleadas]* Liber  
auctoris incogniti, de vita Alexan-  
der, quem milii ex bibliotheca re-  
gine matri, vtendam dedit do-  
ctissimus Fr. Pithœus, refert, isme-  
niam quendam Thebanum, :  
aut. opere his: pueritiam adage-  
mar, i. e. vixit in pueris subhæc re-  
tra in Thebanorum gratiam apud  
Alexandrum dicitur long.

*2. Credituratus.]* Quid error est  
magis quam culpa: & quidem in  
opini euusque mearem facillime:  
irrepet. Placuisse ad Cicer. epist. fam.  
10. 23. Vide & Polyblum. 8. 2.

3 iam magna se supplicia peperisse, delecta inuenire: nunc  
 serum feminarūque, sicut infirmum, ita innoxium restare  
 vulgus, quod ipsum stupris contumelisque ita vexatum  
 4 esse, ut nihil amarius unquam sint pauci: nec iam pro ciui-  
 bus se, qui tam pauci remaserint, orare; sed pro innoxio pa-  
 tria solo, & pro urbe, qua non viros tantum, verū & deos  
 5 genuerit. Priuata etiam regem superstitione deprecatur,  
 geniti apud ipsos Herculī, vnde originem gens Aēci-  
 darū trahat; actaque Thebis à patre eius Philippo pue-  
 6 ritia: rogat, urbi parcat, qua maiores eius partim apud  
 se genitos, deos adorat: partim educatos, summa maiestatis  
 7 reges viserit. Sed potentior fuit ira, quam preces. Itaque  
 vires diruitur: agri inter victores diuiduntur: captivi sub  
 8 corona venduntur. quorum pretium non ex eumentium  
 sommodo, sed ex inimicorum odio extenditur. Misera-  
 randa

4. Quia non vires zantum, verum  
 & deos genuerit.] Bacchum nim-  
 rum, & Herculem. Hinc explica  
 versus illos Sophoclis, qui apud  
 Hæcarchum exstant:

Θύεται γένεσις μοι, ταῖς πολυτελεῖς  
 οὐταρξόμενοι,  
 Οὐ δὲ μέντοι πάτησον αἴ  
 Στρατοῦ θετοί.

Quos versus perperam corrigitur.  
 Statim post, lege ex MS Bibliotheca  
 Lugdunensis actaque Thebi à  
 patre eius I. philippop pueritia. Voss.

5. Herculū] Fuisse tres placuit  
 Diodoro, quorum gesta vni Al-  
 biniense & Iouis filio assignentur.  
 alii sex. Varro tres & quadraginta.

Originem gens Aēcidarū. ]  
 Falsum, nam illi ab Achille genus  
 deriuunt, ab Hercule Heraclidae,  
 vnde ex paterno latere Alexander  
 Magnus stirpem deducit.

Actaque Thebi] Supra. 7. 5. 3.

7. Vrbi diruitur] Præter Arria-  
 num lib. 1. Diodorum, 17. 13. & 14.  
 Plutarchum in Alex. cap. 19. & 20.  
 vide Aelianum, 13. 7. Pausaniam  
 Arcadicis: & Strabonem lib. 9. qui  
 Thebas suo tempore vix pagi me-

taorabilis formam retinere scribit.  
 Bon.

Captivi:] Quorum erant xxx.  
 millia. Ceciderant autem supra sex  
 millia. Plutarchus, Alex. c. 20. Dio-  
 dorus, 17. 14. R. Aelianus, var. 13. 7.  
 de captiuis consentit: occisorum  
 autem circiter nonaginta millia,  
 corrupto forte numero, refert. Il-  
 dem, & Arianus lib. 1. addunt, Pin-  
 dari domum, eiusque stirpem, ab  
 Alexandro poëte nobilissimi reue-  
 rentia ducto, sartam tectam con-  
 seruatam: sacerdotibus itē vtriusque  
 sexus, & Macedonum hospitiis  
 parcitum fuisse. De Pindari fa-  
 milia consentit etiam Plin. 7. 29.  
 Bern.

Sub corona venduntur] Non  
 quod corona militum, custodiz  
 causa captiuarum venalium gre-  
 ges circumstaret: sed quia jure  
 belli captos, coronatos venire mos  
 erat. Videndus Agellius, 7. 4. Vide  
 supra.

8. Extenduntur] Ut tanto pluris  
 scilicet venirent, quanto cupidius  
 ab inimicis emerentur. His, in-  
 terpres exiguo pretio venditos  
 ait, quasi per contemptum. Sed  
 verbum

granda res Atheniensib. visa. Itaque portas refugiis pro-  
fugorum contra interdictum regis aperuere. Quam iē 10  
graui ter tulit Alexander, vt secunda legatione denuo  
bellum deprecantibus, ita demum remiserit, vt oratores  
& duces, quorum fiducia toties rebellent, sibi dedan-  
tur: paratisque Atheniensibus, ne cogantur subire bel-  
lum, eo res reducta est, vt retentis oratoribus, duces 11  
in exilium agerentur: qui ex continentē ad Darium 12  
profecti, non mediocre momentum Persarum viribus  
accescere.

CAP. V. Proficiscens ad Persicum bellum, omnes no- 1  
uerce suæ cognatos, quos Philippus in excelsiorem  
dignitatis locum prouehens, imperii præfecerat, inter-  
fecit. Sed nec suis, qui apti regno videbantur, pepercit, 2  
ne qua materia seditionis, procul se agente, in Macedo-  
nia remaneret: & reges stipendiarios conspectioris in- 3  
genij, ad cōmilitium secum trahit: segniores ad tutelam  
regni relinquunt. Adunato deinde exercitu naues onerat: 4  
vnde.

verbū extendēt hanc signifi-  
cationem non adwittit. Diiodorus,  
17. 14. è captiuorum distractione  
talenta CCCCXL. redacta scribit,  
opinor Africa, que si singula 600.  
coronatis asperguntur, vni captiuo  
è 30000 illis euenerint coronati  
prope nouem. Bern.

9. Aperuere] Redentes vicē be-  
neficij, quale & ipsi acceperant.

10. Vi oratores &c.] Quorum no-  
mina referunt Arrianus lib. 1. &  
Plutarach. Alex. c. 32.

11. Rerentur oratoribus] Demo-  
Athenes recitato in concione, de  
lupis, ab ouibue deditiōnē ca-  
num postulāntibus apologet obti-  
nuit, ne dederentur. Plutarchus in  
Alex. cap. 33. excepto: amen Cha-  
zidemo, qui ex oratoribus unus  
exulare jussus, in Siam ad Da-  
rium profugit. Arrian lib. 1. Bern.

CAP. V. 3. Reges stipendiarios]  
In exercitu Alexandri, Pythagoram-

regem Cypriorum memorat Cur-  
tius, 4. 3. 19. 28 & alios, jam non  
occurrit. Frontinus strategem. 2.  
11. 3. 5. tribit Alexandrum denūta  
perdomitaque Tauraciam, reges eo-  
rum prefectorisque secum in mili-  
tiam Asiacam velut honoris  
causa traxisse. Hi tales fuerint,  
quales Romanorum auspiciis &  
arbitrio regnarunt; precari & vix  
reges. Bern.

Conspectiorū ingenij ] Quibus  
videbatur inesse cura detrahē li-  
beratū, ait Frontinus ibidem.  
Exempla plura Principum, qui  
suspectos aut emulos per speciem  
honoris abstraxerunt, referuntur.  
2 Gruterio dissert. 36. ad Tacit. B.

4. Adunato] Ita ms. & quidam  
impressi; rectius, opinor, quam  
quomodo Bong. edidit, Adorato  
maxime cum & alibi sic loquatur:  
auctor iis locis, quæ Freinsheimij  
monstrat index.

vnde conspecta Asia, incredibili ardore mentis accen-  
 s̄ sp̄s, duodecim aras deorum in belli vota statuit. Patri-  
 monium omne suum, quod in Macedonia, Europaque  
 habebat, amicis diuidit, sibi Asiam sufficeret præfatus.  
 6. Priusquam vlla nauis litora excederet, hostias cædit,  
 petens victoriam bello, quo toties à Persis petitæ Græ-  
 7. ciæ vltor electus sit: quibus longa jam satis, & matura  
 imperia contigil, quorumque tempus esse vices exci-  
 8. pere melius acturos. Sed nec exercitus eius alia, quam  
 9. regis animorum præsumptio fuit: quippe oblii omnes  
 coniugum, liberorumque, & longinqua domo militia, &  
 Persicum aurum, & totius Orientis opes, iam quasi sua  
 prædam ducebant: nec belli periculorumque, sed diui-  
 10. tiarum meminerant. Cum delati in Continentē essent.  
 primus Alexander jaculum velut in hostilem terram ie-  
 cit; armatusque de naui tripudianti similis profluit, at-  
 que ita hostias cædit, precatus, ne sc̄ regem illa terra in-

VII. 6

Aras] Vulgo confunduntur aræ & altaria. Sed altare quid augu-  
 stius, & in quo victimæ adolentur, disque superis sacerum erat. Ara  
 etiam in qua supplicatur aut tan-  
 tum libatur, atque etiam ad deos  
 inferos pertinet. Quin & antiquo-  
 tibus temporibus aram pro focu-  
 lo sacerdotis usurpatam non est  
 vana opinio. Vnde Virgil.

Talibū orante dicit arasque  
 renentem.

Duodecim aras] Ad duodecim  
 deos magnos alludere videtur,  
 quos Confentes appellant Romanī. Martianus Capella lib. i. de  
 Nupt. Phil. Tunc etiam ut inter  
 alios potissimi rogarentur ipsius  
 collega Iouis, qui bissexi cum co-  
 dem consonante numerantur, quos  
 que difficio complectitur Ennia-  
 num illud:

Iuno, Vefza, Minerua, Ceres, Dia-  
 na, Venus, Mars,  
 Mercurius, Iou, Neptunus, Vul-  
 canus, & polo.

quos deos consiliarior, & gen-  
 eros appellabant.

Aras deorum] Ioni Descensoris  
 & Mineru, & Herculi fructus  
 aras ait Arrianus lib. i. Bern.

6. Hostia] Hinc apparet, hostias  
 dei pecudes, quæ dii impolan-  
 tur, quando exercitum in hostes  
 ducimus. Hostile enim est ferre  
 antiquis. Quamquam contraria  
 afferere videatur Ovidius:

Victima, qua dextra cecidit vis  
 Erice, vocatur.

Hostibus à domini hostia nomine  
 habet.

Erat autem hostia consultoria,  
 quando dij per exta consulente-  
 tur: erat animalis, quando sola  
 anima deo sacrabatur. Quarum ite-  
 rum plures species.

10. Iaculum] Δίψυ, hastam. Dio-  
 dorus, 17. 17. Bong.

Iaculum] Hoc erat facialis iuri  
 re defungi. Vide Macrob.

11. Ne sc̄ regem illa &c.] Virgil  
 his sine Georg. de imp. Augusto:

VII. 6

vite accipiant. In Ilio quoque ad tumulos heroum, qui 12  
Trojano bello ceciderant, parentauit.

CAP. VI. Inde hostem petens, milites à populatio- 1  
ne Asia prohibuit, parcendū suis rebus præfatus, nec per-  
denda ea, que possessuri venerint. In exercitu eius fuere 2  
peditum xxx duo millia, equitum quatuor millia quin-  
genti;

*Victorique volentes Per populos  
dat jura.*

Ita Demosth. in Philipp. Exordio 12. E. 11. quā summa laudem gubernatoris esse, Xenophon ait in Oeconom. vide sis Aclasiū var. 12. 9. de Timotheo, vitro imperiū abdicante, quod omnibus odio le esse videret. At non hodie tantum aut heri, ostendenda per terrores potestis dīa, sed frequēt, magnus imperiū gloria. Senec. de clem. 1. 1. Porm.

12. [10] Troadis urbs ab Ilo Trois illo nomen accepit, quam Troes Actē vocabant; ad orientem Iliam & Dardaniam vetius.

Tumulus] Tumulus propriæ ag-  
gesta humas. Sed pro mosimento  
hunc sanitur. Alioquin veteres non  
seper invicere redicunt. Iepulera  
sēi scribat Licta s. & agesta delup-  
per humo tumulabant. Agestum  
terre Latini tumulu. Grati xiiia  
appellabant. Supra illud cippus  
lapideus statuerunt, qui nomen & elogium defuncti continebat.  
Quod & monimentum Latini dis-  
serunt.

Heroum] Palmaria correctō,  
cuius inuenient laudem, ingenio Se-  
bisij transcribo: temeritatis, si qua  
est, culpam, qui nūlia manuscrip-  
torum auctoritate comprobata  
in texum ausus sum admittere,  
mihi seruo. Faciebat audacem &  
vocum affinitas, cum ex eorum,  
quomodo haec tenus omnes editiones  
habebant, in heroum facilis  
transitus & vero consensus au-  
ctorum. Nam & Plutarchus in A-  
lex. c. 24. & Diodorus. 17. 17. &c. 4.  
sui Ilii heroum tumulos in transitu

veneratum scribunt. Bern. Frein-  
sheimus tamen præfert eorum,  
quā non tam ad heroum tumulo  
parentauerit Alexander, sed &  
ceterorū bello cæsorū. Vide Diod.

Parentauerit] Inter parentandum  
cum Achillis statuam circumcur-  
reret, dixisse fertur: felicem illum  
esse, qui viuus tam fidum amicū,  
mortuus tam egregium habuerit  
præconem.

CAP. VI. Parentandum suū reb.]  
Ita Cræsus Cyro suadens, ne Ly-  
diā populandam militi daret: nō  
meam, inquit, urbem, non res meae  
diripies, nihil enim ad me ja ista  
pertinet: tua sunt: tua illi perdent.  
Herodot. 1. 88. Et, vt inquit Iocast.  
ad Polynicem, Thebāid. Senec. act  
1.

*Quae corripagne, quæ men gla-  
dio jutis.  
Aliena credis.*

Nullum desperacionis Persarum  
maius indicium Alexandro fuit,  
quā quod urbes, quod agris suis  
vererent: quicquid nō corripi sent,  
hostiū esse coniungi. Curti. 2. 14. 4.

2. In exercitu eius] Plutarchus in  
Alex. c. 23. scribit, quosdam Alexan-  
dro tribuere peditum triginta  
millia, & tot edit Diodorus.  
17. 17. & Arrianus ib. 1. alio-  
peditum quatuor & triginta mi-  
lia. Equitum autem illi quinque  
millia, hi quatuor sūlī tradide-  
ruat. Diodorus in numero equi-  
tum consentit cum Iustino: Nau-  
ibus autem longis sexaginta tra-  
ctisse Hellespontum refert. Fro-  
tinus, 4. 2. 4. solis hominum xl.  
millibus orbem terrarum aggredi-  
sum scribit. Bong.

3 genti, naues cētum lxxxii. Hactam parua manu vni-  
 4 verum terrarum orbem vtrum sit admirabilius, vicerit  
 an aggredi ausus fuerit, incertum est: cum ad tam peri-  
 culosum bellum exercitum legeret, non iauenes robu-  
 stos, nec primum florem ætatis, sed veteranos; pleros-  
 que etiam emeritæ militiæ, qui cum patre patriisque mi-  
 litauerant, elegit: ut non tam milites, quam magistros  
 militiæ electos putares. Ordines quoq; nemo nisi sexa-  
 genarius duxit: ut si principia castrorum cerneret, sena-  
 tum te alicuius priscae reipubl. videre diceret. Itaque ne-  
 mo in prælo fugam, sed victoriam cogitauit: nec in pe-  
 8 dibus cuiquam spes, sed in laceris fuit. Contra rex Per-  
 sarum Darius, fiducia virium, nil astu agere, affirmans  
 9 suis, occulta consilia Victoria furtiva conuenire, nec hostē-  
 regni finibus arcere, sed in intimum regnum accipe-

IC:

6. *Principia castrorum*] De militia Macedonica loquiter auctor more Romanorum, quibus principia loci castrorum, princeps & ficer, quia in iis aquilæ & signa, id est, dij in militares item, in iis, aut iuxta illa, tribuni, præfecti, honestissimi decurionum & centurionum. Plutarchus in Galba cap. 17. ἀρχαῖα, οὐ πρύκτια πομπαῖς καθέσθι. Statius eti in re Geæca, circumscribit lib. 10. 171.

Venit ad conciliū penetrale, domumque verendam

*Signorum.*

*Initia* vocat Sidonius Apollinaris, 1. 13. si recte locum capio: *Quem inter initia cognosci, claras vi- trici magis quam patris fecit.* Bern.

8. *Affirmans suis, occ. eons. vittoriis furrius conu. &c.*] Omnes ha-  
 genus editi: affirmans, suis occ.  
 eons. vitt. furrius non conu. Secuti  
 animus Gruteri iudicium, in Notis  
 ad Linium, 1. 11. 8. censentis locum  
 ita restituendum auctoritate mss.  
 dicta particula negatiua non. Id est  
 enim Darius dicit, quod Alexander apud Cartium 4. 13. 11. La-

trunculorum & furum ista soler-  
 tia est, quam præiu mibi, quippe  
 illorum votum unicum est fallere.  
 De Parthis rex eorum Sapor apud  
 Ammianum, 17. 1 c. Illud apud nos  
 nunquam acceperum fuit, quod  
 adserit res Romani exultantes,  
 nullo discrimine virtutis ac dolia  
 prosperos omnes laudari debers.  
 bellorum euenevit. Quanquam &  
 Romanis, nimirus antiquis, hanc  
 animi magnitudinem tribuit Li-  
 nius, 42. 47. 5. &c. Tacit. annal. 1. 88.  
 2. Atheniensibus Thucydides, 2. 8.  
 24. Athæis Polybius, 13. 1. Helue-  
 tiis Cæsar bel. Gall. 1. 13. Verum ista  
 plerumque iactantius dicuntur,  
 quam sunt. Bern.

*Vittoria furtiva*] Thucydides, 5.  
 2. 5. strategemata vocat apposite  
 κλεψυδρα, hoc est, interprete Sal-  
 lustio hist. 1. 4. 13. furra belli. Huc  
 respicit & Tacitus annal. 3. 74. 2.  
 Tacfarinas furandi bonus. Alexan-  
 dro celebre dictum est apud Plu-  
 tarchum in eius vita, cap. 57. Οὐ  
 κλεψυδρα τὸν ῥίτου, non furor vi-  
 toriam. Bern.

9. *Hostem regni fin. arcere*] An-  
 praferet, bellum domi excipere,

re: gloriosius ratus repellere bellum, quam non admittere. Prima igitur congressio in campis Adraстиis fuit. 10 In acie Persarum sexcenta millia fuere, quæ non minus 11 arte Alexandri, quam virtute Macedonum superata, terga verterunt. Magna itaque cædes Persarum fuit. De 12 exercitu Alexandri nouem pedites, centum viginti equites cecidere; quos rex impense, ad certorum exemplum 13 humatos, statuis equestribus donauit, cognatisque eorum immunitates dedit. Post victoriam maior pars Asiae 14 ad eum defecit. Gessit & plura bella cum præfectis 15 Darij, quos iam non tam armis, quam teriore nominis sui vicit.

CAP. VII. Dum hæc aguntur, interim indicio cap- 1  
tiui ad eum defecit, insidias ei ab Alexandro Lyn-  
cistarum, genero Antipatri, qui præpositus Macedoniae  
erat, parari. Ob quam causam timens, ne quis interfe- 2  
cto eo in Macedonia motus oriretur, in vinculis eū ha-  
bituit.

an vero in hostilem agrum inferre, disputatur in Linio, 31. 7. Addo  
nostrum supra 1. 8. 2. infra, 22. 5. 4.  
& 5. Bern.

10. *Adraстиis*] Stephanus de ur-  
bibus Aegyptiis medior, per  
quod fluit Granicus fluvius, à quo  
hoc prælium dicitur ad Gran-  
icum. Strabo libro 13. Bern.

11. *In acie Persarum*] Diodorus,  
17. 19. peditum centum millia,  
equitum decem: qui hoc prælio  
Persarum peditum decem millia  
cecidisse auctor est Plutarchus c.  
26. peditum viginti millia. Bong.

12. *Nouem pedites*] Idem ex Ari-  
stobulo refert Plutarchus cap. 26.  
& confirmat Orosius 3. 16. & 4. 1.  
ne quis cum Glareano mendum hic  
esse suspicetur. Arrianus ex Mace-  
donum auxiliis xxv. cecidisse: ex  
reliquis equites 1. x. pedites xxx.  
Plutarchus ex Aristobulo c. 26. in  
universum quatuor & triginta. B.

Centum viginti &c.] xxxii. pe-  
dites, D. saucios, equites cl. inter-  
fictos Q. Curtius scribit.

13. *Impense, ad cert. e. humatos*] Diodorus, 17. 21. Rex suos mag-  
nifice sepultura tradit, excita-  
tores ad discrimina pugnarum  
reddere cupiens milites eiusmodi  
honestamenris. Nostris moribus,  
nemo conqueri poterit, paucos  
esse viros fortis, qui impigne &  
intrepide in hostem vadant: quan-  
do nec viui meritis præmis, nec  
mortui dignis honoribus afficiun-  
tur. Bern.

*Statuus equestribus*] Aeneas sta-  
tuas in templo Iouis erexit, quas  
Lysippus statuarius Alexandri fin-  
xit, refert Arrianus lib. 1. Bern.

14. *Major pars Asiae*] Quia est in-  
tra taurum & Euphratem Stra-  
bo. Bern.

15. *Terrore nominis &c.*] Sic  
Holabella terrore nominis Romani  
soluit Numidarum obliuum. Ta-  
cit annal. 4. 24. 2. pro belli initlis  
ducem aut timeri aut sperni, pro-  
lixus Gruterus ostendit ad Taciti-  
sum dissertatione 8.

buit. Post haec Gordien vibem petit, quæ posita est inter  
 Phrygiam maiorem & minorem: cuius vibis potius  
 non tam propter prædam cupidus eum cepit, sed quod  
 audierat in ea vrb: in templo Iouis iugum Gordij posi-  
 tum; cuius nexum si quis soluisset, eum tota Asia regna-  
 turum, antiqua oracula cecinisse. Huius rei causa & ori-  
 go illa fuit Gordius cum in his regionibus bubus con-  
 duclis araret, aues cu omnis genetis circumvolare co-  
 perant. Profectus ad consulendos augures vicint vibis,  
 obuiam in porta habuit virginem eximam pulchritudinis;  
 percontatus eam, quem potissimum augurum consulueret:  
 illa auditam causa consulendi, gnata artis ex disciplina pa-  
 rentum, regnum ei portendit, respondit: polliceturque se &  
 matrimonii, & spei sociam. Tam pulchra conditio, pri-  
 ma regni felicitas videbatur. Post nuptias, inter Phry-  
 gas orta seditione est. Consulentibus de fine discordiarum,

oracula

CAP. VII. 3. Post haec aliter Cur-  
 tius, 3. 16. &c. qui ante prelium hec  
 facta memorat. Bern.

Gordien ita veteres omnes :  
 Grexi Tropis, & Ita fortasse libra-  
 riusr scripserat, ut infra multis lo-  
 cis Crateron, & o facili est in e-  
 mutatio Stephanus vocat Tropis.  
 Hic initium habent quæ ad nos  
 peruenierunt Q. Curtij fragmenta.  
 Bern.

Gordien urbem perit, qua postea  
 est inter Phrygiam maiorem, &  
 minorem Falium. Non enim inter  
 Phrygiam maiorem, & minorem,  
 sita vrbis Gordiū, sed inter Phry-  
 giam maiorem, & Cappadociam.  
 Stephanus Tropiditor waris & ut-  
 yulis: vicias, & ecce tā Kato-  
 padocia, & Tropis & waris  
 Mys. Alii tamen similes in  
 Phrygia minore ad Sagaram po-  
 nunt. Sed inepte. Inpletum quo-  
 que illi, qui eandem ac Sardes fa-  
 ciunt. Celzas enim Alexander  
 iam ceperat. Neque quicquam pro-  
 didit, eum regressum in Phrygiam

Helle Pontiacam. Voss.

4. Iugum Gordij Malim quod in  
 quibusdam imprimis ob... iugum  
 planum Gordij, sicut eriam intrap-  
 num, 13 Berno.

6. I profectum ad consulendos eue-  
 gures vicina vrbis. Omnes scribentes  
 ad augures Tropis in vrbis; nou-  
 viena. Nihil enim minus, quæ in  
 vicina fuit hac vrbis Phrygia. Tel-  
 misenses autem suisse tropis  
 vrbis, non ignoramus. Ien-  
 ydus, nec bardi & bambaliones  
 ignorant. Confirmat hanc co-  
 Curram Arrianus lib. 11. quem con-  
 sulit. Ab ille paululum ab Iustino  
 in hac narratione. Sed non possum  
 omittere, quid sit quod maxime  
 hic mirer. Cum enim supra dixer-  
 it, & nos etiam ex aliis ostende-  
 rimus, Midam cum Phrygibus ex  
 Europa in Asiam traximus: quo-  
 modo viter eius Gordij in Phry-  
 gia Asia regnare poterit?  
 Aut quando Phryges aucte Mi-  
 dam in Asi? Non tamen hoc vnu-  
 tusinus; sed & Arrianus, & alijs  
 produnt. Idem.

oracula responderunt, regem discordis opus esse. Iterato et  
quarentibus de persona regis, iubentur cum regem  
obseruare, quem reue, si priuom in templum Iouis eun-  
tem plaustrio reperissent. Obios illis Gordius fuit, sta- 12.  
timque eam regem consalutant. Ille plaustrum, quo ve- 13.  
henti regnum delatum fuerat in templo Iouis positum,  
majestati regiae cosecravit. Post huc filius Mida regna- 14.  
uit, qui ab Opheo sacerorum solennibus initiatus, Phry-  
giam

10. Regem discordis opus esse ] Vulgo regē non protrit p̄natos  
igorantia. Cicero ad Att. 15. epist.  
20. Vide nūbi opus esse uaticum.  
Plautus Truculentus :

Quid isti suppositum puerum  
opus fēpim⁹ ?  
Lucretius, 5.235. Nec crepitacula  
eris opus est. Vide Nonium. Ad rem  
facit illud Taciti annal. 1.9.11. Non  
alind discordantis pacis reme-  
diūm, quam ut ab uno regatur. Et  
hist. 1.1.2. Ad unum omnia refer-  
ri, pacis interest. Bern.

13. Vehentis] Passim hoc est acci-  
piendum, eodem scilicet sensu,  
quo Cicero dixit de cl. orator. c.  
97. Adolescentia per medias la-  
udes quasi quadrigis vehens. & de  
nat. deor. 1.28. Māritimus Triton  
pinguit narantes machens bel-  
lum, pro inuestis. Bern.

14. Mida] De quo Poëta fabula-  
ti sunt, quicqnid manibus atq[ue]  
set in aurum conuersum. Cic. Mida  
illi Phrygio, cum puer esset, dor-  
mienti, formicæ in os grava truci  
concesserunt, ditissimum tunc  
prædicatum est, quod evenit. Fait  
autem hic Gordij filius, Phrygiz  
majoris rex, qui Ancyram urbem  
condidit, cuius Plinius & Prole-  
mæus meminere. Cuius infinitæ  
opes in Prouerbiuni abiēt. Notus  
ex Suida; Stephano, Ariophanis  
interprete, Ouidio, cui & Berecyn-  
thi Heros dicitur. Mida Fertur de  
Sileno fabella quædā, qui cū à Mi-  
da captus esset, hoc ei munera pro  
sua missione dedisse scribitur: &  
dormisse regē. Non nasci homini lō-

ge optimum esse: proximum aure  
quamprimum mori. Sed & de reb⁹  
Physicis arcana quedam à Sileno  
Midā κατηγόρων, auctor The-  
opompus Chius, & ex eo alij multi.  
In his Strabo, Tertullianus, Aelia-  
nus, & Philostratus. Itaque docti-  
simus omnium Poëtarum Virgi-  
lius, carmē de principiis & con-  
ditu rerū & vetustissimis reb⁹ alij  
scripturus, Sileno potius quā alij  
vlli de tantis rebus differendi par-  
teis attribuit: quod qui temere à  
prudentiū vole putant factum,  
imperiti sunt, atque inepti. Midam  
vero etiam ipsum de Satyrorum  
genere fuisse, Philostrato, aliisque  
plures virum faciunt, Phry-  
 thesauros regios, qui centum &  
 lxxx millia talentiū continebāt.  
 Vide & Strabonem l. 15. Hæc Bong.  
 cuius per sagacem coniecturam  
 Franc. Modij membranæ disertim  
 confirmant. Vide & Curtium, 5. 8.  
 1. Freinshemius ostendit mihi lo-  
 cam Plinij, 6. 14. Ebarana à Se-  
 leuco rege condita, qui gestis his-  
 ce multo posterior fuit. Alteru-  
 trū igitur esse falso oportet: n̄i  
 condere Plinio idem sit, quod in-  
 flaurare. Sic. auctoꝝ, 18. 4. 1. Bern.

Congesta] Hactenus editi, nuper  
 congesta. Sed delendum & nuper  
 & Bongarsius in variis censu-  
 fit, & Modius nec vestigium eius  
 in suis mss. comparere dicit. Bern.

6. Gracia] Diodorus, 17. 62. Curtius, 6. 1. Bong.

Recuperanda] Mss. Reciperan-  
 da.

7. Soli ſperauerant] Supra, 9. 5. 3.  
 9. In ipso orru] Iulius, 29. 3. 1. 4.  
 Niſi orientem ignem opprimamus,  
 ingenti mox incendio, cum iam  
 nullam opem ferre possumus, ar-  
 debimus. Curtius, 6. 3. 17. Parua  
 ſape ſcintilla contemta, magnum  
 excitauit incendium.

10. Agis rex] De huius militari  
 robore Diodorus, 17. 63. & Curtius, 6. 1. ubi scribit cecidisse Lacedæmoniorum quinque millia &  
 cccl. ex Macedonibus haud amplius tria millia. Quo de numero  
 variat nonnihil Diodorus, ibid.  
 Bern.

hostium edidit, ut agmina interdum fugaret. Ad postremum, et si à multitudine viclus, gloria tamen omnes vicit.

CAP. II. Porro Alexander, rex Epiri, in Italiam à Tarentinis, auxilia aduersus Bruttios deprecantibus, solicitatus, ita cupide profectus fuerat, veluti in diuisione orbis terrarum, Alexandro, Olympiadis sororis suæ filio, Oriens, sibi Occidens sorte contigisset: non minorem reum materiam in Italia, Africa, Siciliaque, quam ille in Asia, & in Persis habiturus. Hac accedebat, quod sicut Alejandro Magno Delphica oracula insidias in Macedonia, ita huic responsum Dodonæi Iouis urbem Pandosiam amnésmque Acherusium prædixerat. Quæ

"CAP. II. 1. Epiri? Regio Græcia, in qua Pyrrhus imperavit, olim Molossia & Chaonia dicta. Vide Strabonem lib. 8.

Alexander rex Epiri] Vide Liliūm, 8. 24. Strabo l. 3. contra Messapios & Lucanos euocatum scribit. B. Eideni cognomentum fuisse Molosso, tradit Agellius, 17. 2. & addit, in Italiam transeuntem dixisse, se quidem ad Romanos ire quasi in eundem regnum hoc est, viorum domicilium Alexandrum Magnum esse ad Persas quasi in viuis locis, domicilium mulierum. Fuerit igitur Alexandri Molossi expeditione posterior expeditio Alexandri Magni. At Plutarchus priorem facit in comment. de fortun. Rom. c. vlt. Bern.

Tarentinu] Tarentum, Magnæ Græciae vrbs clarissima, quam describit Florus, & Procopius. 3. Gothic. Vide & Iustini nostru l. 20. Bruttios] Bruttium Græcis Brettia. & apud Athenæum l. v. apud Diodorū Siculum in Eclogis, aliosque auctores, Brettia, & dicitur. Dionysio Afro Brentij quoque appellantur. Vide & Diodorū lib. xxi. qui & ideo Brettios appellatos scribit, quod serui, essent &

vtraque fugitiui Lucanorum. De iudeo scribit Strabo l. xvi. qui & peninsulam appellat Bruttiorum agrum. Limites autem eius fuere ad Hetrucum mare Laris amnis, ad Siculum mare & Tarentinum sinum Sybaris fluvius. Clues. Vide Leopard. l. iv. Emend. c. xiiii.

3. Responsum Dod. Iouis] Modius hoc loco tale producit, haud scio an γνωστον.

Αιακίδης μεγάλαξος μολεύ  
αχρόνοις θέσεως,  
Παρδονία πέπτη τοι δεναλός  
περεγύρη οισι.

Diversum ab hoc oraculum referunt Strabo lib. 6. & Stephanus in. Pardonie. Bern.

Pandosiam] Pandosia, Pardonie, Lucanorum vrbs, in Italia. Oenotria quandam regiam fuisse, scribit Strabo. Pandosi, per a diphthongon in secunda, habet Plutarchus de fortuna Rom. Mardoniam à Theopopo appellari tradit Mar. Niger. Castrofranco hodie nominari scribit G. Barius, Mendicino Prosper Parisius. Huius incolas putat idem à rlinio Acherontios appellari, ab Acheronte fluente præterfluente. Ortel.

Ammon.

vtraque cum in Epiro essent, ignarus eadem & in Italia esse, ad declinanda fatorum pericula, peregrinam militiam cupidius elegerat. Igitur, cum in Italiam venisset,  
 6 primum illi bellum cum Appulis fuit: quorum cognito  
 vrbis fato, breui post tempore pacem & amicitiam cum  
 7 rege eorum fecit. Erat namque tunc temporis vrbis Ap-  
 pulis Brundusium, quam Aetoli, sequenti tum fama rerum  
 in Troia gestarum clarissimum ac nobilissimum ducem.  
 8 Diomedem, condiderant: sed pulsi ab Appulis, consu-  
 lentes oracula responsum acceperant, locum quem repe-  
 9 rissent, perpetuo possessuros. Hac igitur ex causa, per lega-  
 tos cum belli comminatione, restituit sibi ab Appulis  
 10 vrbem postulauerant. Sed ubi Appulis oraculum inno-  
 tut, interfertos legatos in urbe sepelierant, perpetuam  
 ibi sedem habituros. Atque ita defuncti responso, diu  
 11 vrbem possederunt. Quod factum cum cognouisset  
 Alexander, antiquitatis fata veneratus, bello Appulo-  
 rum abstinuit. Gessit & cum Brutii Lucanisque bel-  
 lum, multasque vires cepit: tum & cum Metapontinis  
 &

*Ammenque Acherusium] Adie-  
 ciue, quomodo & Liuus 8.24.3.  
 Acherusiam aquam. Statim infra,  
 n. 14. Acheron est, ex quo accolte  
 dicti Acherontini Plinio lib. 3. sub  
 finem capit. 5. Bern.*

*Pandosiam, Acherus, &c.] Simi-  
 litudine ambiguitate prædictæ mortis  
 exempla habent Thucydides, 3.  
 15. 12. de Hesiodo: Pausanias in  
 Arcad. & Suidas de Epaminonda:  
 Herodot. 3. 54. de Cambyses: Plutar-  
 chus Pyth. orac. c. 26. de Lyandro:  
 & in Flaminio, c. 34. de Annibale:  
 Aelianus var. 3. 45. de Philippo  
 Macedone. Scilicet mos oraculæ,  
 per ambages respondere, inquit Ta-  
 citus annal. 3. 54. 8. quorum de fal-  
 lacri vanitate vere Thucydides, 5.  
 16. 30. Bern.*

*7. Brundusium] Vett. Brundu-  
 sum. Græci Βρύνθιον: unde à  
 Poëtis. Brenda dictum. Festus: aut  
 potius: Brema, in a. voce duabus  
 syllabis, truncata, quod est Ennio  
 familiare. De eo Strabo 1.6. & Ste-  
 phanus. Habitatum à Cretensibus  
 Brundusium, auctor est Strabo, &  
 Lucanus 1.2. & 5. Boni.*

*10. Interfertos legat. i. v. sepel.]  
 Quam inhumanitatem prædixit  
 Cassandra apud Lytophonem.  
 vers. 10. 6. & seqq. B.*

*Sepelierant] Fr. Sepelierunt.*

*12. Monrapontinu] Metapontii  
 Plinio, Metapontium, Μεταπόντιον  
 Ptolemeo & Straboni. Magnæ  
 Græciæ maritimum opidum, quod  
 Torre di mar Leandro, & Ana-  
 nieni dicitur. Thebesaze castel-  
 lum:*

& Pediculis, & Romanis, sedus amicitiamque fecit.  
Sed Brutij Lucanique, cum auxilia à finitimis contra-<sup>13</sup>  
xissent, acris bellum repetiuere. Ibi rex iuxta rive Pan-<sup>14</sup>  
dosiam, & flumen Acheronta, non prius fatalis loci co-  
gnito nomine, quam occideret, interficitur; moriensque  
non in patria fuisse sibi periculosam mortem, propter  
quam patriam fugerat, intellexit. Corpus eius Thurijs<sup>15</sup>  
publice redemptum sepulturæ tradiderunt. Dum hæc<sup>16</sup>  
aguntur in Italia, Sopyrion quoque praefectus Ponti ab  
Alexandro Magno relictus, otiosum se ratus, si nihil &  
ipse gessisset, adunato xxx millium exercitu, Scythis  
bellum intulit: cæsusque cum omnibus copiis, pœnas<sup>17</sup>  
temere illati belli genti innoxiae luit.

CAP. III. Hæc cum nuntiata in Parthis Alexandro<sup>1</sup>  
essent, simulato morore, propter Alexandri cognatio-  
nem, exercitui suo triduum luctum indixit. Omnibus<sup>2</sup>  
deinde, velut perpetrato bello, redditum in patriam ex-  
spectantibus, coniugesque ac liberos suos animo iam  
quodammodo complectentibus, ad concionem exerci-  
tum vocat: ibi nihil actum tot egregiis præliis ait, si inco-<sup>3</sup>  
lumis Orientalis barbaria relinquatur: nec se corpus, sed  
regnum Darij petisse; persequendosque esse eos, qui à regno  
defecersint.

Hæc hoc loco nunc esse scribit  
Niger, Trebisati legendum duco,  
(At Celso Cittadino verior sen-  
tentia est Leandi quam Nigri.) Vibo aliquando vocata fuit, ut So-  
linus auctor est. sic eam quoque  
nominat Cæsar libro bellorum  
ciuilium tertio. Oret.

Pediculus] Italiz populi. Plin. 3.  
3. Strabo lib. 6. Ποδικλας vocat. in  
mss. legitur Pediculi. Ide qui li-  
bros impressos ewendarunt, fece-  
runt Rutili, longe petitæ conje-  
cta. Boni. Apud Appianum etiam  
ciuili. bellor. lib. 1. corrupte legitur  
Ποδικλας, pro Ποδικλας. Et apud  
Val. Max. 7. 6. ex emp. 1. pro Fidi-

culis esse scribendum. Pediculi,  
bene monuit Ph. Cluverius Ital.  
ant. lib. 4. cap. 10. Ceterum Pedi-  
culturum, hæc enim vera scriptura  
est) oppida enumerat Plinius, 3.  
11. m. Bern.

16. Sopyrion] De quo & infra, 37.  
3. 2.

17. Panas temere ill.] Lucanus, 7.  
343.

Causa juber superos melior spe-  
rare secundos,  
Id quod justa dissertatione confir-  
mat Gruterus, quæ est ad Tacitum  
quinquagesima tertia.

CAP. III. 1. Triduum] Se-  
bis. tridui..

4. Mar.

defecerint. Hac oratione velut ex integro incitatis militū animis, Hyrcaniā, Mardosque subegit. Ibi ei occurrit Thalestris sive Minithaea, Amazonū regina, cum ccc. mulieribus, xxv. dierū inter cōfertissimas gentes itinere confecto, ex rege liberos quæsitura: cuius conspectus aduentusque admirationi omnibus fuit, & propter insolitū feminis habitum, & propter expetitū concubitum. Ob hoc tredecim diebus otio a rege datis, ut visa est vterum implesse, discessit. Post hæc Alexander habitum regum Persarum, & diadema, insolitum antea re-

4. *Mardosque*] Quidam hoc loco  
legerunt *Mēdos*, quomodo & in  
Eusebio editum est, contra libros.  
*Bong.*

5. *Ibi ei occurrit Thalestris*] Non  
videtur Iustinus, vt alij, Amazonum  
gentem in Hyrcania ponere;  
sed ad Mæotim, & Tanaim. Nam  
inquit, xxv dierum itinere cōfecto  
in Hyrcania occurritis Alexandro.  
Rectius sane. Neque enim illus  
Geographorum Amazones alibi  
collocare, quam ad Mæotim un-  
quam dubitauit. Eaque etiam de  
causa Mæotidas, & Tanaitidas ap-  
pellari, nemo nescit. Seneca Hip-  
polyto:

*Quali reliquæ frigidæ Ponti plagiæ  
Egit catervas, Atticum pulsans  
solum,  
Tanaicu, aut Mæotis, & nodo co-  
mas  
Coëgit, omisitque lunata latus  
Prorecta pœtra; talis in silua ferar.  
Ita leg. ex ms. Vulgo pessime, Aut  
Tanaicu, aut Mæotis. Curtius tamen  
lib. vi. Hyrcaniam finitimam facit  
Amazonum gentem. Sed male. Erat  
(vt supradictum est) Hyrcania fi-  
nitima gens. Amazonum, quondam  
circa Thermodonta amné Themis-  
cyra incolentium campos. Reginam  
habebant Thalestrim, omnibus in-  
ter Caucasum montem & Pisæsin  
annem imperiæ esse. Ita lege. Vide  
quoque Diodorū, ad annum vi.  
*Olym. cxii.* Causa erroris hac est:*

gibus  
quod laxerem sive Orxantem,  
Tanaim esse crederent milites Ale-  
xandri. Adi Arianum lib. vii. *Voss.*

6. *Thalestris*] Straboni lib. vii. est  
Oct. h. 5. 12. B. De ea supra, 2. 4. 37.  
infra, 42. 3. 9. Adde Plutarchum  
Alex. c. 81. *Bern.*

7. *Cum trecentis mulieribus*] Sic  
edidi, vnius codicis fidem sequen-  
tus, & Diodorū, 17. 77. B. Firmat  
& Curtius, 6. 5. 36. Prius pasum le-  
gebatur, cum trecentis milibus  
mulierum, absurdus. *Bong.*

8. *Conferuntur*] Editiones qua-  
dam infestissimas, quod probabi-  
lius est. *Bern.*

9. *A rege*] Alij hoc omittunt, nec  
est necessarium.

8. *Habitum regum Persarum*] Sic &  
Curtius, 6. 6. 4. At medium inter  
Persicum & Medicum habitum  
sumisse, auctor est Plutarchus,  
Alex. c. 79. *Bern.*

10. *Diadema*] Fascia, à stria sive quod  
est, cingere, circumligare. Quippe  
regis capitis redimiculum erat. Ita  
que apud Ammianum legimus ob-  
iectum fuisse rompeio à suis  
trotectoribus, quod regis maiestati  
affectaret insignia, cum ulceris  
tegendi gratia cädida fasciola crus-  
obligasset aliquamdiu. Nihil enim  
interesse dicebant, quam quis cor-  
poris partem hoc regio insigni re-  
dimiret. Plutarchus scribit, libro de  
Alexandri virtute, Tigranem Ar-  
menium candidam fasciam, regni  
insigne.

gibus Macedonicis, velut in leges eorum, quos vicerat, transiret, assumit. Quæ ne inuidiosius in se uno conspi- 9 cerentur, amicos quoque suos longam vestem auratam purpureamque sumere jubet. Ut luxum quoque, sicuti 10 cultum Persarum imitaretur, inter pellicum regiarum greges electæ pulchritudinis nobilitatisque, noctium vi- cies diuidit. His rebus ingentes epularum apparatus ad- 11 jicit, ne jejuna & destructa luxuria videretur, conuri- viumque iuxta regiam magnificentiam ludis exornat: imminenor prossus, tantas opes amitti his moribus, non 12 quari solere.

C A P. IV. Inter hæc indignatio omnium totis ca- I ftris erat, à Philippo illam patre tantum degenerauisse, ut etiam patriæ nomen ciuraret, moresque Persarum as- sumeret, quos propter tales mores vicerat. Sed ne solus 2 vitiis eorum, quos armis subegerat, succubuisse videre-

insigne, abieciisse ad pedes rom-  
pōij, & ita regnum in prædam  
concessisse. Legimus & Alexan-  
drum ipsum olim diadema sibi  
dāmissæ caussa vulneris obligan-  
di, quo Lysimachus vulneratus  
fuerat in fronte: id quod Lysima-  
cho regalis potestatis auspicium  
fuisse tradunt auctores. Regum  
etiam Persarum Cidarin cœrulea  
fascia, albo tamen colore distincta,  
circumibat. Hujuscemodi fasciæ  
inuentor dicitur Bacchus. Sed apud  
Romanos primus Aurelianus istam  
capiti innexuit, ut scribit Aure-  
lius Victor. Atque hinc est, quod  
cum Isidoro facere non possem,  
cum dicit, esse diadema ornamen-  
tum capitis matronarum ex auro  
& gemmis contextum, quod in se  
circumactis extremitatibus retro  
astringitur. Fung.

9. Longam vestem auratam ]  
Quam Curtius, 3. 3. 28. pallam auro  
distinctam. Plutarchus ibidem  
stolam barbaricam appellat. Bern.  
10. Ut luxum ] Bene monente  
Freinshemio, puncto hæc à pre-  
se deatibus separavi, quibus com-

tūr;  
mate hastenus adnexa male hære-  
bant. Bern.

C A P. IV. 1. Patria nomen  
ejus. ] Quomodo patriæ nomen  
ciurarit Alexander, non capio: à  
moribus quidem patriis dicebis-  
se manifestum est: non ideo ta-  
men Persa liberi voluit. Quid si  
legamus patri nōmē? Iouis enim  
suum se, non Philippi, dicebat.  
Plerique mss. patria nomine jura-  
ret. Simili modo infectus Gellius,  
1. 2. Sandissima discipline nomine  
menirentur. Leg. nomen emen-  
tirentur. Hæc Bong. Contra Val. Ac-  
dalius ad stell. 2. 68. 4. patria nōmē  
rectum esse contendit. Nam cer-  
tum, de luxu regis & mollitie tan-  
tum, non de superbia, querelam hic  
esse, ut qui, quos armis subegerat,  
corum vitiis succumberet. Adstip-  
ulatur Noster mox 12. 5. 2. Hoc  
igitur ægræ exercitus ferebat, ma-  
culum Macedonum nomen, belli  
fama Orbe toto celebre & terri-  
bile, moribus effeminatis Persa-  
rum corrupti, & ipsum velut ef-  
eminari. Bern.

tur; militibus quoque suis permisit, si quarum captiu-  
 3 rum consuetudine tenerentur, lucere vxores: ex stimans  
 minorem in patriam reditus cupiditatem futuram, ha-  
 bentibus in castris imaginem quandam latium, ac do-  
 4 mesticæ sedis: simul & laborem militiae molliorem fore  
 5 dulcedine vxorum. In supplementa quoque militum  
 minus exhausti posse Macedoniam, si veteranis patui-  
 6 bus tirones filij succederent, militaturi in vallo, in quo  
 essent nati, constantioresque futuri, si non solum tiroci-  
 7 nia, verum & incunabula in ipsis castris posuissent. Quæ  
 consuetudo in successione quoque Alexandri manuit.  
 8 Igitur & alimenta pueris statuta, & instrumenta armo-  
 rum equorumque iuuenibus data; & patribus, pro nu-  
 9 mero filiorum, præmia statuta. Si quorum patres occi-  
 dissent, nihilominus pupilli stipendia patrum trabe-  
 bant; quotum pueritia inter varias expeditiones militia  
 10 erat. Itaque à parvula ætate periculis laboribusque in-  
 durati, invictus exercitus fuere: neque castia aliter quā  
 patriam, neque pugnam aliud vñquam quam victo-  
 11 riā duxere. Hæc suboles nomen habuit Epigoni. Par-  
 12 this deinde domitis, præfectus his statuitur ex nobili-  
 bu s Persarum Andragoras: vnde postea originem Par-  
 thorum reges habuerre.

CAP. V. Inter ea Alexander non regio, sed hostili o-  
 dio sœuire in suos cœpit. Maxime indignabatur carpi-  
 se sermonibus suorum, Philippi patris, patriæque mores  
 3 subvertisse. Propter quæ crimina, Parmenion quoque  
 senex,

*e. Laborem militie.]* Tacitus an-  
 mal. 3. 3 a. 5. *Bella plante accinſſu*  
*abeunda: sed reuertentibus post la-*  
*forem, quod honestina quam uxo-*  
*rium leuamentum?* Disputatur eo  
 loco, An magistratum in prouin-  
 ciam euntem comitari vxor de-  
 beat. *Bong.*

*i. Epigoni]* Quo nomine & eo-  
 rum, qui ad Thebas cum Polynice

occubuerant. *B. Vide Diodorum, 4.*  
 6. *pt. Bern.*

*ii. Andragoras]* Conferenda hæc  
 cum 4 t. 4. 9.

*CAP. V. 3. Parmenion]* Parmenion  
 annorum 70. vir militie, domique  
 clarus necatur cum filio Philota,  
 de cuius cæde Curtius eleganter  
 & copiose, 7. 2.

senex, dignitate regi proximus, cum Philota filio, de  
viroque prius quæstionibus habitis, interficitur. Freme- 4  
re itaque omnes viueris castris cœpere, innoxij senis  
filiique casum miserantes; interdū se quoque non debere  
melius sperare dicentes. Quæ cum nuntiata Alexandro 5  
essent, verens ne hæc opinio etiam in Macedoniam  
diuulgaretur, & ne victoriæ gloria leuitit macula ins-  
fusaretur, simulat se ex amicis quosdam in patriam  
victoriæ nuntios missurum. Hocitat milites suis scri- 6  
bere, ratiōem habituros occasiōem, propter militiam  
remotiorem. Datus fasces epistolarum tacite ad se de- 7  
ferri iubet: ex quibus cognito de se singulorum iudicio, 8  
in unam cohortem eos qui de rege durius opinati fue-  
rant, contribuit, aut consumpturus eos, aut in ultimis  
terrīs in colonias distributurus. Inde Drancas, Euerge- 9  
tas, Parymas, Parapammenos, Adaspes, ceterosque

populos,

7. *Fasces epistolarum*] Non ab-  
simili commixto Glos. in Cypro  
bellum gerens, militum in se ani-  
mos deprehendit. Polyen. Strate-  
gem 1.7. Bern.

8. *Durius opinari*] Hoc est, male-  
dicē locuti. Ita verbum hoc usur-  
pat & Suetonius Aug. c. 51.4. Ince-  
cerera criminis obsecrabatur, quod  
male opinari de Cesare soleret. Et  
c. 67.2. seruum grauiſſime de se  
opinantem compedibui coercuit.  
Eodem sensu existimare usurpat  
Seneca, de ira 3.22. Homines & pe-  
riculofissime & libertifissime fa-  
ciunt, ut de rege suo male existi-  
ment. Et Nazarius Paegyr. c. 5.  
Existimare de Principibua nemini  
fas est. Bern.

9. *Drancas*] Drancæ Asia popu-  
li circa Caucaſum montem.

*Parymas, Parapammenos*] Ex  
Diodoro, 17.81. & aliis, legendum  
arbitror *Paropamisadu*. *Adaspes*  
qui sint, non inuenio, quod vul-  
go legitur *Hydaspe*, nomē est ab  
*Hydaspe* Indix suvio constitum.  
Nec placet, quod *Cassios* quidam  
ediderunt. Quid si *Arios* legamus?

Omnino arbitror, duas syllabas  
priorēs της *Adaspes*, ex voce *Pa-*  
*rapamisadu*, adhucisse sequenti  
vocabulo, unde factum sit *Ada-*  
*spos*. Inde *Adaspes*. Sed his  
vocibus restituendis diuino est  
opus. B. n. Ego ne diuinatorem  
non profiteor, ausim tamen affir-  
mare, pro *Paribas* legendum *Ar-*  
*maspes*, idque copulandum ( aut  
forsan à glossatore aliquo copu-  
latum) cum præcedenti vocabulo  
*Euergetas*. Afferit enim Diodor,  
17. 81. *Cyrum Arimaspes*, quod  
exercitum suum, fame grauiſſer  
adfectum, commeatibus iuuissent,  
cum aliis muneribus affectis, tum  
abrogato nomine pristino, *Euer-*  
*getas* eos nuncupasse, hoc est, be-  
neſicos, seu Persica lingua *Orosar-*  
*gas*. Quod cognomentum apud  
persas iis tribui solitum esse, qui  
regem regnumque insigni aliquo  
beneficio demeruerint, & ne cui  
iulquam mesiti memoria intercidet,  
*Orosangarum* seu benefi-  
ciorum nomina in regios comen-  
tarios relata fuisse, clarum est ex  
Estheræ libro, c. 6.2. & 3. Iosepho  
antig.

10 populos, qui in radice Caucasi morabantur, subegit. Inter ea unus ex amicis Darii Bessus, vincitus perducitur, qui regem non solum prodiderat, verum & interfec-  
 11 rat. Quem in ultionem perfidiae excrucianum fratri  
Darii tradidit, reputans non tam hostem suum fuisse  
 12 Darium, quam amicum eius, à quo esset occisus. Et ut  
his terris nomen relinquere, urbem Alexandriam super  
annem Tanaïm condidit, intra diem septimum deci-  
mum muro vi milium passuum consummato, translatis  
eo trium ciuitatum populis, quas Cyrus considerat.  
 13 In Bactrianis quoque Sogdianisque xii. vrbes cōdidit  
distributis his, quoscunq; in exercitu seditiosos habebat.

1. **C A P . VI.** His ita gestis solenni die amicos in con-  
 2 ujuim vocat: Vbi oita inter ebrios rerum à Philippo-  
 gestarum mentione, præferre se patri ipse, rerumque  
 suarum magnitudinem extollere cælo tenus cœpit, as-  
 3 sentante maiore conuiuarum parte. Itaque cum unus è  
 senibus Clitus, fiducia amicitiae regiæ; cuius palinam re-  
 nebat, memoriam Philippi tueretur, laudaretque eius  
 res

antiq. 11. 6. Herodoto, 3. 140. & 8.  
 85. Xenophonte libr. 8. p. d. Aella-  
 no var. 2. 40. Huc refero locum ex  
 Epistola Xerxis ad Pausaniam, ab  
 interpretibus non bene intelle-  
 cum apud Thucydidem, 1. 22. 8.  
 Bern.

11. **Excrucianum fratri Dar-**  
**era.**] Exempli simili, nobilissimi  
 Pœnorum captivi, liberis Reguli,  
 à Senatu Rom. tradiſti sunt ad sup-  
 plicium. Agell. 6. 4. ultioni simul &  
 solatio. De supplicijs Bessi genere  
 variant auctores. Bern.

12. **Alexandriam**] Adde Cur-  
 tiūm, 7. 6. 46. & seqq.

13. **Bactrianis**] Bactriā, Afīz  
 regio Ptolemy, cuius incolas  
 Bactrios vocant romponius & Ste-  
 phranus; sed Bactros Dionysius.  
 Mille vrbium regnum esse tradit  
 Trogus. 41. Carassen à Castaldo  
 dicitur: Sed Bactra à Rainisio.

Bactrianam, cum Margiana, Sog-  
 diana, & Sacarum regiōne, hodie  
 Turrariam Zagatheam appellari  
 scribit Mar. Niger. Orcel.

**C A P . VI.** 1. **Vocat**] MSS. Mo-  
 diani, conuocat: neque aliter  
 unus Bongarsij. Modius tamen  
 nihil mutandum censet, cum so-  
 lennis sit illa vox & præcipua  
 conuiuiis. Cicero famili. 9. Epist.  
 20. ve Verrum vocare sapient au-  
 deamus, hoc est, ad cœnam inui-  
 tare. Catullus epigr. 48.  
 ----- me sedales.

**Quarunt in criniis vocaciones.**  
 Ita Sueton. Calig. 39. 5. Videnda  
 Guillielmi verisimilia, 1. 18. &  
 Plantin. quest. in Amphit. cap. 3.  
 Bern.

2. **Præferre se patri**] De Alexan-  
 dri factantia Plutarch. cap. 40.  
 Bern.

res gestas; adeo regem offendit, ut telo à satellite rapto,  
eundem in conuiuio trucidauerit. Qua cæde exultans, 4  
mortuo patrocinium Philippi, laudemque paternę mili-  
tia obiectabat. Postquam satiatus cæde animis con-  
quievit, & in ira locum successit aestimatio, modo per-  
sonam occisi, modo causam occidendi considerans, pi-  
gere cum facti cœpit: quippe paternas laudes tam ira-  
cunde accepisse se, quam nec connitia debuisset; ami-  
cumque senem & innoxium, à se occisū inter epulas &  
pocula, dolebat. Eodem igitur furore in pœnitentiam, 7  
quo pridem in iram versus, mori voluit. Primum in fle-  
tus progressus, amplecti mortuum, vulnera tractare, &  
quasi audienti confiteri dementiam, arreptum telum in  
se vettit: peregrinatque facinus, nisi amici interueniasset.  
Mansit hæc voluntas moriendi etiam sequentibus die-  
bus. Accesserat enim pœnitentiæ, nutritiœ suæ, sotoris 10  
Cliti, recordatio; cuius absentis eum maxime pudebat:  
tam fœdum illi alimentorum suorum mercedem reddi-  
tam, ut in cuius manibus pueritiam egerat, huic juvenis,  
& victor, pro beneficiis funera remitteret. Reputabat 12  
deinde, quantum in exercitu suo, quantum apud deui-  
tas gentes fabularum atque inuidiæ, quantum apud ce-  
teros amicos metum & odium sui fecerit: quā amarū 13

&amp;

3. Ut telo à satellite rapto eun-  
dom &c.] Insigne crudelitatis  
exemplum in Alexandro, qui Cli-  
tum, cuius virtute in pugna ad  
Granicum soruatus erat, jam se-  
nem in conuiuio transfodit. Im-  
potens & immoderatus in Ale-  
xandro animus. Eros itaque men-  
tem precipitant. Thucydides:  
Νεπιζω σύν τοι πατητατα  
δέσποινα τοι ταχθεις οὐ πρύλω.

5. Postquam satiatus cæde, &c.]  
Sic à Nerone, Perfecto demum  
scelere (matris occisi) magnitudo  
suis intellecta est: Tacit. annal. 13.

10.1. Scelus inter ancipitia proba-  
cum, veru mox pretius estimatur:  
Idem 11.26.5.

Cum scelus admittunt, supereft  
constans: quid fac.  
Atque nefas, tandem incipiunt  
senteire peractu.

Crimibus. —————

Truenal. Sat. 13.237.

6. Iracundus] Non male vienn,  
iracundum.

12. Fabularum] Rumoris & ser-  
monum. Ita Sueron. Ang. 70.1. Ce-  
na cuius ferreior in fabulis fuit:  
hoc est hominum sermone tradu-  
cebatur Tibull. lib. 1. Eleg. 4 fin. ne-  
turis

& triste reddiderit conuiuium suum , non armatus in  
 14 acie , quam in conuiuio terribilior. Tunc Parmenion  
 & Philotas, tunc Amyntas consobrinus , tunc nouerca  
 fratresque interfecti : tunc Attalus, Eurylochus , Pau-  
 sanias aliique Macedoniæ extinti principes, occurre-  
 15 bant. Ob hæc illi quatriduo perseverata inedia est, do-  
 nec exercitus vniuersi precibus exoratus est , precantis  
 16 ne ita mortem unius soleat, ut vnsuersos perdat, quos in  
 ultimam deductos Barbariam, inter infestas, & irritatas  
 17 bello gentes , destituat. Multum profuere Callisthenis  
 Philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem fa-  
 miliaris illi , & tunc ab ipso rege ad prodenda memo-  
 18 ria acta eius accitus. Reuocato igitur ad bellum ani-  
 mo, Chorasmos & Dahas in ditionem accepit.

1 C A P. VII. Deinde , quod primo ex Persico super-  
 biæ regiæ more distulerat, ne omnia pariter inuidiosiora  
 2 essent, non salutari , sed adorari se iubet. Accerrimus in-  
 ter recusantes Callisthenes fuit. Quæ res & illi, & maul-  
 tis

turbis fabula siam. Bern.

17. Callisthenus ] Callisthenis &  
 Anaxarchi philosophorum ora-  
 tione hunc Alexandri incorem  
 esse leuatum refert Plutarch. c.  
 93.

Chorasmos] Artiano lib. 4. Xe-  
 ogoi Strabonij, II. Xegetus  
 oīv: Plinio, 6. 6. Chorasmi. Daha  
 Græcis sunt adū, pro quo hic  
 quidam Sacra reposuerunt. Cur-  
 tius, 7. 4. 6. Chorasmos, Dahas, &  
 Sacas conjungit, vt Solinus cap. 51.  
 Bong.

C A P. VII. 1. Primo] In miss.  
 esse notarunt in primo, quod scri-  
 be junctim in primo. Vetus aduer-  
 bium, nec dubium , quin à Trogo  
 usurpatum : è quo prisca, vt ipse  
 met ait præfat. n. 1. eloquentia vir-  
 ro, auctor desumpta antiquaria  
 verba soarsim epitomæ sive inse-  
 ruit. Val. Acidal.

Adorari ] Hieronymus in Ruf-

finum : Qui adorant, solent deof-  
 culari manum & capita submette-  
 re: etiam corpora prosternere so-  
 lebant in regibus suis adorandis  
 manibus post tergum reductis, te-  
 ste Luciano in Nauigio.

2. Callisthenes ] Cuius aduersus  
 adorationem Alexandri , verba  
 grauiter libereque facta commé-  
 morant, Arrianus lib. 4. pag. 8. &  
 Curtius , 8. 5. Non fuit præcepti  
 memor ab Aristotele sibi dati , ut  
 cum rege, aurarissime, aut quam  
 jucundissime loqueretur. Val. Max.  
 7. 2. Contumacia non facit ad au-  
 lam , Senec. de trasquill. cap. 4.  
 Bern.

Callisthenes ] Hic Callisthenes,  
 cum ab Alexandro in conuiuio  
 Macedonum gesta commendare  
 juberetur , eorum virtutem ranta  
 eloquentia illustravit atque eue-  
 xit , vt coniuix omnes magno  
 aplausu in eum coronas sparse-  
 tins.

Inscr.

tis principibus Macedonum exitio fuit : siquidem sub specie insidiarum omnes interfecti. Retentus tamen est à Macedonibus mos salutādi regis, explosa adoratione. Post hæc Indiam petit, ut Oceano ultimoque Oriente finiret imperium. Cui gloriæ, ut etiam exercitus ornamenti conuenirent, phaleras equorum, & arma militum, argento inducit; exercitumque suum, ab argenteis clypeis, Argyraspidas appellauit. Cum ad Nysam vibem venisset, oppidanis non repugnantibus fiducia religionis Liberi patris, à quo condita vrbs erat, parcii iussit : letus non militiam tantum, verum & vestigia sc̄ dei sequutum. Tunc ad spectaculum sacri montis duxit exercitum, naturalibus bonis, vite, hederaque non aliter vestiti, quā si manu cultus, colentiumque industria exornatus esset. Sed exercitus eius, vbi ad montem acceſſit, repentino impetu mentis, in sacros dei vulnus inſtictus,

*Interfecti*] Dissentit autor à seipso intra 15. 3. 6. & à Plutarcho Alex. c. 98. De morte Callisthenis adde Diog. Laert. in vita Aristot. B. 5. *Iphaleræ*] Phaleræ sunt ornamenti equorum.

*Argyraspidas*] Hoc est, argenteis parmis insignes, quorum meminere prater alios Curtius, 4. 13. 41. & Liuius, 37. 40. 7. Imp. Alexander Scœvus, Ale. Ædrium Magnum imili. anli., imo vincendi studio, cum *Argyraspidas*, tum etiam *Chrysaspidas* instituit. Lamprid. in vita cap. c. 50. Quale quid jam priscis reip. Rom. temporibus factum tradit Liuius, 9. 40. 2. vbi de Samnitibus, cum Romanis pugnam inſtruuerintibus, iacuit: *Duo exercitus erant: scœva alearius auro, alterius argenco calauerunt.* Bern.

*Appellatur Sebil. appellat.*

6. Cum ad Nysam urbem venisset, oppidanu non repugnatibus] Sic quoque Arrianus l. v. Curtius. Statim post puto legendum Cleop. Voss.

*Nysam*] Ita Stephanus, & Strabo 1. 14. Arrianus vero *Nyssan*-Bong.

*Nyssam*] De hac ita Curtius: Sita sub radicibus montis, quem Meron incolebat appellant. Inde Græci menſiendi traxere licentiam, Iouis femias Liberum patrem esse celatum. De bacchis in Indos expeditione scriptū prolixum carmen Nonni. De Bacchi sacris quomodo ex Oriente in Græciam peruerserint, eruditus Heinsius in principio Aristarchi sacri.

7. *Sacrum mons*] qui Meros dicitur Curtius, 8. 10. 20. vbi Bacchum enutritum fabulatur antiquitas ritu, 8. 29. *Nysa* vocatur, ex scriptorum forte vitio. Nam Plinius ipse 6. 21. Merum mons ēlibero patri *sacrum*, à Nysa vicina urbe distinguit. Bern.

8. *Repentino impetu menſi in sacros dei vulnus inſtictus*] In ms. legebatur, inſtictu, non impetu. Quod facit dubiubitare, latuisse hic aliquod verbum minus ab librarius intellectum, vel quod inſolitum

stinctus, cum stupore regis, sine noxa discurrat : ut intelligeret, non tam oppido se parcendo, quam exercitui suo consuluisse. Inde montes Dædalos, regnaque Cleofidis reginæ petit. Quæ cum se dedisset ei, concubitu redemptum regnum ab Alexandro recepit : illecebris consecuta, quod virtute non potuerat : filiumque ab eo genitum, Alexandrium nominauit, qui postea regnum Indorum potitus est. Cleofis regina, propter prostrataam pudicitiam, *scortum regium* ab Indis exinde appellata est. Peragrata India, cum ad saxum miræ asperitatis & altitudinis, in quod multi populi confugerat, pervenisset, cognoscit, Hercalem ab expugnatione eiusdem saxi terræmotu prohibitum : Captus itaque cupidine, Herculis acta superare, cum summo labore ac periculo potitus saxonem eius loci gêtes in deditiâ accipit.

C A P. VIII. Vnus ex regibus Indorum fuit, Poius nomine, viribus corporis, & animi magnitudine pariter insignis, qui bellum jampridem, audita Alexandri opinionem, in aduentum eius parabat. Cōmiso itaque prælio exercitum suum Macedonas inuadere jubet, sibi regem eorum priuatum hostem depositit. Nec Alexander pugnæ moram fecit: sed prima congreßione vulnerato equo, cum præcepis ad terram decidisset, cōcursu sarellitum

litorum quid ipsorum auribus sonaret. Fortissimæ scriptum fuit, repente in incitu mentu, &c. Incitu pro incitatione dixerit Iustinus. Sic Plinius I. III. c. XLV. Qui siue assidue mundi incitu, & contrario siderum occursum nascuntur, siue hic est ille generabiis rerum natura spiritus, &c. Voss.

12. Saxum] Petra A' opygr, seu A' com, vt habet Diodorus, 17.85. & Curtius mss. 8.1.2. B. Iude dicta, quod p:z altitudine ad eam aues euolare non possent. Adde Straboneum lib. 15. plutarhum de fort. Alex. I. 1. c. 2. Lucianum Hernotimo, sub initium Bern.

CAP. VIII. i. Viribus corporis &c.]

Statura enim fuit quatuor cubitorum & palmi, auctor Plutarchus, Alex. c. 106.

4. Cum præcepis ad terram decidisse: concursu sarellitum seruantur] Curtius aliter I. VIII. Inquit enim, equum Alexandri multis vulneribus cōfotum procubuisse, posito magis rege, quam excusso. Historiam fatus narrat Agellius ex Charete (ita legendum) lib. v. cap. 11. Adi quoque Arrianum, plutarhum, & alios. veris historiam hanc de roro & Alexandro, longe aliter narrant. Vide petrum Teixeram. lib. I. c. XXII. Voss.

titum seruatur. Porus multis vulneribus obrutus capi-  
tur. Qui victam se adeo doluit, ut cum veniam ab ho-  
ste accepisset, neque cibum sumere voluerit; neque vul-  
nera curari passas sit: et quodque sit ab eo obtentum, ut  
vellet vivere. Quem Alexander ob honorem virtutis,  
incolarem in regnum remisit. Duas ibi urbes condidit:  
vnam Nicæam, alteram, ex nomine equi, Bucephalen  
vocabuit. Inde Adrestas, Gesteanos, Præsidias, Gangari-  
das,

9. *Porus multus*] Porum iam vi-  
etum cum Alexander interrogai-  
set, quid ita ausus fuisset bello se-  
cum fortunam experiri? respon-  
dit: Quod neminem me fortioriem  
esse censebam. Rursus cum scilicet  
retur, quo modo se tractari vellit?  
Pro regia, inquit, dignitate.

6. *Egregius &c.*] Non ergo  
semper illud petronij verum:  
*Nemo in iurius audit, cum cogitur*  
*auct cibum sumere aut vivere.*

7. *Ob honorem virtutis*] Erat Alexan-  
der virtutis etiam in hoste mira-  
tor: Curtius, 4. 6. 38. & 8. 14. 75.  
Habet hoc virtus, ut viros fortis  
species eius & pulchritudo etiam  
in hoste posita delectet: Cicero in  
L. Pisonem, c. 32.

8. *Nicæam*] A victoria illuc par-  
ta sic dictam Diodorus, 17. 95.  
Bern.

*Bucephalon*] Bucephalon vocat  
Curtius, 9. 3. 37. vt & Agellius,  
5. 2. Bucephalam Plinius, 6. 20. &  
Diodorus, 17. 95. Bucephalam Plati-  
tarchus Alex. c. 107. qui addit,  
Alexandrum & in memoriam ca-  
nis sui, *Ierisia* nomine, cognomi-  
ne in urbem erexit. Coniulatur  
omnino Phil. Camerar. hor. subclis,  
1. 21. Bern.

*Bucephalon*] Equus Alexandri  
regis & capite & nomine Buce-  
phalus fuit. Emptum Chares  
scripsit talentis XIII. & regi  
Philippo donatum: eis nostri  
summa est H. s. CCCXII. Super  
hoc equo digam memoria vi-

sum: quod ubi ornatus erat, ar-  
matusque ad prælium, haud un-  
quam incendi feso ab alio nisi à  
rege passus sit. Id etiam de isto  
equo memoratum est, quod cum  
in eo insidens Alexander bello  
Indico, & facinaora faciens fortia,  
in hostium cuneum noa satis si-  
bi prouidens, immisisset, conie-  
ctisque vindique in Alexandrum  
telis, vulneribus altis in cervice  
atque latere equus perfossus est:  
moribundus tamen, ac prope iam  
exanguis, è mediis hostibus re-  
gem vivacissimo cursu retulit:  
atque ubi eum extra tela extulerat,  
hunc concidit: & deinde iam  
superstitis securus, quasi cum  
seus humani solatio expirauit.  
Tuan rex Alexander, parta eius bel-  
li victoria, oppidum in iisdem locis  
condidit: atque ob equi honores  
Bucephalon appellauit. Gell.

9. *Inde Adrestas*] Ms. omnes  
Arestas. Et sic quoque Lucanus,  
III. Tunc furor extremos mouit  
Romanus. Arestas Præstor vocat  
Curtius, male Sed variis modis  
Indicat illæ gentes ab auctoribus  
appellantur. Sic quos Aristobulus  
Γαρθαίνεις vocat, Ptolemæus  
Γαλάῖαι. & trecenta eiusmodi,  
in quibus verum nomen nullus,  
est seu à Graecis iudeis. Voss.

*Adrestas &c.*] Ms. plerique  
Arestas. Arrianus I. 5. A' d' EXITAS,  
vocat: Diodorus, 17. 61. A' spicas,  
vt hic quidam ediderunt,  
Gesteami

10 das, cæsis eorum exercitibus, expugnat. Cū ad Cuphites  
venisset, vbi cum hostiū ducenta millia equitū oppere-  
bantur, exercitus omnis, non minus victoriaū bumero,  
11 quam laboribus fessus, lacrymis cum deprecatur, finem  
tandem bellī faceret, aliquando patriæ, reditusque memori-  
nisset, respiceret militū annos, quibus vix atas ad redditū  
12 sufficeret: ostendere alius caniciem, alius vulnera, alius  
ætate consumpta corpora, aliud cicatricibus exhausta:  
13 solos se esse, qui duorum regū, Philippi Alexandriique, con-  
14 tinuā militiā pertulerint. Tādē orare, ut reliquias saltē  
suas paternis sepulcris reddat, quoruū non studiis deficia-

14.

Gesteani (ita hæcens mss. aut Ge-  
stani) in ms. Orosio sunt Catheni.  
Fabricius ex Arriano edidit Ca-  
thai, eos καθαι vocat Diodo-  
rus, 17.91. Praeside, seu Preside,  
Curtio, 9.2.4 sunt Καρθαι. Idem  
ibid. habet Gangaridas, ut hic edi-  
di ex mss. Græcis Ταρσαῖτης, &  
Ταρσαῖδης de quibus ad Curtium  
plenus. B. plenissime Salmasius ad  
Solinum 992. Bern.

Gangaridas cæsis eorum exerciti-  
bus expugnat. ] De Gangaridis sive  
Gandaritis negat Diodorus, Olympi-  
ad. cxiv. anno 11. Μίγησιν τὸ  
ἡγεμονεύειν ἔγειθε, εἰφ' ἐπ-  
δια τὸ αὐληθεῖ τὸ παρ' αὐτοῖς  
ἱεράπετνον, εἰς ἴνερά τουτον  
Αἴγαζεθε. Vide quoque Plu-  
tarachum, qui Tarsoi, itac, & alibi  
Tardipidas perperam vocat. Pra-  
sidas vero Πατρικός, & Πατριαρ-  
χος.

Gangaridas ] Gangaridarum &  
Parthiarum regem fuisse Aggrā-  
men refert Curtius.

Gandaridas] Græci Ταρσαῖδης  
appellant, Strabo, Diodorus Sicu-  
lius, alii. Gaadra yrbs illorum. He-  
rodoto Ταρσαῖοι dicuntur, &  
cum Sogdiis, Parthis, Choraïmis,  
lunguntur sub imperio Persico. In-  
dorum hic gens, sicut & ex Ste-  
phano de verbibus appetet. Circa

ostia Gangis eos ponit Ptolemaeus.

10. Cuphites] Hic, ut ceteris locis  
omnibus, mss. libroruū fecutus sum  
lectionem. Orosius ms. Coffides, quo  
loco Fr. Fabricius arbitratur acci-  
pienda hæc esse de Sophite, de quo  
Curtius, 9.1.39. Sed Sophiten Stra-  
bo, quem Σωφῆι lu ille vocat,  
Cathez præfuisse, lib. 15. scribit,  
quam iam ante deuictam esse ab  
Alexandro, patet ex superioribus,  
si pro Gesteianos legamus Cathenes,  
aut Cathæos, ut in Orosio Fabricius.  
Ista ad Curtium pluribus. Bong.

11. Ut finem tandem bellī faceret] Exrat apud Curtium Alexandri ad  
milites oratio. Et rufus Poni, qui  
militum nomine expeditionem, ad  
quam contra Gangaritas, rex eos  
ante fuerathortatus, deprecatur.  
Et hæc è Lucano, 5.274. desumpta.

12. Ost-alius caniciem] Tacit. an-  
nal. 1.18.1. hi verborum notae; illi  
caniciem; plurimi derrita regmina  
& nudum corpue exprobantes.  
ibid. 1.34.4.

14. Non studiis def. ] Hactenus  
editi, non tam studi sed & Modiani  
miss. & Bongarsiani præter unum  
omnes, so tam omittunt, phrasis  
optimis quibusque scriptoribus fa-  
miliari. Tacit. Annal. 1.58.3. pacem  
quam bellum probabam. Curtius,  
7.7.39. Nec me ars mea, quam be-  
nevolentia, perturbat. Et nostre in-  
fra, 27.3.11.

15. Ne

tur, quam annis: Ac si non militibus, vel ipse sibi parcat, 15  
ne fortunam suam nimis oneraudo fatiget. Motus his 16  
tam iustis precibus, velut in finem victoriae, castra soli-  
to magnificentiora fieri iussit, quorum molitionibus &  
hostis terroretur, & posteris admiratio sui relinquere-  
tur. Nullum opus milites lætius fecere. Itaque cæsis ho- 17  
stibus, cum gratulatione in eadem reueiterunt.

CAP. IX. Inde Alexander ad annem Acesinem 1  
pergit: per hunc in Oceanum deuenitur. Ibi Hiacensa- 2  
nas Sileosque, quos Hercules condidit, in deditio-  
nem accepit. Hinc in Ambros & Sugambros nauigat. Quæ 3  
gentes eum armatis LXXX millibus peditum, & LX mil-  
libus equitum excipiunt. Cum prælio vicit, exer- 4  
citum

15. *Ne forrunam &c.*] Prudens  
consilium, quod & Scipioni Annibal  
inculcat apud Liuium, 30. 30.  
25. Non statuentes tandem felici-  
tati sua modum, nec cibentibus  
efferente se forrunam; quanto  
arrius elati erant, eo fodiis corru-  
unt. Adde Curtium, 3. 8. 34. Velle-  
ium, 2. 70. 2. Sueton. Cæl. 60. 2. &  
maxime Plutarchum Lucullo, c. 80.  
Bern.

16. *Castra solit. magn.*] Curtius,  
9. 3. 30. Plutarch. Alex. c. 108.

17. *Cassib. hostibus*] Vix omitto re-  
scribere cas. hostiis, quomodo no-  
biliſſ. Sebifius emendandum ceniebat  
hunc locum, volentibus etiam Cur-  
tio, 9. 3. 29. Arriano sub. finem libri  
5. & Plutarcho Alex. c. 109. Verum  
quia mss. non addicunt, & vero ho-  
stibus etiam qualitercumque confi-  
stere potest, abſtineo manu. Bern.

Cum gratulatione in eadem re-  
ueiterunt. Vero verius, Indidem  
reueiterunt. Voss.

In eadem.] Sebis via eadem re-  
ste, aut valde fallor, ita enim &  
Curtius, 9. 3. 31. repetenti que emen-  
sua erat.

CAP. IX. 2. *Hiacensanas Sileos-  
que*] Quidam ms. Agesinas Syros-

que forte Acesinas Sibosque, vt il-  
li sunt fluuij Acesinis accolæ: hi  
sint, quos Sobas vocat Curtius, 9.  
4. 1. Strabo, 16. & Stephanus. Arria-  
nus in Indicis Sibas. Diodorus, 17.  
96. meadoe I'cus. Bong.

*Hiacensanas*] Legitur & Gefonat  
Azybosque.

3. *Hinc in Ambros*] Diodorus  
Ambris. Voss.

In Ambros & Sugambros Man-  
dros & Subagras habet Orosius  
ms. Fabricius emendauit Mallos &  
Oxydracas, vt hoc loco quidam  
ediderunt. Plinius, 12. 6. Sydracas  
vocat expeditioni Alexandri ter-  
minum. Curtius, 9. Sudracas, quo-  
modo & Iustinus, & Orosius, &  
Diodorus emendandi. B. Mallos &  
Oxydracas in hac historia memo-  
ravit & Artianus sub initium lib. 6.  
& Curtius, 9. 4. 24. Et quidem vr-  
bem illam Alexandro pene fatalē,  
Mallorum fuisse, præter eisdem  
cōfirmat quoque Plutarchus Alex.  
c. 110. Bern.

4. *Cum prælio vicit, exer-  
citum*] Apud Mallos hanc pugnam tactam scribit  
Plut. qui sunt Indorum pugnaci-  
fimi.

5 citum ad urbem eorum ducit. Quam desertam à defen-  
 soribus, cum de muro, quem primus ceperat, animaduer-  
 6 tisset, in urbis planiciem sine vlo satellite desiliit. Ita-  
 que cum eum hostes solum conspexissent, clamore edi-  
 7 to, vndique concurrunt, si possint in uno capite Orbis  
 bella finire, & vitionem tot gentibus dare. Nec minus  
 Alexander constanter restitit, & unus aduersus tot mil-  
 8 lia præliatur. Incredibile dictu est, vt cum non multitu-  
 do hostiū, non vis magnatolorum, non tantus laceſſen-  
 tium clamor terruerit; solus tot millia ceciderit ac fu-  
 9 gauerit. Vbi vero obrui multitudine se vidit, truncos se,  
 10 qui tum propter murum stabat, applicuit, cuius auxilio  
 tutus, cum diu agmen sustinuisseſet, tandem cognito peri-  
 culu eius, amici ad eum desiliunt; ex quibus multi cæſi:  
 11 præliumque tamdiu anceps fuit, quoad omnis exerci-  
 12 tus, muiſis deieſtis, in auxilium veniret. In eo prælio fa-  
 gitta ſub mamma traiectus, cum sanguinis fluxu defice-  
 ret, genu poſito tam diu præliatus eſt, donec cum, à quo  
 13 vulneratus fuerat, occideret. Curatio vulneris grauior  
 ipſo vulnere fuit.

I C A P. X. Itaque ex magna desperatione tandem ſa-  
 luti

*Ad urbem eorū] Vrbs Oxydra-  
 carum fuit. Curtius.*

6. *In uno capite]* Panegyrista Constantino Constantij filio: Cladem ſuam quamū multi pereant, vulgi ignorare. compendium eſt deuincendorum hostiū, duces ſu-  
 ftuliffe. Facit huc Iphicrat̄is com-  
 paratio exercitus cum humano  
 corpoſe apud Polygnum lib. 3. &  
 Silium lib. 10. verl. 309.

10. *Amici]* Peuceſtes, Timæus,  
 Leonatus, Aristonous, aliisque. Vide  
 Curtium, 9. 5. qui h̄c eleganter &  
 copioſe narrat. Bern.

*Amici]* Peuceſtam omnes Ale-  
 xandro pericitanti adſtitiffe te-  
 ſtantur, Plutarchus cap. 110. Ari-  
 annus, 6. 2. Diodorus, 17. 99. De Leo-

nato non omnes conſentiant. De Aristono apud Curtium, ſed nulla apud alios mentio. Neque Timæum, ſed Limnæum appellauit Plutarchus, cap. 110. Et orat. de fortit. Alexandr. 2. 22. Lennæus.

11. *Dejectus]* Eſt qui dejectus malleſ. Sed illud rectum eſt. Nam & Curtius, 9. 5. 30. dolabru perfregere murum, &c. Sic eſt etiam Orobius, 3. 19.

12. *Sagitta]* Duorum cubitorum, Curt. 9. 5. 12. Bern.

13. *Curatio vulneriū]* Critobulus medicus hoc vulnus curauit.

C A P. X. 1. Itaque ex ma-  
 gna] Obſerua quā hic de Dioxiō-  
 po gladiatore refert Curtius.

Iusti redditus, Polyperchonta cum exercitu Babyloniam mittit. Ipse cum lectissima manu nauibus consensis, Oceanii litora peragrat. Cum venisset ad urbem Ambigeri regis, oppidani inuictum ferro audientes, sagittas veneno armant: atque ita gemino mortis vulnere, hostem a muris summouentes, plurimos interficiunt. Cum inter multos vulneratus etiam Ptolemaeus esset, moriturusque iamiam videretur, per quietem regi monstrata in remedia veneni herba est, qua in potu accepta, statim periculo liberatus est; maiorque pars exercitus hoc remedio seruata. Expugnata deinde urbe, reuersus in naues, Oceano libamenta dedit, prosperum in patriam reditum.

2. *Vrbem*] Cui nomen Hamate. Diodorus, 17. 103. Bern.

*Ambigeri*] Forte is est, quem Sambum vocat Diodorus, 17. 102. Samum Curtius, 9. 8. 20. Ambiram Orofius, 3. 19. Bong.

*Ad urbem Ambigeri regis*] Forte rescribendum, Ambigari. De quo vide Arrianum lib. v. Voss.

*Geminus mortuus vulnero*] Val. ac. Iius ad Vell. 2. 68. 4. locū ita censemendandum, *geminus mortuus vulnus*. Non enim duplex vulnus erat, inquit; sed in vulnero vis geminata mortis, qua ab ipsis sagittis, qua ab superindito veneno. Tuuat Lucanus, 3. 751. ubi de eo qui & gladio confossum, & postea in mare precipitatus perit:

*Festinantem animam morti non tradidit uni:*  
Sed nimirum *geminus*: quomodo simplicem mortem dixerunt etiam Suetonius, Cæs. 74. 3. Sallust. 5. hist. Curtius, 8. 7. 8. ipseque Nofer. 44. 4. 6. Ego vulgatam lectionem retineo, tuncque tuum consensu mss. tum vero gemino exemplo Claudiiani Stil. 1. 351.

----- *Ethiopum geminata vulnero Vulnera.*

Ouid. de Ponto, 1. 2. ita de Getis:  
Qui mortuus suo geminenz ut

*vulnero causas,*  
*Omnia viperso spicula felle li-*  
*nunc.*

Ceterum an veneno grassari licet in hostem, eam questionem Alb. Gentilis de iure belli, 2. 6. copiose: H. Grotius in eiusdem argumenti opere, 3. 4. 15. & 16. breuiter ac neruose, discutunt, Bern.

3. *Ptolemaeus*] Sanguine is regi coniunctus erat. Cureius.

*Per quietem regi*] Meminerunt huius historiæ Strabo, lib. 15. Curtius, 9. Diodorus in Alexandro.

*Per quietem monstrata herba*] Medicinæ per quietem ostense nobile exemplum est in Vespasiiano Xiphilini & Suetonii cap. 7. 5. Quo fine ægrotos olim in templis somnum captasse, pater ex Plaut. Curcul. 2. 1. 1. & Cicer. de diuinat. 1. 43. plura Ian. Vvovverius ad illud Petronij: Medicinam somno perit &c. Bern.

4. *Oceano*] Quæ fuerit rerum facies, antequam ad Oceanum pervenerint, ex imperitia eius Elementi, testatur eleganter Curtius lib. IX. c. IX.

*Libamenta*] Libamentum est gustatio, quæ in sacris fieri solita. Libamentum itaque pro sacrificio sumitur. Curtius dixit præsi-

5 ditum precatus: ac veluti curru circa metam acto, pos-  
 6 tis imperij terminis, quatenus aut terrarum solitudines  
 prodire passæ sunt, aut mare nauigable fuit, secundo  
 7 æstu ostio fluminis Indi inuenitur. Ibi in monumenta  
 rerum à se gestarum, vibem Barcen condidit; arasque  
 statuit, relieto ex numero amicorum, litoralibus Indis  
 8 præfecto. Inde iter terrestre factius, cum arida loca  
 medij itineris dicerentur, pntos opportunis locis fieri  
 præcipit, quibus ingenti dulci aqua inuenta, Babylo-  
 9 niam redit. Ibi multæ deuictæ gentes, præfectos suos  
 accusauerunt; quos sine respectu amicitiae, Alexander in  
 10 conspectu legatorum necari iussit. Filiam post hæc Da-  
 rij regis, Statiram, in matrimonium recepit: sed & opti-  
 matibus Macedonum lectas ex omnibus gentibus no-  
 bilissimas virgines tradidit, ut communi facto criminis  
 regis leuaretur.

**C A P . XI.** Hinc ad concionem exercitum vocat; &  
 promittit, se æs alienum omnium propria impensa so-  
 laturum, ut prædam præmiaque integra domos ferant.

## Insignis

dibus maris & locorum diis sacri-  
 ficium fecisse.

5. *Curru circa metam alto.*] Quod  
 solebat qui ad metam peruenient.  
 inde Horatius, 1.ode 1. *Meta-*  
*que feruidus euitata rotu* Vet. ple-  
 rique, *curru certamine jam alto,*  
 aut *per alto.* Sed & Orosius, 3.20. &  
 & vnu ms. vulgatam lectionem  
 tuentur. Bong.

Quatenus] Seu antique, quatinus  
 hoc est, quo usque. Ab ingenio  
 Freinsheimi est hæc, aut omnia me  
 fallunt, omnino certa emendatio:  
 quam proinde non sum veritus  
 in textum admittere. Hactenus  
 omnes editi, qua finis, absurde.  
 Bern.

Indi] fluuius Orientis, præter  
 Gangem maximus. Hunc in jugo  
 Caucasi montis, quod vocatur Pa-  
 ropamisus, aduersus solis ortum  
 effulsum aiunt, sequi in xix annis  
 recipere. Vide Arrianum lib. v.

6. *Barcen cond.*] Nulla Barce ab  
 Alexandro in ostio Indi condita,  
 Barculu ibi inuenio, & sic rescri-  
 bendum. B.

7. *Babyloniam redit.*] Myrmoxivn  
 Iustini s'ud'p'mpa. inquit enim  
 post, 12.13.3. Hac ex causa Babyl-  
 loniam festinans. Et que sequan-  
 tur, Sufis magnam partem acta es-  
 se, ex Diiodoro, Arriano. & ceteris  
 Constat. Bong.

8. *Præfectos suos.*] Ex his fuere  
 Cleader, Sitalces, Agathon, & Era-  
 con. Curtias initio libri 10. Bern.

9. *In matrimonium recepit.*] Sufis  
 nuptiæ celebratae sunt. Plutarch.

10. *Optimarib. Maced.*] Idiav. 107  
 ræ dicitur totæ episcopie. Plutar-  
 chus Alex. c. 120. Bong.

*Leuaretur.]* Ut supra 12.3.9. Ita  
 de Semiramide Orosius, 1.4. de  
 Claudio Suetonius, 26.9.

Insignis hæc munificentia non summa tantum , verum 2  
 etiam titulo muneris fuit , nec à debitoribus magis,  
 quam à creditoribus gratis excepta : quoniam utrisque  
 exactio pariter ac solatio difficulter erat. xx. millia ta- 3  
 lentum in hos sumptus expensa. Dimissis veteranis, 4  
 exercitum iunioribus supplet. Sed retenti veteranorum 5  
 discessum ægre ferentes , missionem & ipsi flagitabant:  
 nec annos, sed stipendia sua numerari iubebant: pariter  
 in militiam lectos , pariter sacramento solui , æquum 6  
 censentes:nec iam precibus, sed conutio agebant, iu-  
 bentes eum solum cum patre suo Hammone inire bel-  
 la, quatenus milites suos fastidiat. Contra ille nunc ca- 7  
 stigare milites; nunc lenibus verbis monere, ne glorio-  
 sam militiam seditionibus infusarent Ad postremum 8  
 cum verbis nihil proficeret; ad corripiendos seditionis  
 autores , è tribunalí in concionem armatam inermis  
 ipse desiliit. & nemine prohibente, xiiii correptos, ma-  
 nus sua ipse ad supplicia duxit: Tantam vel illis morien- 9  
 di patientiam metus regis , vel huic exigendi supplicij  
 constantiam disciplina militaris dabat.

C A P. XII. Inde separatim auxilia Persatum in 1  
 concione alloquitur. Laudat perpetuam illorum , tum 2  
 in

C A P. XI. 2. *Magis, quam à cr. gratiis]* Magis comparatio iun-  
 dum Priscian.lib.3. Plautus *magis*  
*matores nugas* dixit. adde supra.  
 3.2.7.B.

3. *Vigintr millia tal.*] Alij tria &  
 viginti millia, Curtius, 10.2.13. de-  
 cem millia tantum , quæ quidem  
 ipsa non tota fuerint expensa: cui  
 consentit omnino Plutarchus Ale-  
 xand.c. 12 o. Bern.

5. *Stipendia]* Id est, annos, quibus  
 stipendia numerabantur.

*Sacramento]* Id est, iuramento  
 militari.

6. *Cum paere]* Dixit ut Arrianus, 7.  
 μὴ τὰ παῖς σχεινεῖ. Vulgo

finire minus recte. Rong. Ita locum  
 iam olim emendauit Modius ad  
 illud Curtij, 4.16.39. *vehementius*  
*inire certamen.*

*Suo Hammone] Vide supra.*

Quatenus ] Vett. quatinus , pro  
 quoniam. Sic & elegatissimo Flo-  
 ro, 2.15.28.3. 8. 1.4.11.1. & 4. 12.  
 29.

8. & 9. *Ad postremum &c.]* Jun-  
 ge Curtium, 10.2. & 3. Lucanus de  
 Cæsare militarem seditionem co-  
 hibente, lib. 5. 3. 16.

— — — *Sicut aggere fulci*  
*Cessit incepit vulnus, meruit-*  
*que timeri*  
*Non meruens.*

in se, tum in pristinos reges fidem; sua in illos beneficia  
 commemorat; vt nunquam quasi. vi<sup>t</sup>tos, sed veluti vi-  
 ctoriae socios habuerit. denique se in illorum, non illos  
 3 in gentis suae morem transisse: affinitatibus connubio-  
 rum vi<sup>t</sup>tos victoribus miscuisse: Nunc quoque ait, cu-  
 stodiam corporis sui non Macedonibus tantum se, ve-  
 4 rum & illis creditur. Atque ita mille ex his iuuenes in  
 numerum satellitam legit: auxitionum quoque portio-  
 nem, formatam in disciplinam Macedonum, exercitui  
 5 suo miseret. Quam rem ægre Macedones tulerunt, ja-  
 cantes, hostes suos in officium suum à rege subiectos.  
 6 Tunc vniuersitentes, regem adeant, orant suppliciis suis  
 7 potius fatus se, quā cātumelus. Qua modestia obtinue-  
 runt, vt vndecim millia militum veteranorum exau-  
 8 ctoraret. Sed ex amicis dimissi senes, Polyperchon,  
 9 Clitus, Gorgias, Polydamas, Amadas, Antigenes. Di-  
 missis his Craterus p<sup>r</sup>æponitur, iussus p<sup>r</sup>æesse Macedo-  
 nibus in Antipatri locum: Antipatrumque cum supple-  
 10 mento titonum in locum eius euocat: stipendia reuer-  
 11 tentibus, veluti militantibus data. Dum hæc aguntur,  
 vnu<sup>s</sup> ex amicis eius Ephæstion decedit, dotibus primo  
 12 formæ pueritiæque, mox obsequiis regi percarus: quem  
 contra

CAP. XII. 5. Subiectos] Hoc est,  
 suppositos. Freinsheimius mallet  
 subiectos, quæ vox comparet & su-  
 pra, 3. 3. 2. Prærulerim quod est in  
 editione Vienneasi subiectos, quod  
 & Hispanicus interpres expressit.  
 Bern.

6. Potius] Modius hoc à mss. qui-  
 busdam suis abesse scribit; nec re-  
 quiram. Vide Notam ad 12. 8. 14.

8. Gorgias, Polydamas, Amadas.] Omnino Amyntas legendum, non  
 Amadas. Voss.

10. Reuerentibus] Scil. in patriâ.

11. Ephæstion decedit] Ecbatanis.  
 Præter sepe citatos auctores, vide  
 Aelian. var. 7. 8. Eum ut heroem à  
 morte coluit Alexander: Arrianus

llb. 7 B. & Curtius, 10. 4. 24. & Plu-  
 tarchos Alex. c. 123. Bern.

Ephæstion] Ephæstionis hæc li-  
 ctuosa mors. Hunc ita carum ha-  
 buit Alexander, vt cum Darij ma-  
 ter eum Alexandrum salutasset,  
 dixerit rex: Non aberrasti, mater.  
 Nam & hic Alexander est: Κτη-  
 μέτων γέ πάτερν πριωτάτων  
 δύνασιν. Θ- σωματίδε τε ιο, εύρος.

Obsequiu<sup>s</sup>] Si viennensem Ca-  
 mert. editionem fecuti, distinguam  
 ita, dotibus primo forma, pue-  
 ritiaque, mox obsequiis, ad obse-  
 quia impudica percinerit oratio.  
 Sed hæc potius de obsequiosis au-  
 le ministeriis accipienda viden-  
 tur. Vide Curtium, 3, 12. 23. Bas-  
 sis

contra decus regium Alexander diu luxit: tumulumque  
ei xii millium talentorum fecit: cumque post mortem  
coli ut deum iussit.

CAP. XIII. Ab ultimis litoribus Oceani Babylo-  
ni: reuerenti, nuntiatut, legationes Carthaginien-  
sium, ceterarumque Africæ ciuitatum, sed & Hispania-  
rum, Siciliæ, Galliæ, Sardinie, nonnullas quoque ex  
Italia eius aduentum Babylonie opperiri. Adeo vniuer-  
sam terrarum Orbem nominis eius terror inuaserat, ut  
cuncte gentes, veluti destinato sibi regi adularentur.  
Hac igitur ex causa Babyloniam festinanti, veluti con-  
ventum terrarum Orbis acturo, quidam ex Magis præ-  
dixit, ne vibem introiret, testatus, hunc locum ei fatale  
före. Ob hoc omissa Babylonia, in Bursiam vibem trans  
Eufratem, desertam olim, concessit. Ibi ab Anaxarcho

philoso

*sus Siluanum specie obsequii rege-  
bat, apud Tacit. hist. 3. 50. Bern.*

12. *Tumulunq[ue] ei xii millium  
talentorum ] Sic & Curtius, 10. 4.  
25. sed Plutarchus Alex. c. 124. de-  
cem millia habet, vsus scilicet ro-  
tunditate numeri myriadis, parum  
excedentia reiiciens. Bern.*

CAP. XIII. 1. *Hispaniarum*] No-  
tar in variantibus Bongarsius, esse  
in uno ms. *Spaniarum*, atque ita in  
optimis exemplaribus Curtij (for-  
te 10. 1. 22.) scriptum se repperisse.  
Certe D Hieronymus ad Isaiae  
cap. 64. *Spaniam* vocat: & *vetus*  
in *Iuvenalem* *Glossographus* *Ta-  
gum Spanie* facit *fluminum*: & *Gal-  
enus*, 6. *Simplic. c. 4.* *Spanum* vocat  
*oleum ex Iberia* ( sic *Hispaniam*  
nuncupat) adiectum *Conionat* de-  
nique hodierna appellatio nostra-  
tum *Italorumque*: nec abeunt  
*Hispani Gallique*. Nam *Espannia*;  
& *Spania* scriptione tantum diffe-  
runt; cum illi vocibus Latinis, qui-  
bus ab <sup>s</sup> litera *ai*tiūm, e *præponere*,  
sualque facere conuerterint.  
*Bern.*

*Ex Italia*] Erant in his *Bruttij*,  
*Lucani*, *Tuisci*. Num & *Romani*?

Afferunt hoc aliqui, diserte negat  
Arrianus lib. 7. 1mo dicit *Liuus*, 9.  
18. 5. *Alexandrum Magnum ne-  
fama quidem populo Rom. cogni-  
tum fuisse*, quod vix credi queat.  
*Bern.*

3. *Quidam ex Magi*] Vide Se-  
neca *Satiriam*, 4 in ea censeo le-  
gendum, *Babylone excluditur*, cui  
paruit *Oceanus*. Vulgo *Babylone*  
cluditur. nisi mauls, *Babylon ei*  
cluditur. *Bong.*

4. *Bursiam*] *Huius loci nemo*  
prater *hunc meminit. Bong.*

*In Bursiam urbem trans Eufrati-*  
*con*] Non puto locum *hunc esse*  
*Spanum*. mss. aliqui præferabant,  
*Burbesiam*. Arbitror, scribendum  
esse *Borsippam*. Locus ille non vi-  
detur *vique adeo* celebris fuisse  
anno *Alexandri*. Persæ hoc oppi-  
dum vocant. *Kernes*. Sed errant,  
cum dicunt, in eo *Alexandrum*  
mortuum esse. *Voss.*

5. *Anaxarchos*] Celebris hic phi-  
losophus, floruitque circa centesi-  
mam & decimam Olympiadem,  
*Alexandro* familiaris. A quo cum  
in opiparo cibuiuo rogaretur, quid  
de illo apparatu sibi videretur,

philosopho compulsus est rursum Magorum prædicta contemnere, ut falsa & incerta: & si fatis constent, ignota mortalibus: at si naturæ debeantur, immutabilia. Reuersus igitur Babyloniam, multis diebus otio datis, in termis olim conuiuum solenniter instituit: totusque in lætitiam effusus, cum diei noctem per uigilem iunxit, recedente iam è conuiuo medicus Thessalus, instaurata comessatione, & ipsum & sodales eius in uitat. Accepto poculo, media potionē repente veluti tenlo confixus, ingemuit: elatusque è conuiuo semianinis, tanto dolore cruciatus est, ut fertum in remedia posceret, tactumque hominum velut vulnera indelesceret. Amici causam morbi, intemperiem ebrietatis disseminauerunt: re autem vera insidiæ fuerunt, quarum infamiam successorum potentia opprescit.

**C A P . X I V .** Auctor insidiarum Antipater fuit, qui cum carissimos amicos eius imperfectos videret: Alexandrum Lyncistarium, generum suum occisum: Se magnis sebus in Græcia gestis, non tam gratum apud regem, quam-

cuncta magnifice, inquit, ô rex, sed oportebat caput alicuius satrapæ apponi, Nicocreonem intuens. Postmodum in aitum in Cyprus delatum: Nicocreō rex in saxum concavum iecit, jussitque ferreis malleis contundi. Ille celebri dicto poenam regis eluſt, Tunde, tunde, inquit, Anaxarchi vasculum, nam Anaxarchum non teris.

*Immutabilia]* Tacit. hist. l. 18. 2. Quæ faro manent, quamvis significata, non vitantur. Val. Max. l. 6. 10. Dirum omen quemadmodum timemus; ita vitare non possumus.

6. 7. 8. 9. In his & seqq. dissentit aliquantum à nostro Plutarchus Alex. c. 12. & deinceps. Bern.

7. *Medicus Thessalus]* In omnibus libris etiam scriptis mendum est, legendum enim *Medius*. Māde G. o. 2. 17. 2. 1. Arrianus lib. 7.

Diodor. 17. 117. Plutarch. Alex. c. 12. Hæc Bong. & pridè Paul. Leopardus emendation. 17. 10. m. Bern. 8. *Veluti relatio] Ωντειπλαγχη τετρανομη.* Plutarchus Alex. cap. 12. qui hæc conficta scribit, neque Alexandrum veneno interisse: quod & Arrianus lib. 7. Bong.

9. *Semianinis] Ferunt, hoc venenum gelidissimam aquam fuisse, ex Nonacriz petra sudaneem. Plutarch.* Cuius fontem appellat Curtius Stygos hydor.

**C A P . X I V . 2 .** *Non tam gratum apud regem, quam inv.* Ita supr. 5. 2. 4. Eodem animo fuisse patet ex hisce Demost. in orat. contra ep. Phil. Eumira gloria cupiditate inflammatur dicunt, ut omnia præclarafaciōra, sua esse vider. ceteris: & magis indignus: ut ducib[us] ar-

quam inuidiosum esse: à matre quoque eius Olympiade 3 variis se criminationibus vexatum: Huc accedebant ante paucos dies, supplicia in præfectos deuictarum nationum crudeliter habita. Ex quibus rebus se quoque à 5 Macedonia non ad societatem militiae, sed ad pœnam euocatum arbitrabatur. Igitur ad occupandum regem, 6 Cassandrum filium dato veneno subornat, qui cum fratribus Philippo & Iolla ministrare regi solebat: cuius 7 veneni tanta vis fuit, ut non ære, non ferro, non testa contineretur, nec aliter ferri, nisi in vngula equi potuerit: præmonito filio, ne alij quam Thessalo, & fratribus crederet. Hac igitur ex causa, apud Thessalam, para- 8 tum, repetitumque conuiuum est. Philippus & Iollas 9 prægustare ac temperare potum regis soliti, in aqua frigida venenum habuerunt, quam prægustatae iam po- tioni supermiserunt.

CAP. XV. Quarto die Alexander indubitam mortem 1 sentiens, agnoscere se fatum domus maiorum suorum ait: nā plerosque Arcidarum intra trigeminum annum defun- 2 ctos.

que præfetti, qui aliquid laude dignum gererunt; quam illis, qui proorsus infeliciter rem admini- strant. Et in vniuersum Sallust. Ca- til. 7. Regibus boni quam mali sus- pectiores sunt semperque his aliena virtus formidolosa est. Quod dictū pluribus explicatur à Grutero dis- sertatione 34. ad Tacitum. Bern.

4. Supplicia] De quibus, 12. 10. 8.

5. Ad pœnam.] Vide supra, 11. 3. 3.

7. Vngula equi] Sic & Pausanias in Arcadicis. Plutarchus autem Alex. c. 129. & Aelianus hist. an. 10. 40. vngulam a finiam: Artianus lib. 7. Phælius sine libri 30. & Vi- truvius, 8. 3. mulinam habent. Curtius, 10. 10. 25. iumenti vngulam dicens, rem in medio reliquit. De veneno illo (*Srygos hydor* appellat) indicatis modo locis adde Hero- diolum, 6. 74. Senecam lib. 3, nat.

quæst. c. 25. Plutarchum de prim. frig. cap. 25. & Strabonem sub fini- libri 8. Bern.

9. Prægustare] plutarchus Alex. c. 125. vocat *αρχιεπίκοος* Hiero- nymo *σινέχος* dicitur minister vinarius. B. De prægustatoribus veterum, Lipsius ad Tacit. annal. 13. not. 162. & plura Meursius exer- cit. critic. part. 2. cap. 3. Bern.

In aqua frigida] Ita factum & Britannico, ab eadem causa & cau- tione. Tacit. annal. 13. 16.

CAP. XV. 1. Quærodie] Quia im- plera cibis vnoque vena, minus efficacem in maturanda morte vim venenorum fecerunt, ut Liuinus, 16. 14. 5. de Campanis loquitur. Exemplo est & Claudius apud Tacitum annal. 12. 67. At vitalia citius petit, quicquid vacuis venis immittitur. Bern.

2. Arcidarum] Fuit Alexandri:

2. *Etos.* Tumultuantes deinde milites, insidiis perisse regem suspicantes, ipse sedauit; eoque omnes cum prolatu*s* ineditissimum virbis locum esset, ad conspectum suum admisit, osculandamque dextram suam flentibus porrexit.
3. Cum lacrymarent omnes, ipse non sine lacrymis tantum, verum etiam sine ullo tristioris mentis argumento fuit, ut quosdam impatientius dolentes consolatus sint:
4. quibusdam mandata ad parentes eorum dederit: adeo, sicuti in hostem, ita & in mortem inuitus animus fuit.
5. Dimissis militibus, amicos circumstantes percontatur,
6. videantur ne similem sibi reperturi regem? Tacentibus cunctis, tum ipse, ut hoc nesciat, ita illud scire vaticinarique se, ac pene oculis videre dixit, quantum sit in hoc certamine sanguinis fusura Macedonia; quantis cedibus, quo cruento, mortuo sibi parentatura. Ad postremū, corpus suum in Hammonis templo condi jubet. Cum deficere eum amici viderent, quærit, quem imperij faciat heredem:

mater Olympias, filia Neoptolemi regis Molossorum; qui genus à Pyrro Achillis filio, duxit.

2. *Perisse?* Sic in uno ms. haberi, scribit in variantibus Bong. rectius opinor, quam quod idem edidit, perire. Fact Curtius lib. 10. fine capitis 4.

3. *Quibusdam, & mox, dederit?* Ita Camertis editio: rectius quam alii, quibus & dedit.

4. *Inuitu animu?* Vix dubium scribendum, inuitu animi. Tacitus ita scriptu*s*: ut annal. 1. 32. 6. ferrox animi. & 1. 69. 3. ingeni animi, &c. Virg. Aeneid. 4. 529. infelix animi. Statius, eximiu animi.

5. *Videantur &c.* Curtius, 10. 5. 3. Hæc interrogatio non exstat in Græcis icriptoribus: ex iis desumptam appareat, quorum scriptacum tempore interierant. Bern.

6. *Sibi parentatura?* Diodorus, 17. 1. 17. & 18. 3. ἡγεμονία δημόσιον, Sepulcrum certamen vocat. B. Sicut & Arrianus lib. 7. alluso metapho-

rica. Defunctis enim gladiatorum sanguine parentare mos erat, Iudosque funebres ex antiquissimo rito fieri: sicut ex Virgilio de Anchise parentalibus & ex Statu de Archemori exsequiis, tum etiam ex Homero Patrocli inferias prosequente &c. notum est. Bern.

8. *Dignissimum?* Diodorus, 17. 117. ἡράπετον, & 18. 1. ἡριπέτον. Iac. Nicolaus Loensis miscellan. epiphil. lib. 5. c. 18. non perfundit perstringit Trogum, vel nostrum potius epitomatorem, quod non bene sententiam Alexandri hic expresserit. Non enim illud solebat dicere, se heredem constitueri, qui maxime dignus imperio foret: sed regnum suum fore in potestate occupatis foris scilicet, quod & eueterus docuit. Neutra enim vox seu ἡράπετον, seu ἡριπέτον, dignissimo conuenit. Nam ἡράπετον, potentiam significat seu, violen- tiam: ἡριπέτον autem, ut nominis eiynica

dē: Res pōdit, *Dignissimū*. Tanta illi magnitudo animi 9  
fuit, vt cū Herculē filium, cū fratiē Aridæū, cū Roxa-  
nē vxorem prægnantē relinqueret; oblitus necessitudi-  
nū, dignissimū nuncuparet hæredē. Prorsus quasi nefas 10  
esset, viro forti aliū quam vitum fortē succedere, aut  
tanti regni opes aliis, quam probatis relinqui. Hac vo- 11  
ce veluti bellicum inter amicos cecinisset, aut malum  
discordiæ misisset, ita omnes in æmulationem consur-  
gunt, & ambitione vulgi tacitum fauorē militū qua-  
runt. Sexto die præclusa voce, exemplum digito anu- 12  
lum, Perdiccæ tradidit: quæ res gliscerent amicorum  
dissensionem sedauit. Nam et si non voce nuncupatus 13  
heres, judicio tamen electus esse videbatur.

C A P. XVI. Decessit Alexander, mensem vnum, 1  
annos:

etymon ostendit, proprie *Marte*:  
*præstansimus* est: vnde *acutissimus*,  
*acutus*, &c. Sic Pyrrhus à filiis  
in errogatus, cujnam reliturus  
est regnum? respondit, *Ei qui*  
*vestrum acutissimum habuerit*  
*gladium*. Eo ergo pertinet, quod  
præuidere se dixit Alexander, gra-  
ue de regno certamen inter illos  
oriturum; vt proinde sit necesse, rē  
ad eum inclinare, qui plus posuit.  
Aliquanto melius hoc expressit  
Curtius, 10.5.7. *Ei relinquare se*  
*regnum, qui ester optimus*. quam  
vocem ad fortitudinem quoque  
refert Sallust. Iug. 92. 10. *Openimus*  
*quisque cadere aue sauciari*, iun-  
ge huic Notam ad 9.2.4. Bern.

9. *Roxanem*] Filiam Cohortani  
Satrapæ Curt. 8.4. 31. Sed Arriano  
lib. 7. Oxyartis Bactriæ, quem Dio-  
dorus, 18.7. regem appellat. Quin  
ipse Curtius alibi scil. 10.3.13. *O-*  
*xartu Persa filiam eam appellat.*  
Bern.

11. *Malum discordiæ*] Pomum  
Etidit.

Et *ambitione*] Sebis. ita: &  
*Ambitione tacita, vulgi militum fa-*  
*verem querunt.*

12. *Agulum*] Quem vna traditi  
Imperi vel hæredis instituti tesse-  
ram esse, non tamen nimis certam,  
hoc ipso & aliis exemplis confir-  
mat eruditiss. Kirchmannus in lib.  
de annulis, cap. 22. Bern.

13. *Nuncupatu*] Nuncupatum  
testamentum quid sit, explicant  
IC. Eo utebantur, cum vrgente vi  
valetudinis non sufficeret ad ob-  
signandas testamenti tabulas. Bong.  
*Judicio*] Vide supra Not. ad 5.11.  
3. Sebil. *Indicio* maller, quod id vo-  
ci opponatur.

C A P. XVI. 1. *Decessit Alexan-*  
*der*] Caffandri fraude, & ingenito-  
vitio, periit, veneno scilicet &  
crapula. Igitur Dæsi quinto  
apud Eumèum, septimo & xv apud  
Perdiccam epulatus, sequentes dies  
sonno dedit, vt Aelianus ex dia-  
riis Alexandri refert. Addit. *ωρα*  
*Bagōwa ḥ isti ḥ mōrē tū ṭēpām*:  
*μετ' iñgāda, tū ḥ πρίτη iñgā-*  
*deu st. legēdum mēmuło, vel epus-*  
*lat' est apud Bagōwā ṭēpātā s̄zī-*  
*vāvāc, tū ṭēpātā iñgādeu st. Dæsi*  
*xxvi. sequēti obdormiit simul &*  
*obiit. Arrianus ex iūdē diaclis ait*

annos tres & triginta natus; vir supra humanam potentiam magnitudine animi præditus. Qua nocte cum māter Olympias concepit, visa per quietem est cum ingenti serpente volutari: nec decepta somnio est. Nam profecto maius humana mortalitate opus vtero tulit: quam cum Æacidarum gens ab ultima seculorum memoria, & regna patris, fratri, mariti, ac deinceps maiorum omnium illustrauerint: nullius tamen nomine, quam filij, clarior fuit. Prodigia magnitudinis eius in ipso ortu nonnulla apparuerunt. Nam ea die qua natus est, duæ aquilæ tota die præpetes supra culmen domus patris eius sedevit omen duplicitis imperij, Europæ Asiaque præferentes. Eadem quoque die nuntium paternum

cius

in morbum incidisse Dæsiū xix. Sequenti die nihilominus apud Thessalum Medium (Iustinus Medicum Perperam vocat) Dæsiū xx apud Nearchum posse, ac tandem Dæsiū xxviii periisse. Addit: Mortuus est Olympiade cxiv. Pratore Hegesia. Vixit annos duos & triginta & terry menses octo. Regnauit annos duodecim, & hos octo menses, hoc est, mortuus est exeunte primo Olympiad. cxiv. anno Capellua. Vide Q. Curtium, Arianum, Plutarchum & alios. Non absurde statuas in visione Danielis c. vii. imperium Græcorum comparari pardo, quia Alexander M. fuerit vinosus, vsque adeo ut si eos minus sequi visum fuerit, qui veneno interisse arbitrantur, satis tam causæ sola in violentia fuerit, cur periret Babylone. Voſius

Ab eius obitu æra Græcorum dicitur, de qua Muhammed Al-Serganus ex versione Golij. Romani & Syri aram deducunt ab initio annorum Alexandri, dicti bicornis, qui quidem dies fuit feria secunda.

Annos tres & trig. M. Cicero Philipp. 5.c. 1. Ceteri, annos 32. menses 8. Bong.

2. Cumming Serpente] Qua causa

Sidon. Apollinar. carm. 2. 30. Ale- xandrus draconigenam appellat. Adde supra, 11. 1. 3. Bern.

Volutari] MSS. Voluptari, unde Freiinh. voluptuari.

2. Regna patris &c.] Talis Ar- chodice regina, cuius monumen- tum Thucydides, 6. 9. 36. tale re- fert.

Exultit haec animum nunquam, patremque virumque  
Fratreque & gnatos imperi-  
care videns.

Minus ergo caute Tacitus. annal. 12. 42. Agrippinam, Imperatore genitam, & sororem eius qui rerum potius sit, & conjugem & maerem fuisse, unicū ad hunc diem exemplum esse, scribit.

4. Prodigia] De quibus Plutar- chus in ejus vita c. 4. Bong.

5. Præpetes] Scio tradere Hygi- num, præpetes eas aues dici ab au- guribus, quæ opportune præuo- lant, aut idoneas sedes capiunt: non possum tamen, maxime cum Bongarsius in uno suo ms. repererit, perpedes pro præpetes, contemnere plane, & extra numerum habere scripturam Fulderium membranarum, in quibus disertum est perpedes, ut dictum est, à Plauto Amphitr. 1. 1. 124. Quies in navi noctem perpe- tem.

eius duarum victiarum accepit: alterius, belli Illyrici: alterius, certaminis Olympici, in quod quadrigarum currus miserat: quod omen vniuersarum terrarum victoriā infanti portendebat. Puer acerrimis literarum studiis eruditus fuit. Exacta pueritia, per quinquennium sub Aristotele doctore inclito omnium philosophorum, creuit. Accepto deinde imperio, Regem se Terrarum omnium ac Mundi appellari iussit: tantamque fiduciam sui militibus fecit, ut ille praesente nullius hostis arima, nec inermes, timuerint. Itaque cum nullo hostium unquam congressus est, quem non vicerit: nullam urbem obsedit, quam non expugnauerit: nullam gentem adiit, quam non calcauerit. Victor denique ad postremum est, non virtute hostili, sed infidiis suorum, & fraude ciuili.

*perpetrem. Hec Modius. Bern.*

<sup>8</sup> Sub Aristotele ] plutarctus Alex. cap. II. qui & c. 8. præceptores Alexandro tribuit Leonidam &

Lysimachum Acarnana. De doctrina & studiis Alexandri locus insignis est Orat. 1. de fort. Alex. cap. 4. & 5. eiusdem Plutarchi. Bern.

### L T E E R XIII.

#### B R E V I A R I U M C A P I T U M .

1. *Luctus post Alexandri Magni excessum: Macedonum ingratitudo: ducum ambitio, militumque auaritia.*
2. *De Alexandri successore, ducum exercitus sententiae pugnantes.*
3. *Perdicca sententia reclamant pedites: unde tumultus & seditio; cui Perdicca prudenter medetur.*
4. *Aridao rege designato, Perdicca & alij duces, seu principes prouincias diuidunt.*
5. *Bellum pro Gracia libertate ab Atheniensibus & Etolis reparatum. Demosthenis pro patria labores: Antipatris obſidio & liberatio.*
6. *Perdicca:*

- 6 Perdicca Cappadoces prælio fatigat. Bellum inter  
Antigonum & Perdiccam. Ptolemai solers  
industria.
- 7 De origine urbis Cyrenes digressio.
- 8 Ptolemaus bellum parat in Perdiccam. Eumenis res  
fortiter & feliciter gesta.

## C A P. I.

**F**Xtincto in ipso ætatis ac victoriarum flore  
Alexandro Magno, triste apud omnes, tota  
Babylone silentium fuit. Sed nec deuictæ gé-  
tes fidē nuntio habuerunt, quod ut inuictum  
regem, ita immortalem esse credideant; recordantes,  
quoties præsenti morte creptus esset: quam saxe pro  
amissio, repente se non sospitem tantum suis, verum etiā  
victorem obtulisset. Ut vero mortis, eius fides adfuit,  
omnes barbaræ gentes paulo ante ab eo deuictæ, non ut  
hostem, sed ut parentem luxerunt. Mater quoque Darij  
regis, quam amissio filio, à fastigio tantæ maiestatis in  
captiuitatem redactam, indulgentia victoris, in eam  
diem vitæ non pœnituerat, audita morte Alexandri,  
mortem sibi ipsa consciuit, non quod hostem filio præ-  
ferret: sed quod pietatem filij in eo, quem ut hostem ti-  
muerat, experta esset. Contra Macedones versa vice,  
non ut ciuem, ac tantæ maiestatis regem, verum ut ho-  
stem amissum, gaudebant: seueritatem nimiam, & affi-  
dua belli pericula execrantes. Huc accedebat, quod  
principes regnum & imperia, vulgus militum thesauros  
& grande pondus auri, velut inopinatam prædam, spe-  
stabant: illi successionem regni, hi opum ac diuitia-  
rum hereditatem cogitantes. Erant enim in thesauris  
quinqua.

CAP. I.5. Mater quoque Darij mortua quinto, postquam mori sta-  
syagambis mater. Darij inedia tuerat die. Q. Curtius, 10. 5. 39.  
9. Q. Curtius

quinquaginta millia talentū, & in annuo vētigali tributo, tricena millia. Sed nec amici Alexandri frustra regnum spectabant, nā eius virtutis ac veneracionis existant, vt singulos reges putares. Quippe ea formæ pulchritudo, & proceritas corporis, & virium ac sapientiae magnitudo in omnibus fuit, vt qui eos ignoraret, non ex una gēte, sed ex toto terrarū Orbe electos judicaret. Neque enim vñquam ante Macedonia, vel illa gens ailia, tam clatorum virorum prouentu floruit: quos primo Philippus, mox Alexander tanta cura legerat, vt nō tam ad societatem belli, quam in successionem regni, electi viderentur. Quis igitur miretur, talibus ministris, Orbem terrarum vīctum, cum exercitus Macedonum tot,

9. *Quinquaginta mill. talen.*] Nostra voce & ratione numerandi fuerint millions triginta. Illa vero tricena, seu vt Budzus lib. 4. de aſſe, pag. 163. m. legit triginta mill. vētigalis anni, constituant millions octodecim. Bern.

10. *Sed nec amici.*] Vulgo legitur, *sed nec amici.* Nec, quod in uno tantum ms. reperi, inducendum curauit. Frustra expectabant regnum, cum omnes pares essent, & equalitas discordiam augeret, vt paulo post, 13. 2. 3. & 16. 3. 1. dicit. Aequales enim aequalibus imperare, contra naturam est: & qui in alios regnum exercere vult, tanquam Deū inter homines esse debet, vt Aristoteles loquitur. Ita Bongarsius: à quo plane, sed, vt par est, modeste, dissentit E. Modius. Quid enim? (inquit) amio & libr. 1. 10. 2. de magorum interfectoribus legimus? Erant enim virtute & nobilitate ita pares, ut difficilem ex his populo electionem aequalitas faceret: & tamen ex septem ita aequalibus unus sublatus in regnum fuit: unus ceteris rebus omib[us] sibi paribus imperauit. Retineo ergo omnino rō nec, in quinque miss. à me constanter.

inuentum, hac sententia: Non frustra aut improbe spectasse & sperasse illos regnum; in quibus artes regiae, & omnia rege digna inessent, formæ pulchritudo, proceritas corporis, & virium ac sapientiae magnitudo, quazque alia Iustinus commemorat. Bern.

10. *Specabant.*] Vulgo exspectabant. Supra l. 2. 12. 22. rex velut spectator pugna. Vett. plerique exspectare pugna. Cicero epist. ad Casium ea, quæ est 16. lib. 15. Longiores enim exspectabo, vel possum exigam. Nonius in exigere citat hoc modo: Longiores enim spectab[o], vel potius exigam, quando hercle ego remtere exigam. Locum eo adscripsi, quia postrema verba in Ciceronis editionibus nulla sunt: quæ Nonius tamen, vt Ciceronis adserit. Bong. Acidalius ad Velleium, 2. 14. 5. exspectabant hic legendum supericatus: vt & supra, 2. 12. 22. exspectata pugna.

12. *Clatorum viror. p.*] Ita Seneca de tranquill. atq[ue]mi, cap. 7. Si inter Platonas & Xenophontes, & illum Socratiici carus prouenientia bonos quereres. A'ndōr. σοφῶν φ. 29. vocat Herodian. lib. sub initium.

Et tot, non ducibus, sed regibus regeretur? qui nunquam sibi repetissent pares, si non inter se concurrisserent: multosque Macedonia pro uno Alexandros habuisset, nisi fortuna eos æmulatione virtutis in perniciem mutuam armasset.

C A P. II. Ceterum, occiso Alexandro, non, ut lati;  
ita & securi fuere, omnibus vnum locu competenteribus;  
nec minus milites, quam inuicem se timebant, quorum  
& libertas solutior, & fauor incertus erat. Inter ipsos  
vero æqualitas discordiam augebat, nemine tantum ce-  
teros excedente, ut ei aliquis se summitteret. Armati  
itaque in regiam coeunt, ad formandum retum presen-  
tium statum. Perdicca censet Roxanes expellari partum,  
qua exacto mense octauo, matura iam ex alexandro  
erat; & si puerum peperisset, hunc dari successorem patri.  
Maleager negat differenda in partus dubios consilia:  
nec expellendum dum res nascerentur, cum iam genitis  
rati licet: seu puer illis placeat, esse Pergami filium  
alexandrinatum ex Barsine, nomine Herculem: seu mal-  
lent iuuenem, esse in castris fratrem Alexandri Aridaeum,

comem

CAP. II. 3. *Æqualitas discord.*  
ang. Intra 15. 3. 1. *Apiduum inter*  
*pares discordie malum.* Contraria  
vocem Soloni tribuit in ejus  
vita Plutarchus c. p. 18. v. 100  
*πόλεων καὶ ποιητῶν* *æqualia non fa-*  
*ciant hekta.* Plin. Panegyr. c. 45. *In*  
*alio sua quemque natura dele-*  
*git.* Sed nimurum, nisi sibi mutuo  
obstent. Nam cu n idem compen-  
tunt, illud Seneca valet de ira, 3.  
34. *Quod vinculum amoru esse*  
*debet seditionis arque ody cau-*  
*sa est.* idem VELLE. Bern.

*Ve ei aliquis se sumit.* MSS. Modiani,  
ut ei se ali sumit. quod ne-  
scio quomodo coiuni videtur.

5. *Roxanes]* Putat Lambinus ad  
Probi phocionem, hunc, ubi iatus  
fuit, philippum appellatum fuisse,  
vbi ita loquitur Probus: *Causam*  
*apud philippum regem verbos, et ip-*  
*sa quidem apud Poliperchonem*

*jussus est dicere.* Quem locum  
mauult accipere de Philippo Ale-  
xandri, ut ei videtur, filio, quam  
de Aridae Philippo, Alexandri  
fratre, ad quem tamen haud du-  
bie pertinent. Verum autem no-  
men filio Roxanes fuit Alexan-  
drianus. Quid certum est ex pau-  
saniae Atticis & Boëoticis, item  
Dexippo apud Photiu & Eusebiu.

7. *Ex Barsine]* Corrigendus in  
mulieris nomine Porphyrius apud  
Eusebium in regno Macedonicō:  
Κατέτιμος δὲ ὁ Αἰξιάρδος  
τραϊδες. Ηγελέα τε ἐν Μαρ-  
σίν τε Φαρναβάζος, Αἰξιά-  
ρδος τε ἐν Παζάρος τε Οὐρ-  
τα τε Βάστηρος βασιλεὺς, Scribe,  
ἐν Βροσίνος, quam hic Pharnabazi  
filiam facit. Plutarch. c. 36. & Eu-  
menes c. 2. Artabazi: Arrianus, 7. 1.  
Darii regis; sed in nomine conue-  
niunt. Freinshe. n. M. 23

comem & cunctis non suo tantum, verum & patris Philippi nomine acceptissimum. Ceterum Roxanen esse originis Persicæ nec esse fas, ut Macedonibus ex sanguine eorum, quorum regna eleuerint, reges constituantur: quod nec ipsum Alexandrum voluisse dicit. Denique morientem nullam de eo mentionem habuisse. Ptolemæus recusabat regem Aridæum, non propter maternas modo sordes, quod ex Larissæ scorno nasceretur: sed etiam propter Valerudinem maiorem, quam patiebatur: ne ille nomen regis, alias imperium teneret: melius esse ex his legi, qui pro virtute regi suo proximi fuerint, qui prouincias regant, quibus bella manuentur, quam sub persona regis indignorum subiciantur imperio. Vicit Perdicce sententia, consensu vniuersorum. Placuit itaque Roxanis expectari partum: & si puer natus fuisset, rutores Leonatum, Perdiccam, Crateron, & Antipatrum constituant, confessimque in tutorum obsequia iurant.

C A P. III. Cum equites quoque idem fecissent, pedites indignati, nullas sibi consiliorum partes relictas, Aridæum, Alexandri fratrem, regem appellant, satellitesque illi ex turba sua legunt, & nomine Philippi patris vocari

11. Maternas modo sordes] Hoc est, generis humilitatem. Vide Plutarchum extremo vita Alexandri. Bong.

Larissæ scorno] Ex Philinna Larissæ, quam Ptolemæus apud Athenæum Saltaricē suisse refert.

Valerudinem maiorem] Hoc est, morbum comitialem, quem & Herculeum, & sacrum appellant. Festo est morbus maior, in voce Prohibere, quem locum indicio Freinsheimij nostri debeo. Plutarchus Alex. c. 16. & 130. mentis impotem Aridæum fuisse tradit, non natura, sed pharmaco ab Olympiade propinato. Bern. Valerudinem pro morbo dixit auctor etiam 14. 5. 2. & 21. 2. 1. Ita Cic. de Diuin. 2. 59. curatio valerudinis.

14. Tutores] Idem factum infra,

17. 3. 10. & 21. item 34. 3. 6.

Crateron] Hunc Craterum Alexander φιλοφρόνηα, Hephestionem autem φιλαλίξ φύσει appellare solebat.

C A P. III. 1. Pedites indignati] Nota morem, quando totus exercitus in consilium vocatur. Tacit. annal. 1. 47.

Aridæum, Al. fr. regem] Legendum Diodorus initio libri 18. & Curtius, 10. 7. Seneca de Benef. 4. 31. Quid sibi voluit prouidentia, qua Aridæum regno imposuit? Illi puer hoc datum? Patri eius darum est, & fratri. Bong.

Ex turba sua] Hoc inuentum in uno ms. iure Bongarius in variantibus probat: atque ita etiam esse in tribus suis mss. melioribus, affirmat Modius, quo magis religio fuit.

2 vocari iubent. Quæ cum nuntiata equitibus essent, legatos ad mitigandos eorū animos, duos ex proceribus, Attalum & Meleagrum mittunt, qui potentia ex vulgi adulatio[n]e quærentes, omisso legatione, militibus consentiunt. Statim & seditio crevit, ubi caput & consilium  
 3 4 habere cœpit. Tunc ad delendum equitatum cuncti armati in regiam irrumpunt: quo cognito, equites trepidi ab urbe discedunt, castrisque positis, & ipsi pedites  
 5 6 terrere cœperant. Sed nec procerum inter se odia ceserant. Attalus ad interficiendum Perdiccam ducem  
 7 8 partis alterius, mittit: ad quem armatum, & ultro vocantem, cum accedere percussores ausi non fuissent; tan-  
 ta constantia Perdicca fuit, ut ultro ad pedites veniret,  
 9 & in concionem vocatos edoceret, quod facinus molin-  
 rentur: resipicerent contra quos arma sumpsissent: non  
 illos Persas, sed Macedonias; non hostes, sed ciues esse;  
 plerosque etiam cognatos eorum, certe commilitones, eo-  
 10 runtem castrorum ac periculorum socios: edituros deinde  
 egregium hostibus suis spectaculum, ut quorum armis  
 victos se dolerant, eorū munitis cadibus gaudeant, paren-  
 tatuosque sanguine suo manibus hostiū a se interfectiorū.

1 C A P . IV . Hæc cum pro singulari facundia sua Per-  
 dicca perorasset, adeo mouit pedites, ut probato consi-  
 2 lio eius, dux ab omnibus legeretur. Tum equites in con-  
 3 cordiam reuocati, in Aridæum regem consentiunt. Ser-  
 4 vata est portio regni Alexандri filio, si natus esset. Hæc  
 agebant,

fuit, auctori suum non restituere.  
 Hactenus edebatur, ex tribu sua.  
 Bern.

5. Terrere] Ita mss. hoc est, mu-  
 tuum metum incutere Bong. terre-  
 ri. sed illud haud dubie rectius est.  
 Bern.

7. Attalus ad interf.] Meleagro  
 id tribuit Curtius, 10. 8. 1. B.

10. Egregium hostib.] Eandē hanc  
 mouendi rationem ab hostiū af-

festu & voto, decenter usurpat  
 Homerūs Iliad. 1. 255. & ex eo Vir-  
 gili. Aeneid. 2. 104.

Hoc Ithacus velit, & magno  
 mercenrur Acreida.  
 Videſis Quid. Epift. 9. distich. 4. &  
 Taciti German. cap. 33. Bern.

Parentacuros] Parentare propriis  
 parentibus justa facere. Sed ad  
 alios quoque transfertur.

agebat, posito in medio corpore Alexandri, ut maiestas eius testis decretorum esset. His ita compositis, Macedoniae & Graeciae Antipater preponitur: Regiae pecuniae custodia Cratero traditur: castrorum, exercitus, & rerum cura Meleagro, & Perdicca assignatur: iubeturque Aridæus rex, corpus Alexandri in Hammonis templum deducere. Tunc Perdicca infensus seditionis auctoribus repente ignaro collega, lustrationem castrorum propter mortem regis, in posterum edicit. Postquam armatum exercitum in campo constituit, consenseruntibus universis, euocatos, dum transit, de singulis manipulis seditiones, suppicio tradi occulte iubet. Reuersus inde, inter principes provincias diuidit, simul ut & remoueret amulos, & munus imperij, beneficij sui faceret.

CAP. IV. 6. *Corpus Alex.*] Quod ad id tempus intepultum fuerat. Aelianus extremo libro 12. Alexandram autem deportatum à Ptolemaeo, idem auctor est, & Strabo, 17. & Diodorus, 18. 28. Bong.

7. *Lustrationem castrorum*] Lustrabantur milites carne discili & ab utraque parte proiecta. *Cure.* 10. 9. 18.

8. *Consentientibus universis.*] Freinsheim. nō cōsentit, maūltque non sentientibus un. quod euincit etiam subiunctum occule. Vide etiam Curtium, 10. 9. Bern.

*Transit.* Ut in lustratione fieri solet; nam ad exercitum hoc referendum, non ducem.

*Manipulus.*] More Romano loquitur Manipulus autem ducentos milites continebat, id est, duas centurias. Manipulus autem dictus est, quia dum Romani adhuc pugneres essent, manipulos foeni perticis alligabant, & eos pro signis sequebantur, vt Lucanus:

*Parica suspensos porrabat longa maniplos.*

*Suppicio tradi.*] Elephants ob-

jici. Trecenti sere sic obtiti. *Curtius.* 10. 9. 28. *Bern.*

*Suppicio tradi.*] Seditiones suppicio destinare vel centesimum quaque vel decimum forte ducere vetus mos fuit. Ita nimur, metus ad omnes, poena ad paucos perueniebat. Utique omne supplicium exempli causa statutum non vindictæ, quod ad paucos potius, quam ad multos tralatitium esse debet, præcipue principes conspirationis. Julius Caesar ea arte in seditiones milites vslus, ut per sortem audacissimi quique ac seditionisfissimi ducerentur.

9. *Inter princ. provincias diu.*] Dissentit lib. 1. Machabeor. c. 1. 6. &c. vbi refertur, Alexandrum ante mortem regna distribuisse inter suos nobiles, omnesque sibi diademata post mortem illius impossisse. Quem locum historicæ veritati concilliarurus Rabanus commentator, distribuisse interpretabatur diripiendas reliquias. Acumen hoīnus mihi vide. *Bern.*

*Ve & remoueret &c.*] seu verbis Liuij, 3. 15. 5. *Ve procul ab se per honorem eos alegaret.*

*Munus.*

ro faciet. Primo, Ptolemaeo Ægyptus, & Africæ Arabiae-  
 11 que pars sorte venit, quem ex gregario milite Alexan-  
 der virtutis causa prouexerat: cui ad tradendam prouin-  
 ciam Cleomenes qui Alexandriam ædificauerat, datur.  
 12 Confinem haic prouinciae Syriam Laomedon Mityle-  
 13 næus, Ciliciam Philotas, Philo Illyrios accipiunt Me-  
 diæ maiori Acropatos, minori sacer Perdiecæ præpo-  
 14 nitur. Susana gens Scyno, Phrygia major Antigono,  
 15 Philippi filio, assignatur. Lyciam & Pamphyliam Near-  
 chus, Cariam Cassander, Lydiam Menander sortiun-  
 tur.

*Munus imperij*] Ita 24.2. 4. Be-  
 neficium propriæ est ad altiora  
 promotio. Tacit. annal. 15. 52. 5.  
 dilecto imperatore, sui munere  
 temp. facere. Sueton. Tib. 12. 4. per  
 quosdam beneficij sui centuriones.  
 Adde eundem in Cœl. 23.3. Liuii,  
 1.35. 10. Amulian. 15. 27. fin. Gru-  
 teri suspicion. 1.13. Bern.

10. *Arabiaque pars*] Ms. vnum  
 & Orosiu. 3.23. expressi.mss. enim  
 ceteri Asiae Libyæque pars. Bong.

*Sorte venit*] Legò sorte evenire, si-  
 eut etiam mox seq.n. 16. & 13.5.8.

11. *Cleomenes*] Diocrates dicitur  
 Valerio Maximo. 1.5. & Solino  
 1.40. Cleomenes autem Africæ &  
 Ægypti vestigalibus fuerat præ-  
 positus. Curtius. 4.8.9. Bong.

12. *Laomedon*] Infra. 15. 4. 3.  
*Laudice pro Laodice. Veteres La-*  
*zinos Laumento pro Laomedonte*  
*dixisse, docuit nos Josephus Scaliger*  
*in Festum, quem vide. In anna-*  
*libus Taciti. 14.31. quz Boodicea,*  
*eadem statim Boudacea dicitur: ia-*  
*vita Agricolæ Voadica, vitiose*  
*fortassis; & apud Petronium Lau-*  
*coen pro Laecoon. Bong.*

13. *Acropatos*] Legendum ex  
 Attiani. 7. *Acropates.* lib. 6.  
*A'gri'one* 1<sup>o</sup> Diodoro A'gri'one  
 mendose, pro A'gri'one.  
 Videndus & Curt. 10.10. Bern.

*Acropatos*] Hinc portio Mediz

*Acropatia dicta.* Strabo lib. 11.

*Perdiecas*] Orontis F. Macedo ex  
 Orestide. Arrian. Indic. 3.12.

14. *Scyno*] Auctore magno Scali-  
 gerio, animaduert. Euseb. ad annum  
 M. DC. XCIII. scribendum Cœno.  
 Fuit autem iste Cœnus Polemo-  
 cratis filius, vnu ex ducibus Ale-  
 xandri, Diodoro. 17. 57. Arriano.

5. Curtio. 9. 3. Est purum nomen  
 Macedonicum. Ita enim vocabatur  
 & secundus à Carano, auctore stir-  
 pis regis Macedonum. Apparet  
 vetustissimum mendum fuisse in-  
 iustino, quam in eius descriptore  
 Orosio. 3.23. idem extet Hæc ille.  
 Videtur tamen aliud potius no-  
 men reponendum, cum Cœnus il-  
 le prior Alexandro diem obierit.  
 Curtius. 9.3.32. Bern.

*Phrygia maior*] Omnia emen-  
 dandum *Phrygia maior* Ant. Phil.  
 filio assignatur, cum *Lycia* &  
*Pamphylia*: *Cariam*, &c. ex Dio-  
 doro, Appiano, Curtio. To cum  
 mutarunt in *Nearcho*, cum vni tot  
 regiones assignari æge ferrent:  
 Inuerso inde ordine legerunt *Lyci-*  
*am* & *Pamphyliam* *Nearcho*. Et  
 mihi quidem ita videtur. Bong.

*Antigono, Philippi filio*] Cum  
*Pamphylia* & *Lycia* *Phrygiam* ob-  
 tinuit, ut Diodorus testatur. Postea  
 vero toti Asiae imperauit, ut fere  
 omnes tradunt.

tur. Leonato minor Phrygia euenit: Thracia & regio-<sup>16</sup>  
 nes Pontici maris Lysimacho: Cappadocia cum Pa-  
 phlagonia Eumeni data. Summus castrorum tribunatus<sup>17</sup>  
 Seleuco Antiochi filio cessit. Stipatoribus regis satelli-<sup>18</sup>  
 tibusque Cassander filius Antipatri præficitur. In Ba-<sup>19</sup>  
 etriana vltiore, & Indiæ regionibus, priores præfe-  
 cti retenti. Terras inter amnes Hydaspem & Indum,<sup>20</sup>  
 Taxiles habebat. In colonias in Indis conditas, Pithon<sup>21</sup>  
 Agenoris filius mittitur. Parapammenos fines Caucasi  
 montis, Extarches accepit. Aracossi Gedrosique Sibyr-<sup>22</sup>  
 tio traduntur: Drancæ & Arei Statanori. Bactrianos<sup>23</sup>

Amyntas

16. *Leonato*] Euni filius, Pellæus.  
*Arrian.* Indic. 3. 12.

*Lysimacho*] Fuit is Agathoclis fi-  
 lius, Pellæus. *Arrian.* Ind. 3. 12.

*Paphlagonia*] Paphlagonia cum  
 subiecta mari Pontico regione,  
 Trapezuntem usque Eumeni ces-  
 sit, ut Plutarchus ait. Iustinus sic  
 dicit, Cappadociam cum Paphla-  
 gonia Eumeni datam fuisse. Infra  
 vero, ut suo loco videbimus, præ-  
 ter prouincias, quas acceperat, ad-  
 jectas dicit Paphlagoniam, cum  
 Caria, Lycia, & Phrygia. Itaque lo-  
 cum illius corruptum esse suspi-  
 cor, scribendumque pro Paphla-  
 gonia, Lycaonium, quæ regio est  
 in Asia minore prope Lyciam, ut  
 Ptolemaeus, lib. 2. testatur.

*Eumeni*] Vide mox infra 11. 6. 14.

17. *Seleuco*] Syria & Babylone  
 potum tradit Cedrenus. Quod  
 quidem Arrianus & Diodor. 18. 3.  
 docent in posteriori demum diui-  
 sione contigisse.

20. *Terras inter*] Seras edidit in  
 Otio Fabricius, quomodo ha-  
 bet è mss. nostris unus: ceteri *Ser-  
 ras*, quod malo. Nam & vrbis Ta-  
 xila, cum imperabat Taxiles, siue  
 Taxilus, ut eum Strabo vocat,  
 inter Hydaspem & Indum sita est,  
*Arrian.* 5. *Strab.* 15. & Taxili re-  
 gnum suum relictum *Diodorus*.

17. 86. refert. Bong.

21. *Pithon*] Mediam ei datam,  
*Diodorus*, 18. 39. & *Curtius*, 10. 10.  
 7. auctores sunt. Bong.

*Pithon Agenoru*] *Pithon* pori &  
 Taxilis finitimi imperauit, ex-  
 ceptis Paropamisadis. Huius etiam  
 fortis ratam habuit Antipater.  
*Arrian.* 9.

*Parapammenos fines*] Omnino le-  
 gendum, *Paropamisos*, & fines  
 Caucasi montis, *Oxyarches* accepit.  
 Ex Dexippo, & Arriano. Statim  
 post in mss. legitur *Cedrosique*.  
 Recte: nam & Græci non *τὸν περι-*  
*πόλεας* tantum, sed & *Κίσσας* ve-  
 cant Stephanus, *Kissaces* ib., *G.*  
*Πιστοῦ*, &c. Voss.

*Extarches*] *Oxyartes*, Roxanis pa-  
 ter, habet *Diodorus*, 18. 3. Bong.

22. *Aracossi*] Debeat hæc in  
 impressis, quæ mss. agnoscent &  
*Diodorus*. *Plutarchus* in *Eumene*  
 extremo habet *τέλον την μένδο-*  
*σε, προ Στρατού*. Sed qui hic *Sta-*  
*tanor*, *Diodoro*, 18. 3. & *Arriano*, 6.  
 est *Στρατόν*. Quæ sequuntur.  
 variant ab iis quæ *Diodorus* scri-  
 bit. Sed de ipsis plura ad *Curtium*.  
*B. Abr.* *Ortelius* in *theol. Geograph.*  
 pro *Aracossi* hic legendum censet  
*Arachosij*, suffragante *Diodoro*,  
 18. 3. *polyxenus* strategem. lib. 4. in  
 Anti.

Amyntas sortitur, Sogdianos Scythæus, Nicanor Parthos, Philippus Hyrcanos, Phrataernes Armenios, Tlepolemus Persas, Peucestes Babylonios, Archos 24 Pelasgos, Arcesilaus Mesopotamiam. Cum hæc diuisio, veluti fatale munus singulis contigisset, ita magna 25 incrementorum materia plurimis fuit. Siquidem non magno post tempore, quasi regna, non præfecturas diuisissent: sic reges ex præfectis facti, magnas opes non sibi tantum parauerunt, verum etiam posteris reliquerunt.

I C A P. V. Dum hæc in Oriente aguntur, in Græcia Athenienses & Ætolis bellum, quod iam viuo Alexander mouerant, summis viribus instruebant. Causæ belli erant, quod reueisus ab India Alexander, epistolas in

Græciam

Antigono, n. 15. Sigyrtium habet pro Sibyrro. Bern.

23. *I Philippus*] Diodorus Philippo Bactrianam & Sogdianam tribuit.

*Phrataernes*] Is antea sub Dario prætor Hyrcanorum fuerat. Arrian. 3.2.

*Tlepolemus*] Ex Aeacidarum gente. Arrian. 2.5. Carmanus præficitur. Dexipp.

*Peucestes*] Persidis satrapa constitutus ab Alexandro. Arrian. 6.5. in ea prouincia remanet. Diodor.

*Archos*] Diodorus. 18.3. Αρχων. Et pro Arcesilaus, quod & Diodorus, & veteres uno excepto omnes agnoscunt, Fabricius in Orosio legit, Arcelaue. Bong.

24. *Incrementorum materia*] Minor vett. omnes pro materia habere memoria. Præfecturas vocat satrapias. Σατράπης Persis, Latinis præfetus dicitur. Bong.

25. *Posteris reliquerunt*] Ptolemei posteritas retinuit Aegyptum usque ad Iulij Caesaris tempora. Seleuci filius Antiochus possedit Asiam & Syriam, sed posteri Asiam amiserunt partim ab Eumene Bi-

thynio, partim à Galatis. De Macedoniz possessione diuinus certatum est, sed ad extremum posteritas Demetrij, qui fuit Antigoni filius captus à Seleuco, vt dixi, tenuit Macedoniam, donec eam Romani occuparunt. Cassandri & Lysimachi filii adolescentes teterrimis parricidiis perierunt. Strig.

C A P. V. 1. *Athenienses & Ætolis*] Lamiacum bellum, de quo Diodorus, 17. 111. & 18. 8. cum seqq. & Strabo lib. 9. Meminit & Plutarchus in Pyrrho c. 1. & in Demosthene c. 38. & Pausanias Atticis. Ita appellatum, quod ad Lamiam, in quam se receperat Antipater, gestum est. Iustinus aut memoria lapius, aut alios secutus autores, Heracleam pro Lamia nominat. Bong.

2. *Epistolas*] Misit Nicanorem Stagiritanum ad exules in Iudis Olympiacis, cum hac Epistola: Autores exilij vestri nos haud suimus, reditus vero in patriam nos erimus, sceleratus canrum exceptu. Qua de re Antipatro scripsimus, ut civitates restitutioni suorum refragantes vi cogat. Aetolia ab Oeniadis

Græciam scripserat, quibus omnium ciuitatum exules, prius cædis damnavi, restituebantur. Quæ recitatæ præsente vniuersa Græcia, in mercatu Olympiaco, magnos motus fecerunt; quod plurimi non legibus pulsati, sed per factionem principum fuerant, verentibus ipsis principibus, ne reuocati poteriores in republica fierent. Palam igitur iam tunc multæ ciuitates, libertatem bello vindicandam fremebant. Principes tamen omnium Athenienses & Ætolii fuere. Quod cum nuntiatum Alexandro esset, mille naues longas sociis imperari præceperat, quibus in Occidente bellum gereret; excusuiusque cum valida manu fuerat ad Athenas delendas. Igitur Athenienses, contracto xxx millium exercitu, & cc naubus, bellum cum Antipatro, cui Græcia sorte euenerat, gerunt; eumque detrectantem prælium, & Heracleæ urbis mœnibus tuentem se, obsidione cingunt. Eodem tempore Demosthenes Atheniensis orator, pulsus patria, ob crimen accepti ab Harpalio auri, qui crudelitatem Alexandri fugerat, quod ciuitatem in eiusdem Alexandri bellum impelleret, forte Megaris exulabat: qui ut missum ab Atheniensibus Hyperidem legatum cognouit, qui Peloponnesi in societatem armorum solicitaret, sequutus eum, Sicyona,

Oeniadis metuebant, quos elece-  
rant. Hinc matus, turbæque.

*Epistola* 18. Quarum exemplum est in Diodoro, 18. 8. Bern.

*Cedus damnari*] Et *ισπίουλος*. Diodor. Bong.

*8. Heraclea urbi*] Imo *Lamia*, quæ Thessaliz urbs est. Bern.

*9. Tempore Demosthenes*] Demosthenes cum prius acerrime Harpalii causam oppugnasset, quum xx. ab eo accepisset talenta, altera die qua rursum agendum ea de re erat, lana collo circuolata, σωματικὸν se pati singebat. Tum è populo

exclamasse unum ferunt, non εὐδίκησε, sed εἰσαγέγενε.

*Harpalo* [Mss. *Harpago*.] Librarios in errorem induxit Alcyagis Harpagus, de quo lib. 1. 4. 6. De hoc lege supra notatos & emenda Eusebij Chronicum, in quo legitur *Harpalus fugit in Asiam*: scribe ex *Asia*. De Demosthenis exilio videundus Plutarchus in vita capit. 36. & Pausanias Corinthiacis. Bong.

*Quod* [Legendum quo, hoc est, ut. Cauiam enim largitionis, auctor exponit. Freinsh.

*13. Sicyona*] Ptolemy est Sicyonia

cyona, Argos & Corinthum, ceterasque ciuitates, ele-  
ti quentia sua Atheniensibus iunxit. Ob quod factum,  
missa ab Atheniensibus obuiam naue, ab exilio reuoca-  
tur. Interim in obsidione Antipatri, Leosthenes, dux  
atheniensium, telo è muris in transiuntem jacto, oc-  
ciditur. Quæ res tantum animorum Antipatio dedit,  
vt etiam vallum rescindere auderet. Auxilium deinde à  
Leonato per legatos petit: qui cum venire cum exer-  
citu nuntiatus esset, obuij ei Athenienses cum instru-  
ctis copiis fuere, ibique equestri prælio, graui vulnere  
ictus extinguitur. Antipater, tametsi auxilia sua videret  
victa, morte tamen Leonati latitus est: quippe &  
æmulum sublatum, & vires eius accessisse sibi gratula-  
batur. Statim igitur exercitu eius recepto, cum par ho-  
stibus etiam prælio videtur, solitus obsidioe, in Ma-  
cedoniam concessit. Græcorum quoque copiæ, finibus  
Græciæ hoste pulso, in vrbes dilapsæ.

**C A P . VI.** Interea Perdicca, bello Ariarathi regi  
Cappadocum illato, prælioque victo, nihil Præwij præ-  
ter

cyoniz regionis in Peloponneso  
vrbs, quæ apud Suidam quoque  
Hellæs appellatur.

11. *Ab exilio reuocatur]* De hoc  
ita Plutarchus in Demosthene:  
Memorat Phylarchus, dum hic pro  
Græcis, ille verba facit pro Macedonibus, ad mutua progressos  
conuicti atque. Perlibetur Pytheas  
dixisse: Ut domum, inquam lac  
asininum inferatur, omnia labora-  
rare aliquo morbo arbitramur: ita  
non posse fieri quin vrbs ægrotet,  
quam legatio adiret Atheniæsum.  
Demosthenè vero retorsus exemplum  
his verbis: Et lac asinimum  
ad sanitatem inferri & ad salutem  
ægrotantium adesse Athenienses.  
Quibus populus Atheniensis cap-  
tus, scini illi redditum. Id plebis-  
tum Dewon Pæaniensis, Demo-

stenis fratris filius, tulit, miserunt  
Aeginam ad eum triremem, & à  
circumfuso populo magna lætitia  
exceptus est.

13. *Quæ res tantum animorum]*  
Factum est in obsidione Lamia-  
rum. Plutarchus in Demosthene.

14. *Equestri prælio]* Ducibus  
Antiphilo & Menone Thessalo.  
Plutarchus in Phocione cap. 33.  
Diodorus. 18. 15. Bong.

**C A P . V I . A r i a r a t h i ]** Regnabat  
is in Cappadocia: Diodorus, 18. 16.  
Plutarchus in Eumeni c. 7. Erat  
enim Cappadocia Eumeni dicta,  
non data: Probus. Quæ hic de Cap-  
padocibus narrantur, ea Diodo-  
rus, 18. 22. de Haauris refert: à quæ  
& eorum, quæ sequuntur, plenior  
narratio petenda est. Bong.

2. *Quip*

ter vulnera & pericula retulit. Quippe hostes ab acie <sup>2</sup> in vibem recepti, occisis conjugibus & liberis, domos quisque suas cum omnibus copiis incenderunt. Eodem <sup>3</sup> congestis etiam seruitiis, & semetipsos præcipitant, ut nihil hostis vixit suarum rerū, præter incendijs spectaculo frueretur. Inde, ut viribus auctoritate in regiam acquireret, ad nuptias Cleopatræ, sororis Alexandri Magai, & alterius Alexandri quondam uxoris, non aspernante Olympiade, matre eius, intendit: sed pirus Antipatrum, sub affinitatis obrentu, capere cupiebat. Itaque <sup>6</sup> fingit se in matrimonium filiā eius petere, quo facilius ab eo supplémentum tironum ex Macedonia obtineret. Quem dolum præsentiente Antipatro, dum duas eodem <sup>7</sup> tempore uxores querit, neutram obtinuit. Post huc <sup>8</sup> bellum inter Antigonum & Perdittam oritur. Antigono <sup>9</sup> Craterus & Antipater auxilium ferebant; qui facta cum Atheniensibus pace, Polyperchonta Græciæ & Macedoniæ præponunt. Perdicca, alienatis rebus, Ariodæum, & Alexandri Magni filium, in Cappadocia, quorum cura illi mandata fuerat, de summa belli in consilium adhibet. Quibusdam placebat bellum in Macedonię <sup>11</sup> transferri, ad ipsum fontem & caput regni, ubi & Olympia esset, mater Alexandri, non mediocre momentum partium, & ciuium fauor, propter Alexandri Philippique

<sup>1</sup>. e. Quippe hostes] Non absimilia de speratæ rabiei huius & inhumanæ necessitatibus exempla refertur, Xenophon I.4. expedit. Cyri, de Taochoris: Polybius 16.16. de Abydenis: Plutarchus in Bruto, c. 46. de Xanthiis in Lycia: Appianus in Illyric. de Metulliis: Livius 21. 14. de Saguntinis: & 28.22. de Astapensisibus: Florus: 2.11. 28. de Cartaginiensibus: & 2.18.26. de Numantinis. Iudæos quoque templum Hierosol. & flagrantem vibem latus vultibus alpexisse, quod

ita nihil essent hostibus relicturi, scribit Josephus bell. Iud. 6.38. B.

<sup>2</sup>. Copias] Hoc est, annona seu comœtu Tacitus annal. 15.16. l'arche inopes copiarum Et Germ. c. 30. Catti militem super arma, ferramentu quoque & copiis onerant.

<sup>3</sup>. Spectaculo frueretur] Modius pleroque tuos mss. dicit habere, spectaculum frueretur: ut etiam in uno profiteretur extare Bongarsius: & congruit præcedenti nihil. Bern.

<sup>4</sup>. Auctoritatem reg.] Vide supra notam ad I.10.14.

13 Philippique nomina: sed in rē visū est ab Ægypto incipere, ne in Macedoniam profectis, Asia à Ptolemeo  
 14 occuparetur. Eumeni, præter prouincias quas accep-  
 15 rat, Paphlagonia, & Caria, & Lycia, & Phrygia adi-  
 16 ciuntur. Ibi Craterum & Antipatrum opperiri jubetur:  
 adiutores ei dantur cum exercitibus frater Perdiccæ  
 17 Alcetas, & Neoptolemus: Clito cura classis traditur: Ci-  
 licia Philotæ adempta: Philoxeno datur: ipse Perdicca  
 18 Ægyptum cum ingenti exercitu petit. Sic Macedonia,  
 in duas partes discurrentibus ducibus, in sua viscera ar-  
 matur: ferrumque ab hostili bello in ciuilem sanguinē  
 vertit, exemplo furentium manus ac membra sua, ipsa  
 19 cæsura. Sed Ptolemæus in Ægypto, solerti industria,  
 magnas opes parabat: quippe & Ægyptios insigni mo-  
 deratione in fauorem sui tollicitauerat: & reges finiti-  
 mos beneficiis obsequisque deuinxerat: terminos quo-  
 que imperij, acquisita Cyrene rive, ampliauerat, factus  
 que jam tantus erat, ut non tam timeret, quam timen-  
 dus ipse hostibus esset.

CAP. VII. Cyrene autem condita fuit ab Ari-  
 stæo, cui nomen Battos propter linguae obligationem  
 fuit.

14. Paphlagonia] Vide supra.  
 19. Ægyptios insigni] Humanum  
 se regioni etiæ incolus exhibebat,  
 &c. Complures etiam amice erga il-  
 lum affecti propter aquitatem, ad  
 ipsum configubabant. Diodor. 18. 14.  
 apud quem lege, qua ratione Cy-  
 renem acquisierit Ptolemæus. B.  
 20. Non tam timeret &c.] Lilius,  
 22. 8. Metuendus magu quam me-  
 tuens.

CAP. VII. 1. Cyrene autem con-  
 dita] Vide Herodotum, 4. 150. &c.  
 Pausaniam Laconicis & rhocicis,  
 Strabonem lib. 1. & 17. & excerpta  
 ex Heraclide *τοντειαν*. &  
 Annianum, 22. 40. m. & Callima-  
 chi hymnos, & Euæbium, & Soli-  
 num c. 30. Sallustium Iugurth. 19.  
 4. & Pindarum oœc 3. Pyth. B. Ad-

de Stephanum de verbibus, Eusta-  
 thium In Dionysium pag. 32. b. &  
 maxime Diodorum Siculum, 4. 83.  
 Bern.

Aristæo] Hic à Callimacho,  
 hymno in Apollinem Aristoteles  
 dicitur, & ab Heraclide, &c. in mss.  
 Euæbij libris. Bong.

Barros] MSS. Battos, ut supra, 13.  
 6. 1. Ariarætes, & 15. 4. 13. San-  
 drocolæne, duplex e, in et, frequens  
 in vernacula Italorum lingua mu-  
 tatio. Bong. Non est tamē credibi-  
 le, Italiūnum in hoc quidem no-  
 mine committi. Nam & Græcis au-  
 toribus Cyrenarum iste conditor.  
 Bætæ dicitur. Ouidius in Ibin,  
 Blæsum interpretatur, disticho  
 270.

Cendi

fuit. Huius pater Cirnus, rex Theramenis insulae, cum ad oraculum Delphos, propter dedecus adolescentis filij nondum loquentis, deum deprecatus venisset, responsum accepit, quo iubebatur filius eius Battus *Africā petere, & urbē Cyrenē condere; usū lingua ibi accepturus.* Cum responsum ludibrio simile videtur, propter solitudinem Theramenis insulae, ex qua coloni ad urbem condendam in Africam tam vastae regionis proficiisci iubebantur, ies omissa est. Interjecto deinde tempore, velut contumaces, pestilentia deo patere compelluntur; quorum tam insignis paucitas fuit, ut vix unam nauem completerent. Cum venissent in Africam, pulsis accolis, montem Cyran, & propter amoenitatem loci, & propter fontis ubertatem, occupare. Ibi Battus, dux eorum, linguæ nodis solutis, loqui primum cœpit: quæ res animos eorum, ex promissis Dei iam parte percepta, in reliquam spem condendæ virbis accedit. Positis igitur castris, opinionem veteris fabulæ accipiunt, Cyrenē, eximiae pulchritudinis virginem, à Thesalia monte Pelio ab Apolline raptam, perlatamque in ciudem

*Conditor ut tarde Blasius cognoscit Cyrrha.*  
Sic enim Paulus Leopard⁹ emend.  
3. ut. vertum corredit, pro quo vul-  
gares editiones,

*Cognitor ut tarde lasius cognomi-  
ne Mirra. Bern.*

*Batoeis*] Libyes sua lingua Battum regem appellant, hodieque Balsa in Turcica lingua adhuc retinetur, quod caput, praefectum denotat. In Græca quoque voce latitare videtur, Βατταῖον: quasi caput Φλαύς, id est, populi, mutabiles autem li-  
teræ τ & ε.

*2. Cirnus*] Herodoto, 4. 150. trans-  
positis literis, Τειρό. Facit autem non regis, sed Polymnest. filium Battum, 4. 155. B. Ut & Pindarus od. 4. Pyth. B.

*Cyrenem*] Glossa est nomen enim virbis non ab oraculo, sed à monte Cyra, aut fabula illa originem habuit Sebis.

*3. Theramenis insula*] Nomen huius insulæ ceteris omnibus est *Terra, Spartaorum colonia, quo omnium auctorum consensu mo-*ueor, ut pro *Theramenis* legam *Therae*. Vnde negligentes librarij primum fecerunt *Therane*, inde *Therame*, tandem *Therameni*. Bong. & Ortelius thes. Geogr. in *Thera*. Meminit auctor iterum, 30. 4. T. Bern.

*4. Velut contumaces*] Similia Li-  
uius, 2. 36.

*7. Pelio*] Thessaliz mons ad ortum solis spectans, prope Mag-  
nesiam, ut Ioh. Tzetzes tradidit.

eiudem montis iuga, cuius collem occupauerant, à deo  
repletam, quatuor pueros peperisse, Nonium, Aristæum,  
Authocum, Argæum: missos à patre Speco, rege Thes-  
saliæ, qui perquirerent virginem, loci amœnitate ca-  
ptos in iisdem terris cum virgine resedisse. Ex his pue-  
ris tres adultos in Thessaliam reuersos, auita regna re-  
cepisse. Aristæum in Arcadia late regnasse, cùmque pri-  
mum, & apium & mellis vsum & lactis ad coagula ho-  
minibus tradidisse, solstitialēque ortus sideris primum  
inuenisse. Quibus auditis, Battus virginis nomine ex  
responsis agnito, urbem Cyrenem condidit.

C A P .

*Ab Apolline rapcam] Vide Cal-*  
*limachū, & eius Scholiaſten. Bong.*  
*Quatuor pueros peper. &c.] Aliter*  
*sindarus od. 9. pyth. & Diodorus,*  
*4. 83. qui Cyrenes filium vnam*  
*referunt Aristæum: Nomium ve-*  
*ro & Agrium (ita enim legendum,*  
*non Argæum, ut hic) Aristæi co-*  
*gnomina faciunt, ideo sic dicti,*  
*quod venationi & pascendo pe-*  
*cori esset addictus. Nam A'ypus*  
*est venator, & r̄p̄s, & r̄p̄eis,*  
*pascere dicitur. Bern.*

*8. Speco] E Diodoro Siculo lib. iv.*  
*& Apollonij Schol. patebit, legen-*  
*dum esse, Hypseo non Speco. Apum*  
*quoque, & mellis vsum inuenisse,*  
*testatur idem Scholiaſten. Videſis*  
*etiam Heraclidem Ponticum in*  
*Ceorum republica. Voss.*

*9. Recepisse] Ita mss. referente in*  
*variantibus & probante Bongar-*  
*sio. Sed editi cepisse.*

*10. Aristæum in Arcad.] Virgi-*  
*lius Georgic. 4. 283.*

----- Arcadii memoranda in-

uenta magistri.  
Hic ob tot merita generi humano  
præstata, in numerum deorum  
receptus est: quem proinde Virgi-  
lius, inter ceteros inuocat Georg.  
1. 14. Ceterum auctorem colligen-  
di meis alium, Gargorem. Cure-  
tum regem, ipſe Iustinus 44. 4. 2.  
refert. Bern.

*Aristæum solstitialis ortus &c.]*  
Atqui nulquam mihi lectum est  
solstitialia inueniente Aristæum. Quod  
ſi eſſet, ne ſic quidem ita recte ex-  
primeretur. Solstitialia enim inueniſte  
ac primum obſeruante dicetur.  
Aristæum reperio primum obſeruante  
ortus ſirij ſeu caniculae, &  
Ceos doceaffe ad eius ortum at-  
tendentes, ei ſacrificare. De hoc  
inter omnes conuenit. Ut idem  
narretur à Iuſtino, puto in eo  
corrigendum; & ſolstitialis ortus  
ſideru. Per ſolstitialia fidus putem  
intelligi ſirium, quia non longe  
post ſolſtitium oritur. & ſolſtitium  
veteres non pro puncto ipſo quo  
committitur, interdum acce-  
perunt; ſed & totum meaſem ei tem-  
pori dederunt. Poterat etiam fe-  
gi: ſolſtitiales ortus ſirij. Salmas.

*Apium] Vide Virg. Georgica.*

*Lactu ad coagula] Val. Acidalius*  
ad Velleium, v. 130. 8. reſcribit la-  
ctu adeo coagula. quod verius, du-  
bitare nemo potest, qui & ſenſum  
& literas inventius aſpicit. Bern.

*Sideris] Hoc eſt ſolis, i.e. ſolaris.  
quo ſignificatu Plinius Panegyr.  
c. 29 quod terra genuit, quod ſidus  
aluit, quod annus ruit. Et c. 80.  
velociſſimi ſideru more, omnia in-  
uifere &c. Adde Lipsi. 2. Phyſiol.  
Stoic. diſſert. 12. Bern.*

C A P .

CAP. VIII. Igitur Ptolemaeus huius urbis auctus viribus, bellum in aduentum Perdicæ parabat. Sed Perdicæ plus odium arrogantiae, quam vires hostium nocebant; quam exosi etiam socij, ad Antipatrum gregatim profugiebat. Neoptolemus quoque in auxilium Eumeni relictus, non solum trāsfugere, verum etiam prodere partium exercitum voluit. Quam rem cūm præsensisset Eumenes, cum proditore decernere prælio necesse habuit. Vixit Neoptolemus ad Antipatrum & Polyperchonta profugit, hisque persuadet, ut continuatis mansionibus, keto ex victoria & securo fuga sua, Eumeni superueniant. Sed res Eumenem non latuit: Itaque insidiæ in insidiatores versæ: & qui securum aggressuros se putabant, securis in itinere, & per uigilio noctis fatigatis occursum est. In eo prælio Polyperchon occiditur.

Neoptolemus

CAP. VIII. 2. Odium arrogantie] Cicero diuinat. in Cæcil. c. 11. Omnia arrogantia odiosa est in tantum quidem, ut ea unica contubernalia sit solitudinis (n. auct. d'ea, sp. p. 1. 2. 3. ) ut cum Platone censet Imp. Manuel precepto educat. reg. 52. Pulchre Latinus Pacatus panegyr. c. 20. m. Apud Thucydidem, l. 22. 13. nostro similimum est exemplum Pausanias, cuius arrogantia socij Spartaniorum offensi, plerique ad Atheniensis transierunt. De Primo item Euagrius 1. 6. Eccles. hist. cap. 4. B.

3. Prodere partium exercitum valuit. ] Nob. Peyraredus legebat, partem exercitus, idque a sequentibus confirmari aiebat. Iudicet lector. Voss.

5. Polyperchon a Jimo Crateron: Vide mox notam ad num. 7.

Mansionibus] G. Maior in edit. Colon. transitionibus mallet. non bene. Mansiones Plinio, 12. 14. Suetonio Tit. 10. 3. Lampridio in Alex. Sev. c. 48. &c. sunt habitationes, ad quas viatores interuenient noctis recipiunt. Σταδιούς τὸ ὄστραπον.

appellat Herodianus in fine libri 2. Hinc mansionium apud Hincmarum, qui Græcobare διηγεῖσθαι πορος quasi τὰς μονάς, hoc est, mansiones dirigens nobis. Sunt qui has ætate posteriori, munitiones (δίμα γαρ) dictas parent. Sed differunt, quod illuc quiescitur & pernoctatur: hic equi aut jumenta mutantur, ut ostendit V. C. Casp. Barthius Aduers. 45. 5. pr. Eadem est hæc phrasis auctoris cum istis. Liv. 48. 19. 5. Quinei castris ad Illyrigem peruenie. Curt. 4. 9. 4. Undecim castris peruenit ad Euphratem Bern.

7. Polyperchon] Crateros legendum esse, præterquam ex Diodoro, 18. 30. Plutarcho in Eumene, c. 9. & Probo in eodem, etiam ex sequente lib. 14. 5. 1. constat: ut Polyperchon a Gracia redire in Macedoniā cognovit. non igitur hoc prælio ceciderat, quamuis eandem illam lectionem secutus sit Orosius, 5. 23. B. Craterum etiam huius libri Prologus habet: quo minus est de hac emendatione dubitandum. Bern.

8 Neoptolemus quoque cum Eumene congressus, dia-  
mutuis vulneribus acceptis colluctatus est; in summa  
9 victus, occubit. Victor igitur duobus p̄eliis continuis  
Eumenes, afflictas partes transitione sociorum, paulu-  
10 lum sustentauit. Ad postremum tamen Perdicca occiso,  
ab exercitu hostiis cum Phytone, & Illyrio, & Alceta  
fratre Perdiccae, appellatur: bellumque aduersus eos  
Antigono decernitur.

10. *Perdicca occiso*] De cuius meminit Diodorus. Plutarchus ve-  
morte, dissentientes opiniones Dio-  
dori, 18. 36. & Probi in Eumene, ro & Appianus in Syriaca historia  
vide apud ipsos autores. Vide & Eumenem solum commemorat.  
Pausaniam Atticis, & Orofum, 3. *Phyton* is est qui supra, 13. 4. 21.  
23. Bong. *Python*; Diodoro, 19. 95. miday.  
*Bong.*

*Phytone & Illyrio*] Horum non

Bong.

## L I B R X I V .

### B R E V I A R I V M C A P I T U M .

- 1 *Eumenis in bello aduersus Antigonum prudentia & fortitudo.*
- 2 *Pralio victus obsidetur, liberatur, ad Argyraspidas confugit, eosque ad suas partes pertrahit.*
- 3 *Dum Argyraspidae Eumenis imperia contemnunt, hostium virtute superantur. Vnde in Eumenem conjuratio.*
- 4 *Eumenis captivi ad Argyraspidas oratio, qua petit ut sibi inter eos mori liceat. Petitione frustratus proditorum capita denouet, & Antigono vincitus traditur.*
- 5 *Cassander, Aridae vices gerens, Graciae ciuitates opprimit, & in Macedoniam aduersus Olympiadem proficitur.*
- 6 *Olympias fugit: obsidetur, victori Cassandro se tradit; cuius iussu interficitur.*

## C A P. I.

**E**umenes, ut Perdiccam occisum, se hostem à Macedonibus iudicatum, bellumque Antigono decreatum cognovit; vltro ea militibus suis indicauit, ne fama aut rem in maius extolleret, aut militum animos rerum nouitate terret; simul ut circa se animati essent, cognosceret, sumpturus consilium ex motu vniuersorum. Constanter tamen præfatus est, si cui hec terrori essent, habere eum discedendi potestatem. Quia voce adeo cunctos in studium partium suarum induxit, vt vltro illum omnes hortarentur, resciſſurosque se ferro decreta Macedonum affirmarent. Tunc exercitu in Etoliam promoto, pecunias ciuitatibus imperat; recusantes dare, hostiliter diripit. Inde Sardis profectus est ad Cleopatram, sororem Alexandri Magni, ut eius voce

centu

CAP. I. t. Eumenes] Legenda eius vita apud Plutarch. & Probum; historiæ autem series petenda est ē Diodoro. Bong.

Vltro sc. milit. ind.] Ita Galba, quasdam defecisse legiones, vltro suis adseuerat; ne dissimulata sedatio in maius crederetur. Tacitus hist. 1. 18. qui & hist. 3. 54. Vitellius arguit, quod fractis apud Cremonam rebus, stulte cladem dissimulando, & lata omnia singendo, remedia porius malorum, quam mala distulerit: cum conficienſi consultaque superfuturae adhuc fuerint spes viresque. Senec. Oedipus, act. 3. ver. 7.

Iners malorum remedium, ignorantia est. Et in eiusdem Agamemnon, 3. 28. Clytemnestra:

clades scire qui refugit  
sue,  
Grauat timorem. dubia plus torquent mala.  
Quomodo Martialis, 3. epigr. 42.  
Quod regitur, maius credi-  
tur esse malum.

2. Fama rem in maius ext. ] Tacitus annal. 3. 44. Cuncta, ut mos fama, in maius credita. Et hist. 4. 50. vera & falsa; more fama, in maius inuocuere.

4. Habere eum disced. pot.] Sic infra, 22. 4. 5.

6. Tunc exercitu in Etoliam promoto] Inepte in Cappadocia enim hæc gesta esse patet cum ex Diodori lib. XLIX. tum etiam ex aliis. Hanc difficultatem viderunt alij, qui Aeoliam conati sunt repicare. Frustra. Scribe, in Eru- liam. Actuliam vocat, quam alij Actulanen. Ea est Armeniæ minariis portio, in Cappadocia. Ptolemyus Αρμενίας μιναρίς, ἡ υπὸ ποτίων τέτην οὐλεῖη, Ορεστιανή. ἢ τῶν αὐτῶν Λίτελανή. Είτε Αιρεπηνή, η τῶν αὐτῶν Ορολιβή, η μιναριζεινοτέτη μητῶν Ορβισιανή, Ορβισιανή. Sic lege. Voss.

7. Sardis] Asiz ciuitas in Lydia regione.

centuriones principesque confirmaretur, existimatos ibi majestatem regia verti, vnde soror Alexandri stareret.  
 8 Tanta veneratio magnitudinis Alexandri erat, ut etiam per vestigia mulierum, auor sacrati eius nominis quæretur. Cum reuersus in castra esset, epistolæ totis castris abjectæ iaueniuntur: quibus iis, qui Eumenis caput ad Antigonum detulissent, magna præmia definiebatur. His cognitis, Eumenes vocatis ad concionem militibus, primo gratias agit, quod nemo inuenitus esset, qui spē cruentis premij fidei sacramento anteponeret; deinde callide subnecedit, confitas has à se epistolæ ad experiundos suorum animos esse. Ceterum salutem suam in omnium potestate esse; nec Antigonum, nec quemquam ducum sic velle vincere, ut ipse in se exemplū pessimum statuat. Hoc facto, & in præsenti labantum animos deterruit; & in futurum prouidit, vt si quid simile accidisset, non se ab hoste corrupi, sed ab duce tentari arbitrarentur. Omnes igitur operam suam certatim ad custodiā salutis eius offerunt.

CAP. II. Cum interim Antigonus cum exercitu supervenit, castrisque positis, postera die in aciem procedit. Nec Eumenes moram prælio fecit: qui vixit, in munitum quoddam castellum confugit: ubi cum vide-

rec-

*Principalesque]* Id est, primæ dignationis.

*8. Sacrae]* vel consecrati & inter cœlitates relati, vel sacrosancti. Quales omnes reges censebantur.

*9. Caput]* Familiare hoc Orientibus, capita hostium etiam per longum interuallum ad principem suum deferre.

*10. Fidei sacramento]* MSS. Modiani, fidei sacramenti, sensu commodo: atque ita etiam habere suos. MSS. Bongarsius testatur. Bern.

*11. Callide]* Huiusmodi calliditatis exempla nonnulla Feontianus habet strategem. 2.7. Bern.

*12. Exemplum pessim.* Vide notam ad 11.15.12.

CAP. II. 2. *Victus*, in mun. quodd. *castellum*] Victor proditio-ne Apollonidæ Eumenes, Noram confugit, quod est castellum Phrygiae, vt Probus; situm in Cappadocia & Lycaonia finibus, vt Plutarchus Eum. c. 18. B. Strabo lib. 12, non longe à princ. Eumenis hanc Noram suo tempore Neroassum appellatam ait. Adde Diodorum, 18.41. Bern.

*Castellum confugit]* Plutarchus Noram in Cappadocia ac Lycaonia confiniis esse dicit, Strabo lib. xii. justa Taurum locat, & sua ztate

ret se fortunā obsidionis subiturum, maiorem exercitus partē dimisit, ne aut consensu multitudinis hosti tradetur, aut obsidio ipsa multitudine grauaretur. Lagatos 4 deinde ad Antipatrū, quod solus par Antigoni viribus videbatur, supplices mittit: à quo cum auxilia Eumeni missa Antigonos didicisset, ab obsidione recessit. Erat quidē solitus ad tempus metu mortis Eumenes: sed nec salutis, dimisso exercitu, magna spes erat. Omnia 5 igitur circumspicienti optimum visū est, ad Alexandri Magni 6 Argyraspidas; inuictum exercitum, & tot victoriarum præfulgentem gloria, decurrere. Sed Argyraspides post 7 Alexandriū omnes duces fastidiebant, sordidam militiā sub aliis, post tanti regis memoriam, existimantes. Itaque Eumenes blandimentis agere; suppliciter singulos 8 alloqui, nunc commilitones, suos nunc patronos appellās, periculorum Orientalium socios: nunc refugia salutis 9 suæ, & unica presidia commemorans: solos esse quorum virtute Oriens sit dominus: solos qui militum Liberi patris, qui Herculis monumenta superarint: per hos Alexan- 10 drum, magnū factū, per hos diuinos honores, & immortale gloriā consequitum: orat ut non tam ducē se, quam com- 11 militionem recipiant, unumque ex corpore suo esse velint 12

Receptus

estate Neroassum arcem hanc appellatam fuisse scripsit. Scribit Plutarchus, secus atque hic Iustinus, Eumenem cum quingentis equitibus, peditibus vero ducentis eo se receperisse, cum prius reliquos milites dimisisset. Iustinus hic dicit, cū iam in castello esset, maiorem exercitus partem dimisisse.

4. *Auxilia Eumeni*:] Plutarchus, Antigono Noram obidente, vita excelsissime Antipatrum testatur, aliquaque ob causam hanc fuisse dimissam obsidionem.

7. *Argyraspides*:] Horum veteranorum multi annos erant natū septuaginta, nullus autem sexagenario minor, ut auctor Plutarchus in Eu-

mene.

8. *Commilitones suoi*:] Alexander ipse militum suorum alatum se commilitonemque dicere non est veritus: Curt. 9. 2. 44. Eiusmodi blanditias tribuit Suetonius Cæsari quoque 67. 3. & Galbae, 20. 1. nec ipsum adeo Augustum, antequam imperium adeptus esset, iis abstinuisse, patet ex Appiani lib. 4. & 5. bell. ciuil. Sed post bella ciuilia nullorū militum, commilitones appellabat, sed milites: ambicio- sius ( hoc est, blandius) id existi- mans, quam aut ratiō militaris, aut temporum quietis, aut sua do- musque sua maiestas postularet: Sueton. Aug. 25. 1.

Receptus hac lege, paulatim imperium, primum monendo singulos, mox quæ perperam facta erant, blande corrigendo, usurpat: nihil in castris sine illo agi, nihil administrari sine solertia illius poterat.

**C A P. III.** Ad postremum cum *antigonum venire cum exercitu* nuntiatum esset, compellit eos in acie descendere. Ibi dum ducis imperia contemnunt, hostium virtute superantur. In eo prælio non gloriam tantum tot bellorum, cum coniugibus & liberis, sed & præmia longa militia parta, perdiderunt. Sed Eumenes, qui auctor cladis erat, nec aliam spem salutis reliquam habebat, victos hortabatur: Nam & virtute eos superiores fuisse affirmabat: quippe ab his quinque millia hostium cesa: Et si in bello persistent, ultro hostes pacem petituros. Damna, quibus se victos patent, duo millia mulierum, & paucos infantes, & servititia esse, qua melius vincendo possint reparare, quam deserendo victoriam. Porro Argyraspides neque fugam se tentaturos dicunt, post damna matrimoniorum, & post coniuges amissas, neque bellum gesturos contra liberos suos; ultroque eum conuitiis agitant, quod se post tot annos emeritorum stipendiorum, redeuntes domum cum premis tot bellorum, ab ipso missione rursus in nouam militiam, immensaque bella reuocauerit, & à Laribus iam quodammodo suis, & ab ipso limine patriæ abductos, inanibus promissis deceperit: nunc quoque amissis omnibus felicis militia quæstibus, ne victos qui dem in misera & inopi senecta quiescere smat. Ignaris deinde ducibus, cōfestim ad Antigonū legatos mittunt, petentes

12. Paulatim imper.] Tacito an.  
nal. 2. hoc est, paulatim insurgere.

**C A P. III. 2.** Dum duci imp. conseruui. [Nam non parere se ducibus, sed imperare postulabant. Probus.

De hac pugna vide Diodorum, 19.  
42. Plutarchum & Probum. victus est autem Eumenes solo equitatu, cum ceteris copiis superior esset. Bong.

*Hostium virtute superansur.]*

Plutarchus equitatu quidem vi-  
torem extitisse Antigonum dicit:  
qua vero cum Argyraspidis pug-  
nauit, summa vi proflus fuisse su-  
peratum.

4. Sed Eumenes.] Ita mss. editi  
habent, sed & Eumenes.

7. Et post coniuges amissus] Nihil  
ambigo, hæc esse à manu interpo-  
latoris, explicantis præcedētia, post  
damna matrim. Vide 3. 3. 8. Bern.  
m. Sud.

petentes ut sua reddi iubent. Is redditurū se pollicetur,  
si Eumenem sibi tradat. Quibus cognitis, Eumenes cum  
paucis fugere tentauit: sed retractus, desperatis rebus,  
cum concursus multitudinis factus esset, petit ut postre-  
mum sibi alloqui exercitum liceret.

CAP. IV. Iussas ab vniuersis dicere, facto silentio, la-  
xatisque vinculis, prolatam, sicut erat catenatus, manum  
ostendit: Cernitis, milites, inquit, habitum atque ornamē-  
ta ducis vestris, que mihi non hostium quisquam imposuit:  
nam hoc etiā solatio foret. Vos me ex victore victū, vos me  
ex imperatore captiuum fecistis; quater intra hunc annū  
in mea verba iureiurando obstricti estis. Sed ista omitto.  
Neque enim miseros conuicti sa decent. Vnum oro, si propo-  
sitorum Antigoni in meo capite summa consistit, inter  
vos me velitis mori. Nā neque illius interest quādmodū  
aut ubi cadam; & ego fuero ignominia mortis liberatus.  
Hoc si impetro, soluo vos iureiurando, quo toties vos sa-  
cramento militi denouisti. Aut si ipsos puāt roganti vim  
adhibere, ferrū huc date: & permitte quod vos facturos  
pro imperatore iurastis, imperatore pro vobis sine religio-  
ne iuris iurandi facere. Cū nō obtineret, preces in itā ver-  
tit. At vos, ait, denora capita, respiciant dij per iuriorum  
vindices: talesque vobis exitus dent, quales vos ducibus  
vestris dedistis. Nempe vos iudicem paulo ante & Perdicca  
sanguine estis aspersi, & in Antipatrum eadem moliti.  
Ipsum denique Alexandrum, si fas fuisset eū mortali ma-  
nu cadere, interempturi quod maximū erat, seditionibus  
agitasti. Ultima nunc ego perfidorum vicit̄a has vobis  
dicas atque inferias dico: ut inopes extorresque omne anū 14.

11. Sua reddi] Conjuges, liberos  
& cetera quæ amiserant.

CAP. IV. 1. Ostendit ] Mss.  
iμροταιοτεγν offertat. Bern.

2. Cernitis, milites] Confer hanc  
orationem cum ea, quæ apud Plu-  
tarctum extat in Eum. c. 32. Bon-  
garſ.

3. Quater intra h. ann.] Ter ha-  
bet Probus Eum. Bon.

10. Denora] Execrata.

13. Has vobis diras] Nec illas ir-  
ritas. Nam vt Plutarchus in Eum.  
c. 34. & Polyzenus Strateg. lib. 4. tra-  
duunt, Argyraspidas Antigonus ip-  
se, cui maxime profuerant, ob per-  
fidiam execratus, Sibyrtio & racho-  
fix p̄fectoro (de quo supra, 13. 4.  
22.) tradidit, omnibus modis atte-  
rendos cōficiendosque. Sed & ducē  
corum.

in hoc castrensi exilio agatis, deuorentque vos arma ve-  
stra, quibus plures vestros, quam hostium duces absum-  
tissimis. Plenus deinde irae, custodes suos præcedere ad An-  
tigoni castra cœpit. Sequitur exercitus prodiit impera-  
tore suo, & ipse captiuus, triumphumque de se ipso ad  
victoris sui castra ducit; omnia auspicia regis alexan-  
dri, & tot bellorum palmas laureasque una secum vi-  
ctori tradentes: & ne quid decesset pompæ, elephanti  
quoque, & auxilia Orientalia subsequuntur. Tanto pul-  
crior hæc Antigono, quam Alexandro tot victoriæ fue-  
runt; ut cum ille Orientem vicerit, hic eiam eos à qui-  
bus Oriens victus fuerat, superauerit. Igitur Antigonus  
domitores illos Orbis, exercitu suo diuidit, redditis eo-  
rum quæ in victoria ceperat. Eumenem vero, verecun-  
dia prioris amicitiae, in conspectum suum venire pro-  
hibitum, assignari custodibus præcepit.

I C A P. V. Interea Eurydice, vxor Ariadni regis, ut  
Polyperchonta à Græcia redire in Macedoniam cogno-  
vit,

corum Antigenem in caueam  
caueam inclusum, viuu combuslit,  
vt est apud Diodorum, 19.44. Præ-  
clare Cicero in Ver. lib. 1.15. Om-  
nium est communu inimicus, qui  
fuit hosti suorum. Nemo unquam  
sapiens proditorum credendum pura-  
rit. Vide Val. Max. 9.6. Plutarchus  
in Romulo, c. 29. refert eiusdem  
Antigoni dictum, amare se prolon-  
ges; odisse cum prodiderint. Adde  
Tacit. annal. 1.58.3, & hist. 2.10.2.  
& 3.31.10. Bern.

Inferias] Inferias sunt sacrificia,  
quæ inferis soluuntur. Vnde inferias  
facere est manes sacrificiis pla-  
care.

14. Agatis] MSS. agitetus. quod  
perorantis caloti magis conuenit.

15. Plenus ira] MSS. Modij, &  
vnum item Bongarsii. plenus ira: vt  
Plinius junior dixit in Epist. plenus  
annus obiit. Sed tamen & Linnaeus, 6,

18. 13. animorum irarumque ple-  
nior.

17. Auspicia] Quæ auspicato ges-  
serat Alexander.

Palmas laureasque.] Palma est  
signum victoriæ, quia contra pon-  
dera surgit. Laurea item sicut &  
palma nunquam foliis priuatur,  
itaque perpetuam denotat iuuen-  
tatem.

20. Exercitu suo diuidit.] Quo  
ruciissimo remedio consensu multi-  
tudinis extenuatur: Tacitus hi-  
stor. 4.46. Rumor incessanter fore, ut  
Thraices (qui montium edicis inculti  
aque et ferocius agitabant,) di-  
tefti, aliisque nationibus permixti,  
diversas in terras traherentur: Idē  
annal. 4.46. Porro de Argyraspidi-  
rum ferocia, non alio modo do-  
munda. Probus in Eumene. Bern.

21. Assignari custodibus] A quibz  
iugularis est. Plutarc. Probus. Bong.  
CAP.

vit, & ab eo arcessitam Olympiadem; muliebri æmulatione percussa, abutens valetudine viri, cuius officia sibi vindicabat scribit regis nomine Polyperchonti, *Cassandro exercitū tradat, in quē regni administratiōne rex transstulerit: eadem & in Asiam Antigono per epistolā nuntiat.* Quo beneficio deuinctus Cassander, nihil non ex arbitrio muliebris audaciæ gerit. Deinde profectus in Græciam, multis ciuitatibus bellum infert: quarū exercitio, veluti vicino incendio territi Spartani, urbem quam semper armis, non muris defenderant, tum contra responsa fatorum & veterem maiorum gloriam, armis diffisi, murorum præsidio includunt. Tantum eos degenerauisse à maioribus, ut, cum multis seculis muras urbi ciuium virtus fuerit, tunc ciues saluos se fore non existimauerint, nisi int̄a muros laterent. Dum hæc aguntur

CAP. V. 1. Arcessitam Olymp.] Diodorus, 18. 57. Bong.

2. Valerudine] Hoc est, morbo, de quo nota ad 13. 2. 11.

6. Vicino incendio] Supra, 9. 3. 5.

*Armis, non muris.]* Hinc illud Senocæ rhetoris, *Suaſ. 2. Ibi muros habet (Sparta,) ubi muros non habet.* Ita veteres Romani existimaverunt, Romanum esse non munitionibꝫ, sed armis suaque virtute securitatem sibi & opes parare, neque viros muris, sed muros vires defendere, teste Strabone lib. 5. pag. 162. 20. Bern.

*Non muris.]* Ex præceptis Lycurgi nullis mœnibus ciœcta fuit Lacedæmoniorum ciuitas. Putabar enim illud ignauix atque desidiae esse Laribulum, vallo se cingere, ciuium corpora pro vallo & munimento esse debere. Illa certe ratio militandi periculoſa. Neque enim semper fortitudinem sequitur Fortuna, vis artium militarium expers mole ruit sua. Sæpe cæco impetu viatores illi euadunt, quorum vires accisæ. Singuli quo-

que ictus telorum plerumque certi, vbi nullum aduersus hostem repagulum. Hoc est animæ suæ prodigum esse, & velle ex statione recedere, antequam supremus iubeat Imperator. Ciuium quoque numerus, in quo consistit robur maximum ciuitatis, decrescit, minuantur spiritus, dum cruentum Bellonæ flagellum singulos verberrat. Per multa secula à Spartanis ita obseruatum, ad bella Thebana atque cladem Leuctricam: Instante enim hoste Epaminonda, & exercitu ad urbem Spartam adducto, trepidatio coegerit tumultario opere murum excitare, atque ita deinde se mœnibus muniit. Inuicta autem fine muris post leges à Lycurgo latae per quingentos annos stetit.

*Veterem.]* Ita ms. Editi, veterum non recte.

*Murorum præsidio.]* Liuius, 34. 37. Fuerat quondam sine muro Sparta: tyranni nuper locū parentibus plan s̄que obsecrarent murum. Paulanias Achaicis. Bong.

8. Caffan

aguntur, Cassandrum à Græcia turbatus Macedoniam statutus domum reuocauit. Namque Olympias, mater Alexandri Magni regis, cum Epiro in Macedoniam, prosequente Æacida, rege Molosorum, veniret, prohiberit que finibus ab Eurydice & Aridæo rege cœpisset; seu memoria mariti, seu magnitudine filij, & indignitate rei, moti Macedones, ad Olympiadem transfere: cuius iussu & Eurydice, & rex occiditur, sex annis post Alexandrum potitus regno.

**C A P. VI.** Sed nec Olympias diu regnauit. Nam cum principum passim cœdes, muliebri magis, quam regio more fecisset, fauorem sui in odium vertit. Itaque auditio Cassandri aduentu, diffusa Macedonibus, cum nuru Roxane, & nepote Hercule, in Pydnam vrbem concedit. Proficisci Deidamia, Æacidæ regis filia, & Thessalonice priuigna, & ipsa clara Philippi partis nomine, multæque aliæ principum matronæ, speciosus magis quam utilis grec, comites fuere. Hæc cum nuntiata Cassandro

8. *Cassandrum*] Diodorus, lib. 19. hæc late persequitur. B.

9. *Epiro*] Ita miss. cum editi habent ab *Epiro*. Familiare auctori nomina regionum ut propria vrbium construere. vt 3.3. 12.6.1.7: 15.2.7.23.2. 6.44. 3.4. Ita Lituus, 42. 44.9. *Peloponnelum proficisci*. Sueton, Aug. 17. receperit Samum insulam. Bern.

10. *Magnitudine filij*] *Olympia* di dignitate reverenti Macedones & Alexandri in se benefacta recordati. Diodor. 10.11. Bong.

**C A P. VI.** 1. *Muliebri magis*] *Fortuna* prosperitatem non humaniter eulit. Ideo Antipater, tanquam ex oraculo sub exitum vita preceperat Macedonibus, ne mulierem regno preeesse sinerent. Diodorus, 19.11. Vide Pausaniam in Atticis. Bong.

2. *Nepote Hercule*] Barsines hic filius erat: Roxanis Alexandre

vocabatur, Pausan. Atticis & Baoticis: quo de his agitur, vt patet ex Diodoro, 19.22. Videtur ergo hic Iustinus lapsus memoria. B.

*Pydnam*] Macedoniat vrbem in Pieria regione. Quidam editi Pydnam, pro quo est qui *Pactyam* malit, refragante historia. Pydnam Olympiade maestata nobilem asserit & Diodorus, 19.35. Bern.

3. *Deidamia, Æacidæ r. filia*] Pyrrhi soror, Demetrii vxor. Plutarchus Demet. c.1. & 30. qui eriam c.42. scribit, morbo eandem extinctam. Quo minus assentiri possumus Iano Parrhasio lib. de rebus per epistolam quæstis, epist. 48. statueni hanc esse eandem cum ea Deidamia, de qua Pausanias in Messeniacis, & Polyænus strategem lib. 8. Nec enim istæ aliæque circumstantiae huic aptari possunt. Bern.

Cassandra essent, statim citato cursu Pydnam venit, & urbem obsidione cingit. Cum fame, ferroque vrgescetur Olympias, longæ obsidionis tædio, pacta salute, vicitori se tradidit. Sed Cassander ad concionem vocato populo, sciscitatus quid de Olympiade fieri velint, subornat parentes interfectorum, qui sumpta lugubri veste crudelitatem mulieris accusarent, à quibus accensi Macedones, sine respectu pristinæ maiestatis, occidentam decernunt: immemores prorsus, quod per filium eius, virumque, non solum vitam ipsi inter finitimos tutam habuissent: verum etiam tantas opes imperiumque Orbis quæsissent. Sed Olympias ubi obstinatos venire ad se armatos vidit, veste regali, duabus ancillis innixa, vltro obuiam procedit. Qua visa, percussores attoniti fortuna maiestatis prioris, & tot in ea memorie occurrentibus regum suorum nominibus, substiterunt; donec à Cassandro missi sunt, qui eam confoderent, non refugientem gladium, nec vulnera: aut muliebriter vociferantem; sed virorum more fortium, pro gloria veteris profapiæ, morti succumbentem, ut Alexandrum posses etiam in moriente matre cognoscere. Insuper exspirans, capillis

9. *Veste regali*] Hoc exemplo Cleopatra maximos induca cultu, ad mortem se parauit: Florus, 4. 11. 20. Sed & Romani proceres, urbe à Gallis occupata, augustissime effici, hostium aduentum obstinato ad mortem animo expectant: Liu. 5. 41. 2. Et Varus, cum se insignibus honorum velasset, singularius est: Patric. 2. 71. 3. Curt. 5. 9. 2. Socrates tamen hausturus cicutam, oblatum ab Apollodoro tamē cultum, animo magno vereque philosophico reipuit: Aelian. var. hist. 1. 16.

10. *Percussores artonici*] Similia nostra, 32. 1. 7. de Philopæmene: Curtius, 10. 8. 6. de Perdicca: Valer. Max. de Mario: Sueton. 79. 2. de Augusto.

11. *Non refugientem gladium*] Nihil ignava muliebrisque precus emittentem. Diodorus, 12. 51. cum quo hæc comparanda, & quasi ex aduerso ponenda sunt. B. Vtrique contrarius Pausanias in Boeoticis, 553. 30. lapidibus obrutam tradit Olympiadem. Constantiæ similis exemplum obseruauit in Troade Senecæ, actu 5. nob. Sebistius. Bern.

12. *Insuper exp. &c.* J. MSS. Composse &c. Iude Sebil. reſcrit: Composuisse insuper exspirans capillos, &c. ingenio: &, vt puto, vere. De Augusto Sueton. c. 99. 1. Supremo die, perito ſpeculo, capillum ſibi comi, ac malas läbentes corrigi praecipit. Ouid. Faſtor. 2. diſtich. 417. de Lucretia:

capillis & veste crura contexisse feritur , ne quid posset  
 13 in corpore eius indecorum videri . Post hæc Cassander  
 Thessalonicen , regis Aridæi filiam , vxorem dicit : fi-  
 lium alexandri cum matre , in arcem amphipolitanam  
 custodiendos mitit .

Tunc quoque iam moriens , ne  
 non procumbat honeste ,  
 Respicit ; hac etiam cura caden-  
 tis erat Bern.

13. Thessalonicen , regis Aridæi  
 f.] Thessalonice erat Philippi ♀  
 A' m' v' r' ta filia , & Alexandri ex pa-  
 tre soror . Diodorus , 19.35 . Pausa-

nias in Beeoticis . Unde auctor eam  
 supra , 14.6.3. Olympiadu priuignā  
 vocauit . Justino impoluit , quod  
 Trogus forte regis Philippi filiam  
 scripserat : & Aridæus , Philippus  
 post mortem Alexandri cognomi-  
 natus est . Bong .

## L I E B R . X V .

## B R E V I A R I V M C A P I T V M .

1. Antigoni bellum aduersus socios , in quo Demetrius F. superatus prælio .
2. Cassandri in familiam Alexandri M. sanitia , Antigo-  
ni prospere successus in bello .
3. Lysimachi Antigono oppositi , virtutes & præclare  
gesta .
4. Nouus hostis Antigono accedit , nempe Seleucus , cuius  
origo , & res gesta subjicitur . Antigonus in præ-  
lio occumbet .

## C A P . I .

1. Eridicca , & fratre eius , Eūmene , ac Polyper-  
chôte , ceterisque ducibus diuersæ partis oc-  
cisis , finitū certamen inter successores Ale-  
xandi Magni videbatur ; cū repente inter  
2. ipsos viatores nata discordia est : quippe postulantibus  
Ptolemaeo , & Cassandro , & Lysimacho , ut pecunia in  
præda capta , prouincia & quædisciduerentur ; Antigonus ne-  
gavit .

C A P . I . 2. Postulantibus ] Le-  
gatione missa , de qua Appianus  
bell. Syr. pag. 121 . E. Bern.

Antigonus &c. ] Fabius quam ar-  
borem conseruisset , sub ea fructum  
alios legere , indignum esse dixit :  
Lip. 204 .

gauit, se in eis belli premia socios admissurum, in cuius periculum solus descenderit. Et ut honestū aduersus eos bellum suscipere videretur, diuulgat se Olympiadis mortem, à Cassandro interfecta, vltis velle, & Alexandri regis sui filium cum matre obsidione Amphipolitana liberare. His cognitis, Ptolemæus & Cassander, inita cum Lysimacho & Seleuco societate, bellum terra marique enixe instruunt. Tenebat Ptolemæus Ægyptum cum Africæ parte maiore, & Cypro, & Phœnicio. Casandro parebat Macedonia cum Græcia. Asiam & partes Orientis occupauerat Antigonus, cuius filius Demetrius, prima belli congressione, à Ptolemæo apud Galamam vincitur. In quo prælio maior Ptolemæi moderationis gloria, quam ipsius victoria fuit. Siquidem & amicos Demetrij non solum cum suis rebus, verum etiam additis insuper maneribus, dimisit; & ipsius Demetrij priuatum omne instrumentum, ac familiam reddit, abiecto honore verborū, *Non se propter dignitatem iniisse bellum; indignatum quod Antigonus deuictis diversa*

Liu. 10.24.8. Nec aliter Pompeius apud Strabonem lib. 12. p. 384.30.

3. *Ez ut honestum*] Lepidus apud Sallustium hisp. 3. 4. 17. *Dicta alia: sed cereatum vrrinque de dominacione.* Sic enim auctor etiam 1. 7. & alibi loquitur.

6. *A Ptolemæo apud Galaman vincitur*] Bögarcius legit, Gazzam, ex Diodoro, & aliis. Puto tamen Iustinum scripsisse, Gamalan. Proxima enim est vrbs hæc Gazz. Quippe in Idumæa est. Noli hanc confundere cum Gamala Phœnicia. Etiam Gabala sive Gebala appellatur, vt testatur Stephanus. unde portio Idumææ dicta est Gabalene. Sexcentis autem nominibus τὸ μ., in & mutatum est, & contra: vt Amantes Abantes, οὐρανοὶ Βίρμαζ, τερπνοὶ τερπέλινοι. Sic quoque è Græco Λαύριοι Latini fecere mons. Voss.

*Apud Galaman*] Legendum Gazam ex Diodoro, 19.94. Plutarcho in Demetr. c. 6. Appiano in Syriaco, & huius libri Periocha. Meminit huius prælij Pausanias in Atticis, quo loco Ptolemæi res gestas breuiter & accurate recenset. Bong.

7. *Maior Ptolem mod. gl.*] Tbrasibulus insignem victoriā clariorē aliquando moderationi laude fecit: Val. Max. 4. 1. Acilius Cof. multo modestia post victoriā, quam ipsa victoria laudabilior: Cicero pro Marcello cap. 3.

— Regi frenu nequit  
Es ira, & ardens hostis, & Victoria,

Gladiusque felix, cuius infelix  
semel

Vocis libido est.

Senec. Troad. vers. 278. &c.

8. *Priuatum omne instrum.*] Regiam supellestilem. Diodorus, 19. 25. Bong.

*her sa factio nis ducibus, solus communis victoria pramia  
corripuit sset.*

1. **CAP. II.** Dum hæc aguntur, Cassander, ab Appollo-  
nia rediens, incidit in Abderitas, qui propter ranarum  
muriūque multitudinem relicto patriæ solo, sedes  
2. quærebant: veritus ne Macedoniam occuparent, facta  
pactio ne in societatem eos recepit; agrosque iis ultimos  
3. Macedoniæ assignat. Deinde, ne Hercules, Alexандri  
filius, qui fere annos quatuordecim excesserat, fauore  
paterni nominis in regnum Macedoniæ vocaretur, oc-  
cidi eum tacite cum matre Barsine iubet, corporaque  
4. eorum terra obrui, ne cædes sepultura proderetur: &  
quasi parum facinoris in ipso primum rege mox in ma-  
tre eius Olympiade, ac filio admisisset: alterum quo-  
que filiū cum matre Roxane, pari fraude interficit, scilicet  
5. quasi regnum Macedoniæ, quod affectabat, aliter  
6. consequi, quam scelere non posset. Interea Ptolemæus  
cum Demetrio, nauali prælio iterato, congreditur; &  
amissa classe, hostique concessa victoria, in Ægyptum  
7. refugit. Demetrius filium Ptolemai Leontiscum, &  
fratrem Menelaum, amicosque eius cum priuati instru-  
menti ministerio, pari prouocatus anteā munere, Ægy-  
ptum

**CAP. II. 1. Abderitas]** Hi vi-  
dentur esse, quos Diodorus, 20. 19.  
pr. Aurariatas vocat à Perdicca  
iuxta Orbitaum Pæoniae montem  
collocatos. Freinsh.

**Ranarum muriūque mult.**] Plinius lib. 8. cap. 29. ab ranis ciu-  
tatem in Gallia pulsam memorat,  
si modo locus mendo carer. De  
muriib[us] lib. 10. cap. 65. B. Idem Plinius,  
8. 37. ex insula Gyaro fugati-  
os à muriib[us] incolas, ex Theo-  
phrasto refert. Bern.

**3. Hercules**] Quem reducere in  
regnum tentabat Polyperchon:  
eum tamē, à Cassandro corruptus,  
interemit, annos natum septem de-  
cum; Diodor. 20. 20. & 28. quomo-

do hic reponendum arbitror. Iam  
enim annorum quindecim desierat  
esse Alexander Magnus: & ex  
xvii. quinarij nota male juncta,  
aut negligenter expressa, leui erro-  
re fit xiv. Pausanias in Boötis  
Herculem & Alexandrum, Alexan-  
dri M. filios, à Cassandro veneno  
sublatos refert. Bong.

**6. Cum Demetrio**] Victoria De-  
metrij ad Cyprum de Ptolemaeo,  
Paucis vero ante diebus Athenas  
Demetrius à Demetrij Phalerzi  
tyrannide liberavit.

**Amissa classe**] Plutarchus in De-  
metrio c. 18. Diodorus, 20. 50. &  
seqq.

ptum remittit: & ut appareret eos non odio, sed digni- 8  
tatis gloria accensos, donis muneribusque inter ipsa  
bella contendebant. Tanto honestius tunc bella gere- 9  
bantur, quam nunc amicitiae coluntur. Hac victoria elati- 10  
tus Antigonus, regem se cum Demetrio filio appellari à  
populo iubet. Ptolemæus quoque, ne minoris apud suos 11  
auctoritatis haberetur, rex ab exercitu cognominatur.  
Quibus auditis, Cassander & Lysimachus, & ipsi regiam 12  
sibi maiestatem vindicauerunt. Huius honoris ornamen- 13  
tis tamdiu omnes abstinuerunt, quamdiu filij regis sui  
superesse potuerunt. Tanta in illis verecundia fuit, ut 14  
cum opes regias habent, regum tamen nominibus  
æquo animo caruerint, quoad Alexandro iustus heres  
fuit. Sed Ptolemæus & Cassander, ceterique factionis 15  
alterius duces, cum carpi se singulos ab Antigono vi-  
derent: dum priuatum singulorum, non commune vni-  
uersorum bellum ducunt, nec auxilium ferre alter alte-  
ri volunt, quasi victoria unius, non omnium foret, per 16  
epistolas se inuicem confirmates, tempus, locum coëundi  
condicunt, bellumque communibus viribus in-  
struunt. Cui cum Cassander interesse propter finitimum  
bellum non posset, Lysimachum cum ingentibus copiis  
in auxilium sociis mittit.

C A P. III. Erat hic Lysimachus illustri quidem Ma- 17  
cedonie

9. Tanto honest. ] Epiphonema si-  
mile, vide supra, 2. 10. 11. 10. 11. 12.  
Probus in Eumen. fin. Nems Eu-  
menone viuo rex appellari est, sed  
prefectus: uidem post huius occa-  
sum, statim regium ornatum no-  
menque sumpserunt. Lege Plata-  
ch. in Demetr. c. 2. o. Diodor. 20. 54.  
B. Horum exemplo Agathocles se  
quoque vltro Regem nominavit,  
quod potentiz lue præter eum  
titulam nihil deesse videret: Dio-  
dor. 20. 55. Is quippe iure gentium  
Rex est, qui superiorem non ag-

noscit. Quod autem iure communis  
obtineri potest, frustra ab alio pe-  
titut. quod qui faciunt, male con-  
sulunt suæ maiestati, fascesque sub-  
mittunt alienæ potentiaz, ut appa-  
ret ex Tacit. annal. 2. 2. & 11. 16. &  
12. 14. Bern.

15. Carpi se sing. ] Vide notam ad  
8. 1. 2.

CAP. III. 1. Lysimachus ] Agatho-  
clis filius, unus è custodibus Ale-  
xandri. Vide Pausaniam in Atti-  
cis, Plinium, 8. 16. 27. Quæ hic  
(num. 7.) de Lysimacho leoni ob-  
iecto

cedoniae loco natus, sed virtutis experimentis omni nobilitate clariusque tanta in illo fuit, ut animi magnitudine, philosophia ipsa, viriumque gloria ornatus, per quos Otiens dominus est, vicerit. Quippe cum Alexander Magnus Callisthenem philosophum, propter salutationis Persicæ interpellatum morem, insidiarum, quæ sibi paratae fuerant, consciū fuisse iratus finxit. eumque truncatis crudeliter omniaib[us] membris, abscissisque auribus, ac naso, labiisque, deforme ac miserandum spectaculum reddidisset; insuper cū cane in cauea clausum, ad metum ceterorum circumferret: tunc Lysimachus audire Callisthenē, & præcepta ab eo virtutis accipere solitus, misertus tanti viri, non culpæ, sed libertatis poenas pendentis, venenum ei in remediu calamitatum dedit. Quod adeo regre Alexander tulit, ut eum objici ferocissimo leoni iuberet. Sed cum ad conspectum eius concitatus leo impetum fecisset, manum amiculō

jecto referuntur, ea fabulam vocat Curtius, 8. 1. 22. B. Plinius tamen d. l. verisimilia putat: ac pro veris narrat Seneca de ira, 3. 17. & de clement. 1. 25. B.

2. *Philosophia ipsa*] Prætulerim quod habent mss: Bongariani, philosophiam ipsam non infrequente bonis auctoribus hyperbole.

4. *Truncatis*] De morte Callisthenis variat Plutarchus in Alex. c. 98. & Arrianus I. 4. itemque Diogenes Laertius in Aristot. B.

*Truncatis crudeliter membris*] Propter intempestive liberos sales lancea transfoſsum Seneca tradidit. Iustinus hic propter Salutationis Persicæ interpellatum morem, insidiarum postulatum, atque laceram crudeliter ora manibusque truncatis in cauea parricidum ritu circumiectum hic asserit. Curtius falso insimulatum proditionis, atque initij consilij in caput regis innoxium, tortum

interisse voluit. Pthiriasi in cauea periisse auctor est in Sylla Plutarchus. Quamuis aliorum quoque sententias referat, atque diuersitatem scriptorum Arrianus lib. ex *ad A. Val. de A. et E. 3. 8* produxit Occisum tamen potior est sententia, vnde Cicero pro Rabirio Posthumo Callisthem dottum hominem & comitem Alexandri Magni, ab Alexander necatum accipimus. Et lib. 11. 1. Tuscul. Quæst. Theophastrus, inquit, interitum deplorans Callisthenem, sodalit[us] sui, rebus Alexandri proficeris angitur. Itaque dicit Callisthem incidisse in hominem summa potencia, summaque fortuna: sed ignarum, quemadmodum secundis vii conuenire.

7. *Objici ferocissimo leoni jubaret*] Fabulam esse putat Q. Curtius, hinc ortam, quod Lysimachus quondam cum venaretur in Syria, occiderat eximie magnitudinis leonem solus &c.

culo inuolutā Lysimachus in os leonis immersit, arreptaque lingua, feram exanimauit. Quod cum nuntiatum regi esset, admiratio in satisfactionem cessit; caro remque eum propter constantiam tantæ virtutis habuit. Lysimachus quoque magno animo, regis, veluti parentis contumeliam tulit. Denique omni ex animo huius facti memoria exturbata, postea in India insectanti regi quosdam palantes hostes, cum à satellitum turba, equi sui celeritate desertus esset, solus ei per immensas harenarum moles cursus comes fuit. Quod idem antea Philippus frater eius cum facere voluisset, inter manus regis exspirauerat. Sed Lysimachum desiliens equo Alexander, hastæ cuspide ita in frōte vulnerauit, ut sanguis aliter cludi non posset, quam diadema sibi deemptum rex, alligandi vulneris causa, capiti eius imponeret. Quod auspiciū, primum regalis maiestatis Lysimacho fuit. Sed & post mortem Alexandri, cum intersuccesores eius ciuii prouinciæ diuiderentur, ferocissimæ gentes,

Quasi

10. *Vestri parentis] Vt parentum sauviam, sc̄ pateria, patiendo ac ferendo lenitatem esse dixit Marc. Liuius apud Liuum, 27. 36. 12. Publ. Syrus:*

*An. parentem si aguu est: se alter seras.*

Quod preceptum pulcre diffundit Epictetus Enchirid. cap. 37.

11. *Excubata] Bene ins. extirpata.*

12. *Quod idem] Conferenda hæc sunt cum Appiani narratione lib. de bell. Syr pag. 129. & seq. Bern.*

13. *Cladis] Pro claudi, au in u. vt defraudo, defrudo, apud Terent.*

14. *Diadema] Regium in signæ. Id fuisse, contra quam vulgo persuasum, non nisi ratiōnē panno lanteoue, cum originatio nominis arguit, nō tū diadēmū, à necēndo, ligando, siue obligando dicti: tum aliatis & hoc nostro, & pluribus aliis auctorum locis ostendunt viri*

in literis magni, Briffonius de regno Pers. lib. 1. Lipsius not. 99. ad Tacit. 6. annal. Pascalius de Coronis lib. 9. 3. Bern.

15. *Diadema fascie genus fuisse apparet ex iis, quæ scribit Plutarchus de cognominibus Graecorum & Romanorum, vbi de Diademato, L. Merellus cognomine, agit Ideo autem appellatum refert, quod diu circumligata frōte, cum in ea vltus haberet, deambulasset. Addo & illud de Pompeio, quod refert Valerius Maximus lib. vi. cap. 11. Cui candida fascia crux alligatum obenti Faonius non refert inquir, qua in parte corporis sit diadema. Quo spectauit Cicero lib. 11. Epist. ad Attic. Epist. 111. Et Epitracem suspicor, ut scribis, fasciū fuisse. Etenim mihi caliga eius, & fascia creata non placebant.*

15. *Ferociissimæ gentes] Thraces, &*

16 quasi omnium fortissimo , assignatae sunt : adeo etiam consensu vniuersorum palmam virtutis inter ceteros tulit.

**C A P . IV .** Priusquam bellum inter Ptolemaeum, so-  
ciosque eius, aduersus Antigonum committeretur, re-  
pente ex Asia maiore digressus Seleucus, nouus Antigo-  
no hostis accesserat. Huius quoque & virtus clara, &  
origo admirabilis fuit. Siquidem mater eius Laudice,  
cum nupta esset Antiocho, clara inter Philippi duces vi-  
ro, visa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis con-  
cepisse; grauidamque factam, munus concubitus anu-  
lum à deo accepisse, in cuius gema anchora sculpta es-  
set : iussaque donum filio, quem peperisset, dare. Ad-  
mirabilem fecit hunc visum & anulus, qui postea die,  
eiusdem sculptræ, in lecto inuentus est; & figura ancho-

12,

& Pontici maris accolæ. Supra, 13.  
4. 16. Bern.

**C A P . I V . 4 .** *Anulum*] Qui esset  
instar gnorismatis ac monumenti,  
de quo genere videndum omnino  
Maurius ex erit-critic. 1. 3.

**Sculptæ effætæ**] Quintilianus sculp-  
turam à cælatura materia tantum  
distinguit lib. III. c. xx. his verbis:  
*Et cælatura, que auro, argento,  
are, ferro opera efficitur: nam sculp-  
turalignum, ebū, marmor, vi-  
erum, gemmas, præter ea, que su-  
pra dixi, etiam complectitur.* Sane  
sculptor marmoris dicitur, non cæ-  
lator, vt contra cælatura auri & ar-  
genti, non sculptura. Et sculptura  
quidem æque ac cælatura figuræ  
extantes facit, sed in ligno, marmo-  
re, ebore & gemmis operatur, cæ-  
latura in auro, argento & ære. Vir-  
gilius tamen lignum dixit cælatum  
pro sculpto, impropriæ, sed poëti-  
ce. Alij tamen cælata testa de la-  
quearibus dixerunt. Gemmas cælatas  
non legimus apud auctores, sed  
sculptas aut sculptas. Rursus hic  
distinguunt sculptræ à sculptura.  
Quas gemmas sculpi notat Quinti-

lianus, figuræ in his extantes fieri  
& cætphas intelligit, vt in ebore,  
ligno & marmore quod sculpturæ  
at de his que ad signandum cauau-  
tur, sculptura proprie ut diceretur,  
visus loquendi obtinuit, licet origi-  
ne ac significatione idem sit quod  
sculptura. *Salmas.* Vide Aldum  
Manut. lib. I. c. ix.

**5. Anulus**] De Anulis antiquo-  
rum vide Gorixi Dactylothe-  
cam.

**Figura anchoræ**] Lege Appianum  
in Syriaca Historia. Aufonius de  
Antiochia :

..... illa Seleucum  
Nuncupat in gennum, cuius fuit  
anchoræ signum :  
*Qualis inusta solet generis nota  
cerea per omnem*  
*Nam fibolu seriem nativa cu-  
currit imago.*

Hic Seleucus cum esset in bellis vi-  
ctoriosus, Nicator dictus est. Ap-  
pian. Syriaco, 124. c. 5. Sic & Ammia-  
nus lib. 23. 16. Nicatori Seleuco, vi-  
ctoriarum crebris hoc indiderat co-  
gnomentum. Vnde intelligitur quid  
idem sibi velit lib. 14. 26. *Seleucus ef-  
ficacia*

ræ, quæ in femore Seleuci nata cum ipso paruulo fuit. Quamobrem Laudice anulum Seleuco, eunti cum Ale- 6 xandro Magno ad Persicā militiam, edocto de origine sua, dedit. Vbi post mortem Alexandri, occupato regno 7 Orientis, vibem condidit, ibique geminæ originis me- moriam consecravit. Nam & vrbem ex Antiochi pa- 8 tris nomine Antiochiam vocauit; & campos vicinos vibi, Apollini dicauit. Originis eius argumentum etiam 9 in posteris mansit. Siquidem filij nepotesque eius, an- 10 choram in femore, veluti notam generis naturalem ha- buere. Multa in Oriente, post diuisionem inter socios 11 regni Macedonici, bella gessit. Principio Babyloniam 12 cepit: inde auctis ex victoria viribus, Bactrianos expug- 13 nauit. Transitum deinde in Indiam fecit, quæ post mor- tem Alexandri, veluti ceruicibus iugo seruitutis excus- so, præfectos eius occiderat. Auctor libertatis Sandro- 14 cottus fuerat: sed titulum libertatis post victoriam in seruitutem reverterat. Siquidem occupato regno, po- pulum,

*ficacia imperabilis rex, ut indicat cognomentum. Nam imperabilis esse invenimus hic est omnia im- petrans ac peruincens. Sicut imperabilis orator Plauto Mostell. 5.2.40. Hinc fanum sive ἱερὸν Se- leuco à filio Antigono consecra- tum, dictum fuit Νικανόφεσον. Appianus in Syriae. 129. d. In nu- mismatis tamen & alibi Nicanor Seleucus hic cogominatur. Alius est infra. 27.1.1. Bern.*

*8. Antiochiam] Non unam, sed ipsas sedecim à patre denominatas Antiochias Seleucum condi- disse scribit Appianus, Syriae. 124. d. ex quibus ætate sua adhuc extare eam quæ est sub Libano monte, super Oronte fluui, Syria metropolis, de qua Nostro hic haud dubie sermo. Bern.*

*9. Notam generis naturalem] In- genuum signum vocat Aulonius allato paulo ante loco: genituam notam Suetonius in August. cap.*

80. 1. ομητῶν σύμμετον Aristote- les in arte poetica. De quib⁹ haud protrita quadam obseruauit Mi- ch. Piccartus dec. 1. cap. 7. Bern.

11. Babylonem cepit ] Diodorus, 19.101. Appianus in Syriae. B.

*Auctis ex vñst. Supra, 1.1.9.*

13. Auctor libertatis Sandrocot- tui ] Nihil mutandum. Σαρ- penim prior illa litera demittitur. Ita dicitur Α'κρυδνεο: & Σαλμ- δνεος, Ελμένην Σελμανη- νη, τ. Ξιταρια, Σεξιτανια, Λυδ- ην Σιρδην, Α'πολαιη Σαρδαιοι, Α'νθεωι Σαρχεωι, & alia plu- ra. Voss.

*Titulum libert.] Tacit. hist. 4.73.*

9. Libertas & speciosa nomina praetexuntur, nec quisquam alienum seruitum & dominationem sibi concupiuit, ut non eadem ista vocabula usurpare. In quam tententiam egregie de Corcyreorum seditione Thucyd. 3.13.14.

19. Dux

pulm, quem ab externa dominatione vindicauerat, ipse  
 25 seruitio premebat. Fuit hic quidem humili genere na-  
 tus, sed ad regni potestatem maiestate numinis impul-  
 26 sus. Quippe cum procacitate sua Alexandrum regem  
 offendisset, interfici à rege iussus, salutem pedum celeri-  
 27 tate quæsierat: ex qua fatigatione, cum somno captus  
 iaceret, leo ingentis formæ ad dormientem accessit,  
 sudoremque profluentem lingua ei detersit, experge-  
 28 factumque blande reliquit. Hoc prodigio primum ad  
 spem regni impulsus, contractis latronibus, Indos  
 29 ad nouitatem regni solicitauit. Molienti deinde bel-  
 lum aduersos præfectos Alexandri, elephantus ferus in-  
 finitæ magnitudinis vltro se obtulit, & veluti domita  
 mansuetudine, cum tergo exceperit; duxque belli, & præ-  
 30 liator insignis fuit. Sic acquisito regno, Sandrocottus ea  
 tempestate, qua Seleucus futuræ magnitudinis funda-  
 21 menta jaciebat, Indiam possidebat: cum quo facta pa-  
 ctione

19. *Duxque belli, & praliator*  
*inf.*] De elephantorum arte bellii-  
 ca videndi Plinius, 8.7. Aelianus, de  
 animal. 7.26. & 13.22. Bern.

*Duxque belli]* Elephantis in bel-  
 lo vios veteres nemo dubitat.  
 Quando autem pugnaturi in aciem  
 procedebant, rectores his belluis  
 aderant. Nonnunquam & integræ  
 turres ligneæ cum militibus illo-  
 rum tergo comitebantur. Cum  
 belluis his sepe acriter certatum:  
 Et qui in illas mittebantur, latiori  
 ferro hastas gestasse videntur, ut  
 in magnis corporibus majora fo-  
 rent vulnera. Illud insuper Liuius  
 lib. 37. Eutropius lib. 3. & post eos  
 Thiodorus lib. 9. prodidit. Elephan-  
 tos retroactos, cum regi à suis nō  
 possent, fabrili scalpro inter aures  
 adacto necatos fuisse. Idque Af-  
 drubalem primū instituisse Liuius  
 scribit. Quinimo & verutis conje-  
 ctis Romani pedites elephantos  
 Hannibalim & auertere, & infecuti  
 auersos sub caudis, qua maxime

mollis cure vulnera accipiunt, fo-  
 diebant, teste Linio lib. 30. Ignibus  
 etiam ex castris Romanorum exa-  
 ctos, ab eodem Liuio traditur lib.  
 35. Item secures multi extulerunt,  
 quibus pedes elephantorum am-  
 putarent: Curtius lib. 8. Imo & gla-  
 dios habebant leuiter curvatos,  
 falcibus similes, copidas vocabant,  
 quibus belluarū manus amputa-  
 bant, teste eodem Curtio libro  
 prædicto. Sudibus quoque in pri-  
 ma aë armati constitui solebant  
 ad terrendos prohibendosque ele-  
 phantos, ut Appianus testatur. Me-  
 mini & fossas tectas fuisse, & in  
 eas illectas has bestias. *Stemechiae.*

21. *Falla paxtione]* Strabo lib.  
 15. pag. 498. 20. scibit, Seleucum  
 adlitas Indo fl. regiones Sandro-  
 cotto, contracta cum eo affinitate,  
 dedisse, ac pro iis quingentos ele-  
 phantos accepisse. A quo nonni-  
 hil discrepat Plutarchus Alexan-  
 cap. 108. Bern.

etione Seleucus, compositisque in Oriente rebus, in bellum Antigoni descendit. Adunatis igitur omnium so-<sup>22</sup>  
ciorum copiis, prælium committitur: in eo Antigonus occiditur; Demetrius, filius eius, in fugam vertitur. Sed <sup>23</sup>  
socij profligato hostili bello: denuo in semetipsos arma  
verterunt: & cum de præda non conuenirent, iterum in  
duas factiones deducuntur. Seleucus Demetrio, Ptole-<sup>24</sup>  
maeus Lysimacho junguntur. Cassandro defuncto Phi-  
lippus filius succedit. Sic, quasi ex integro, noua Mace-<sup>25</sup>  
doniæ bella nascuntur.

Bellum Antigoni] Lege Plutar-  
chum in Demetrio c. 35. &c. Pau-  
saniam in Atticis Bimicatum au-  
zem est ad Ipium. Appianus, Bong.

<sup>22</sup> Omnium sociorum] Quæ con-  
ficebant LXIV.m.peditum, equi-  
tum x. m.d elephantos cccc.cur-  
rus.c.xx. Plut. in Demetr.

CAP. I.

## LIBER XVI.

## BREVARIUM CAPITVM.

- 1 *Antipater, Cassandri filius, fit parricida. Demetrius Alexantrum, Cassandri F. interficit, & Mace-  
doniam usurpat.*
- 2 *Demetrius prælio fusus fugatur. Antipater parrici-  
da fæde perit. In Cassandri familiam numinis  
vindicta. Ptolemei placidum fatum.*
- 3 *Bellum Pyrrhi & Lysimachi. De Heracles origine &  
statu, digressio.*
- 4 *Clearchi, tyranni Heracliensis, artes luculenter des-  
cribuntur.*
- 5 *Quibus rationibus Clearchus tyrannidem firmaver-  
it. Clearchus tandem à Chione & Leonide, ju-  
venibus nobilissimis obtruncatur. Post Clearchi  
supplicium Heraclea conditio.*

## C A P . I.

1 Ost Cassátri regis, filiiq; eius Philippi cō-  
 2 tinuas mortes, Thessalonice regina, vxor  
 3 Cassandri, non magno post tēpore, ab An-  
 tipatro filio, cū vitā etiā per vbera mater-  
 na deprecaretur, occiditur. Causa parricidiij fuit, quod  
 2 post mortē mariti, in diuisione inter fratres regni, pro-  
 3 pensis or fuisse pro Alexandro videbatur. Quod facinus  
 4 in eo grauius omnibus visum est quod nullū maternæ  
 5 fraudis vestigium fait. Quanquam in parricidio, nulla  
 6 justa causa ad sceleris patrocinia prætexi potest. Ob  
 7 hæc igitur Alexander in vltionē maternæ necis, gestu-  
 8 rius cum fratre bellum, auxilium à Demetrio petit: nec  
 9 Demetrius, spe inuadendi Macedonici regni, moram  
 10 fecit. Cuius aduentum verens Lysimachus, persuader  
 genero suo Antipatro, vt malit cū fratre in gratiā re-  
 verti, quam paternum hostem in Macedoniā admitti.  
 Inchoatam igitur inter fratres reconciliationem cum  
 prælensisset Demetrius, per insidias Alexandrū inter-  
 fecit; occupatoque Macedoniæ regno, cædem apud  
 exercitum excusatus, in concione vocat. Ibi priorem  
 se petitū ab Alexandro allegatis nec fecisse sed occupasse  
 insidias

CAP. I. Post Cassandri] Legendus  
Paulæias in Bœoticis Plutarchus  
in Demetrio & Pyrrho. Bong.

4. In parricidio &c.] Spartanus  
refert, Bassianum, occiso fratre,  
Papiniano mandasse, vt in Senatu,  
pro se & apud populum facinus  
dilueret: Illum respondisse: Non  
tam facile parricidium excusari,  
quam fieri. Recte sane & ordine  
fecit Pyrrhianus, & viri boni of-  
ficium est functus, qui mori præ-  
optauit, quam tyranno impia &  
inaequa imperanti parere.

6. Demetrius] Qui & Poliorcetes  
diēs, hoc est, virium obsecror:  
curas cognominis, vanitatem ar-

guit Plutarchus in Demetr. cap.  
52. Bern.

Demetrius] Pyrrhum auxilio  
fuisse Alexandro scribit Plut.

Demetrius] Alexander occiditur  
à Demetrio post coniuicium in  
vrbe Larissa Thessaliz, uno quippe  
die anteueriens Alexandrum, Plu-  
tarhus.

10. Occupasse insidias] Iuxta il-  
lud Tironis apud Agellium, 7.5.  
Bevicia promissa operiri oportet,  
neque ante renuenerat quam fa-  
cta sunt. In iuriis autē immuentes  
præcausisse justum est magis, quā  
expectauisse. Suma enim profes-  
sio stultitia est, non ire obuiā scel-  
ribies

intfidias. Regē autē se Macedonia vel etatis experientis, 11  
vel causis iustiorē esse. Patrem enim suum & Philippo 12  
Regi, & Alexandro Magno socium in omni militia fuisse:  
liberorum deinde Alexandri ministrum, & ad perse- 13  
quendos defectores ducem extirisse. Contra Antipatrum 14  
auctum horum adolescentium, amariorem semper mini-  
strum regni, quam ipsos reges fuisse. Cassandra vero 15  
patrem, extinctorem regia domus, non feminis, non pueris  
pepercisse, nec cessasse, quoad omnem stirpem regiae subo-  
lis deleret. Horum scelerū ultionē, quia ne quisset ab ipso 16  
Cassandra exigere, ad liberos eius translataam. Quoniamobrē 17  
etiam Philippum, Alexandrumque si quis manum sen-  
sus est, non interfectores suos, ac stirpis sue, sed ultores  
eorum, Macedonia regnum tenere malle. Per hæc miti- 18  
gato populo, rex macedoniæ appellatur. Lysimachus 19  
quoque cum bello Doricetis, regis Thracum, premere-  
tur, ne eodem tempore & aduersus eum dimicare ne-  
cessē haberet, tradita ei altera parte Macedonia, quæ  
Antipatro eius genero obuenerat, pacem cum eo fecit.

## CAP. II. Igitur Demetrius, rotis Macedoniae regni

viri

vibui cogitarii sed manere opperiri-  
que, ut cum admissa & perpetrata  
fuerint, tum denique, ubi que fa-  
cta sunt, infecta fieri non possunt,  
puniantur. Quod paucis Thucydi-  
des, 1.7.11. ~~τοργιμούσιν~~  
μάθει ἡ δύτικην. Vnde  
Iugurtha, quem tamen simulare ac  
noster, Adherbalum dolis vita sua  
insidiatum ait: quod ubi compre-  
nisset, se eius sceleri obuiamisse, ac  
proinde populum Rom. neque recte  
neque pro bono facturum, si ab iu-  
re gentium fæse prohibuerit. Sallust.  
Iug. 22.5. Bern.

12. Socium in omni militia fuisse]  
Alij, socium domi militiaque fuisse,  
sed contra meatem auctoris, qui  
hoc dicere vult, Antipatrum af-  
fluentem deliciis otiolumque &  
socordem domi sedisse, & Macedo-  
niae graue fuisse, interea dum Phi-

lippo & Alexandro Magno graues  
militie labores pertulit Demetrij  
pater Antigonus. Admod.

17. Si quā manum sensi. ] Ita  
Serarius Sulpitius in epistola quæ  
est inter familiares Ciceronis quin-  
ta lib. 4. Quod si quis eizam inferre  
sensu est, hoc certe illa et facere  
non vult. Quiem ad locum obseruat  
Manutius, hac aut simili formula,  
in memoria defunctorum vios &  
Grecos esse. Latinorum exempla  
plura collegit Briffon. de formal.  
lib. 8.

19. Doricetus, regis] Dromichates,  
legit Fabricius in Orosium ex  
Plutarcho Demetr. cap. 52. Pausa-  
nia in Atticis : Strabone libr. 7. qui  
eum Getarum regem faciunt. Ego  
contralibros nihil muto : neque  
nouum est historiarū scriptores in  
barbaris nominibus variare. Bonz.

viribus instructus, cum Asiam occupare statuisset, iterato Ptolemæus, Seleucus, & Lysimachus, experti priore certamine quanx vires essent concordia, pacta societate adunatisque exercitibus, hellum aduersus Demetriū  
 2 transferunt in Europam. His comitem se, & belli socium jungit Pyrrhus, rex Epixi, sperans non difficilius Demetrium amittere Macedoniam posse, quam acquiescerat. Nec spes frustra fuit: quippe exercitu eius corrupto, ipsoque in fugam acto, regnum Macedoniæ occupauit. Dum hæc aguntur, Lysimachus generum suum  
 4 Antipatrum, regnum Macedoniæ ademptum sibi loceri fraude querentem, interfecit; filiamque suam Eurydicens, querelarum sociam, in custodiam tradit: atque ita  
 5 vniuersa Cæsari domus Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis extinctæ pœnas, partim cæde, partim  
 6 suppicio, partim parricidio luit. Demetrius quoque à tot exercitibus circumuentus, cum possit honeste mori,  
 7 turpiter se dedere Seleuco maluit. Enito bello, Ptolemæus cum magna rerum gestarum gloria moritus, contra

C A P. II. 1. *Ptolem. Selcuc. & Lysim.*] Plutarchus in Demetrio & Pyrrho, Pausanias in Atticis, quos in hac historia consule. Bongars.

6. *Turpiter se dedere Seleuco maluit*] Plutarchus in vita Demetrij duo insignia exempla recitat, alterum humanitatis Seleuci erga captiuum regem Demetrium, alterum pietatis Antigoni filij erga patrem Demetrium. Seleucus, capto Demetrio non insultauit tyrannice & centaurice, sed sibi gratulatus est occasionem natam bene merendi de Demetrio, declarandi suam erga hunc regem jam pridem florantisimum humanitatem, & postea regio more tractauit captum Demetrium. Deinde Antigonus, filius Demetrij, laudissima matre Phila, de qua supra diximus, natus,

non modo reges sollicitauit ad intercessionem pro patre captiuo, sed etiam se obtulit pro patre ob fidem apud Seleucum, ac nisi pater Demetrius intemperantia interpelliam mortem sibi accersiueret, haud dubie Seleucus motus pietatis filij patrem in veterem libertatem ac dignitatem restituueret. Qualis autem sepultura fuerit Demetrij, filio eam magnis sumptibus procurante, in postrema pagella virg Demetrij apud Plutarchum narratur. Errit.

7. *Ptolemæus*] Regum Aegypti seriem vide apud Strabonem lib. 17. quedam apud Pausaniam in Atticis. Bong.

*Morieurus contra Isebis.* præfert quod e litii quidam habent morierur. Is emera. Suadet quod mox sequitur, ante infirmitatem.

Contra

contra ius gentium, minimo natu ex filiis, ante infirmatorem regnum tradiderat, eiusque rei populo rationem reddiderat; cuius non minor fauor in accipiendo, quam patris in tradendo regno fuerat. Inter cetera patris & filij mutuae pietatis exempla, etiam ea res amorem populi juueni conciliauerat, quod pater, regno ei publice tradito, priuatus officium regi inter satellites fecerat, omniisque regno pulcrius regis esse patrem duxerat.

CAP. III. Sed inter Lysimachum, & Pyrrhum regem, socios paulo ante aduersus Demetrium, assiduum inter pares discordiae malum, bellum mouerat. Victor Lysimachus, pulso Pyrro Macedoniam occupauerat. Inde Thraciae, ac deiaceps Heracleae bellum intulerat: cuius virbis & initia & exitus admirabiles fuere; quippe Bactriis pestilentia laborantibus, oraculum Delphis responderat, coloniam in Ponti regione sacra Herculi colerent. Cam propter metu longe ac periculose nauigationis, mortem in patria omnibus praecoptantibus, res omissa esset, bellum his Phocenses intulerunt: quorum cum aduersa praelia paterentur, interato ad oraculum decurrunt; responsum, idem bellum quod pestilentiae remedium fore. Igitur conscripta colonorum manu, in Pontum delati, urbem

*Contra ius gene[min.nat.] Vnde  
Pericus apud Liuum, 40.9.8. fratre  
inceps: Regnare veique vi,  
Inquit, huic spie tua obstat aras  
mea obstat GENTIVM Ius: obstat  
verius Macedonia mos, &c.  
Vide quoque notata superius ad  
2.10. 2. & 5.11.2. Bern.*

*Minimo natu ex filiis] Ptolemaeo Philadelpho, natu ex Bernice. Nati autem ex Eurydice regno excludebantur, vehementer dissuadente Demetrio phalereo, ut scribit in ejus vita Diogenes Laertius. Bern.*

*CAP. III. t. Inter pares discord.]*

Vide notata ad 13.2.3.

*3. Heracleae] Vrbs h[ab]et ad Pontum Euxium juxta Mariandynos.  
4. 5. 6. ] Supra, 13.7.4. &c.*

*7. In Pontum] Ita omnino legendum est ex uno Cuiaci codice. Est enim Heraclea hoc loco ciuitas Thracie in Ponte, Stephanus: de qua Strabo lib.12. & Eustathius in Dionysium. Ceteri omnes & impressi, & scripti, Metapontum, turpi errore. Metapontum & Heraclea, Italiz vrbes, librarios in errorum induxerunt. Ex eodem libro scripti Lamachus, non Malachus, quomodo alii vett. habent. Bong.*

vibem Heracleam considerunt. Et quoniam fatorum  
 auspiciis in eas sedes delati erant, breui tempore ma-  
 gnas opes parauecie. Multa deinde huius vrbis aduersus  
 finitimos bella, multae etiam domesticæ dissensiones  
 fuere. Inter cetera magnifica, vel præcipue illud me-  
 morabile fuit. Cum rerum potirentur Athenienses, vi-  
 ctisque Persis, Græciæ & Asia tributum in tutelâ classis  
 descripsissent, omnibus cupide ad præsidium salutis suæ  
 conferentibus; soli Heraclienses ob amicitiam regum  
 Persorum, collationem abnuerant. Missus itaque ab  
 Atheniensibus Lamachus cum exercitu ad extorquen-  
 dum quod negabatur, dum relictis in litore nauibus,  
 agros Heraclienium populatur, classem cum maiore  
 parte exercitus, naufragio repentinæ tempestatis amisit.  
 Itaque cum neque mari posset amissis nauibus, neque  
 terra auderet, cum parua manu inter tot forocissimas gê-  
 res, reuerti; Heraclienes honestiorem beneficij, quam  
 vltionis occasionem rati, instructos commeatibus, auxi-  
 liisque dimittunt: Bene agrorum suorum populatione  
 impensam existimantes, si quos hostes habuerant, ami-  
 cos reddidissent.

CAP. IV. Passi sunt inter plurima mala, etiam tyran-  
 nidem: siquidem cum plebs etiam nouas tabulas, &  
 diuisionem agrorum diuitum impotenter flagitaret, diu-  
 re

9. Collationem abnuerant] Et res  
 & vox eadem in Sueton. Ner. c. 44.  
 omnem collationem palam recusau-  
 rent.

10. Lamachus] Cognominem huic  
 Atheniensium ducem memorat Plu-  
 tarchus in Pericle c. 3. 9. & Noster  
 4. 4. 3. miss. tamen & quidam im-  
 pressi Malachus hic habet, ex quo  
 per contractionem, Syrorum Mal-  
 chus natum suspicatur Geuartiū  
 in Papinian. lec. 3. 4. Malachus au-  
 tem & Malchus regem Syris notat.

CAP. IV. 1. Passi sunt &c. etiam  
 tyrannidem] Εὐγενίη Στράβων  
 τιμας, Strabo. De Clearcho tyran-

no Diodorus lib. 15. & 16. & Plu-  
 tarchus, 2. de fortuna Alexandri.  
 Bong.

2. Nouas tabb. & diuis. agrar. ]  
 Liuius, 32. 38. duas hasce leges, al-  
 teram nouarum tabularum, qua  
 debitores ære alieno liberantur  
 (γονωκεμια & σειρήδετας ap-  
 pellant); alteram agrorum viritudem  
 ex æquo diuidendorum, ait esse  
 duas faces nouaribus res ad ple-  
 bem in optimaces accendendam.  
 Videatur & Sallust. Cat. 21. Bern.

3. Re in senatu tractata ] Mo-  
 dius, re in sen. tracta, in suis miss.  
 esse confirmat, & explicat ex illo  
 Sallustij

re in senatu tractata, cum exitus rei non inueniretur; ad postremum aduersus plebem nimio otio lascivientem, auxilia à Timotheo, Atheniensis duce, mox ab Epaminda Thebanorum petiuere. Vtrisque negantibus, ad Clearchum, quem ipsi in exilium egerant, decurrunt. Tanta calamitatiū necessitas fuit, ut cui patriam interdixerant, eum ad tutelam patriæ revocarent. Sed Clearchus exilio facinorosior redditus, & dissensionem populi occasionem inuadendæ tyannidis existimans, primo tacitus cum Mithridate, ciuium suorum hoste, colloquitur; & inita societate paciscitur, ut reuocatus in patriam prodita ei vrbe, præfectus eius constitueretur. Postea autem insidias, quas ciuibus parauerat, in ipsum Mithrida

Sallustij lug. 23. 2. *Bellum trahi non posse.* Sed huc similia non sunt. Nam bellum trahere, est bello moras addere. Hic vero rem trahere est rem tractare seu de re disputare. Conuenientius est exemplum Sallustij lug. 93. 1. trahere cum animo suo, omittentne inceptū, pro tractare, deliberare. Sicut trahit pro tractatu, affectio pro affectatione, ostensio pro ostentatione &c. bonis auctoribus dicitur, judice Cl. Salmasio ad Hist. Aug. pag. 109.

*Plebem nimio otio lascivientem]* Plato. Nimia libertas populo existens est, & nimia seruitus pari detractione reipublic. afficit. In nimia libertate homines sumunt sibi licentiam omnium scelerum, nihil est tam scelerum, quo non ausint se polluere: econtra nimia seruitus est mors reipub. ciuilis. *Strig.*

*Ocio lascivientem]* Nunquam vacac lasciare distractis: nihilque tam cerrum est, quam ory viria negotio disciri. Quæ posteriora verba ipsa habet & Curtius, 7. 1. 5.

*Auxilia à Timotheo.]* Plutarchus in vita Sylla recitat memorabilem historiam de Timotheo,

filio Cononis, quæ historia est digna memoria & consideratione, ad reprimendam Thrasonicam arrogiantiam, quæ Deo & hominibus iniusta est. Timotheus, dux Atheniensis, fuit felicissimus bellator, & vsus est singulari fortunæ fauore in praliis, in quibus omnia prona ei fuerunt. Hoc fortunæ fauore elatus non agnouit, se Dei concessu & munere tantas res gerere, sed ut amens homo omnes euentus secundos bellorum suæ industrie & virtuti ascripserit. Cum enim quidam inuidi pinxit in tabula dormientem in castris Timotheum, & ipso dormiente fortunam circundantem retia urbibus hostiis, & ita tradeatem urbes hostiles Timotheo; ea pietura dicitur Timotheus adeo offensus esse, ut non veritus sit hanc vocem pronuntiare: *Hæc, inquit. ego feci, non fortuna.* Post hanc impiam vocem pronuntiatam nihil unquam bene feliciterque Timotheo eusevit, sed omnia retro relapsa sunt. *Strig.*

4. *Quem ipsi in exilij]* Ita de Coriolano & Camillo liv. lib. 2. & 3.

9 Mithridatem verterat. Namque cum velut arbiter ciuilis discordiae, de exilio reuersus esset, statuto tempore, quo vibem Mithridati traderet, ipsum cum amicis suis cepit; captumque, accepta ingenti pecunia, dimisit.  
 10 Atque ut in illo subitum se ex socio fecit hostem: sic ex defensore senatoriae causae repente patronus plebis eius sit; & aduersus auctores potentiae suae, à quibus reuocatus in patriam, per quos in arce collocatus fuerat, non solum plebem accendit, verum etiam nefan-  
 11 dissima quæque tyrannicæ crudelitatis exercuit. Igi-  
 tur populo ad concionem vocato, neque se affuturum  
 amplias gressanti in populum senatus, ait; intercessu-  
 13 rum etiam si in pristina sauitia perseveret: quod si pa-  
 res se crudelitatis senatorum arbitrarentur, abitus cum  
 militibus suis, neque ciuitibus discordiis interfuturum.  
 14 Sin vero diffidant viribus propriis, vindicta se ciuium  
 15 non defuturum. Proinde consulant sibi ipsis: iubeant  
 abire se si malint, vel causa populari socium remanere.  
 16 His verbis solicitata plebs, summum ad eum impe-  
 rium defert: & dum senatus potentiae irascitur, in  
 seruitutem se tyrannicæ dominationis cum coniugio-  
 17 bus & liberis tradit. Igitur Clearchus **LX.** senatores  
 comprehensos (nam ceteri in fugam dilapsi erant)  
 18 in vincula compingit. Lætari plebs, quod à duce potis-  
 sum senatorum, senatus deleretur, versaque vice,  
 19 auxilium eorum in exitium conuersum esse. Quibus  
 dum mortem passim omnibus minatur, cariora eorum  
 20 pretia facit: siquidem Clearchus magna pecunia (quasi  
 minis populi occulte eos subtracturus) accepta, spolia-  
 tos fortunis, vita quoque spoliauit.

1 **CAP. V.** Cognito deinde, quod bellum sibi ab iis  
 qui profugerant, misericordia in auxilium solicitatis  
 2 ciuitatibus, pararetur, seruos eorum manumittit. Et ne  
 quid mali afflictis honestissimis domibus deesset, uxores  
 eorum,

13. *Pares*] Validos satis ad resistendum. *Supra*, 7.6.4. *pares bellis.*

eorum, filiasque nubere seruis suis, proposita recusantibus morte, compellit, ut eos sibi fidiores, & dominis infestioris redderet. Sed matronis tam lugubres nuptiae, grauiores repentinis funeribus fuere. Itaque multe se ante nuptias, multe in ipsis nuptiis, occisis prius novis maritis, interficiunt, & se tam funestis calamitatibus, virtute ingenui pudoris, eripiunt. Prælium deinde committitur: quo victor tyrannus captiuos senatores in triumphi modum per ora ciuium trahit. Reuertitur in urbem; alios vincit, torquet alios, alios occidit: nullus locus urbis à crudelitate tyranni vacat. Accedit saevitiae insolentia, crudelitati arrogantia: interdū enim ex successu continuæ felicitatis obliuiscitur se hominē: interdum Iouis se filium dicit. Eunti per publicum, aurea aquila velut argumentum generis præferebatur: veste purpurea, & cothurnis regum tragicorum, & aurea corona utebatur: filium quoque suum Ceraunon vocat, ut deos non mendacio tantum, verum etiam nominibus illudat. Hæc illū facere duo nobilissimi juvenes Chionis.

&amp;

CAP. V. 5. Per ora ciuium] In publica quasi pompa, ut omnibus conspicuus esset. Ennins ita de se dixit: voliro viuu per ora virum. Sallust. Iugurth. 31. 12. Incendunt per ora vestra magnifici.

8. Ex successu] Curtius, 4. 14. 34. Fragilitas humana nimis in prosperis obliuio est. Senec. suas. 2. nunquam in solido steret superba felicitas: & ingentium imperiorum magna fastigia obliuione fragilitatu humana collapsa sunt. Bern.

9. Aurea aquila &c.] Horum pleraque fuere principatus insignia posterioribus temporibus etiā apud Romanos: nisi quod Imperatoribus eorum, exemplo Regum persicorum, non aquila aurea, sed signis præferebatur, ut luculententer docet elegantissimus Lipsius ad Taciti annales Excursu 1. Mod.

10. Veste purpurea] purpura, uti

notum, regum vestis. Purpura Tyrus & Phœnix laudata. Tyrius laus summa in colore sanguinis concreti, Plinio teste sanguinis color quinque siue purpureo. Unde & purpureus sanguis Homero dicitur.

Cothurnus] Hinc Virg. Purpura que alte suras vincere cothurno.

11. Ceraunon] Hoc est, Tonitru. Plutarchus de fortuna Alexandri,

2. 13. Clearchus Heraclea tyrannus gestauit fulmen: unumque filiorum, Tonitru appellauit. Fulmen scilicet ut ipse Iouem referret, cuius personam ridicule sumebat. Ita namque Budæus illum locum est interpretatus: cum in Græcis vulgo impressis pro orchæstis, fulmen, mendose legatur exponaturque oraculo, sic perum.

12. Chiō & Leonides] indignatio] Vide Memnonis Eclogas de Histore.

& Leonides indignantes, patriam liberaturi in necem  
 13 tyranni conspirant. Erant hi discipuli Platonis philo-  
 sophi ; qui viitutem, ad quam quotidie præceptis ma-  
 gистri erudiebantur , patriæ exhibere cupientes, quin-  
 quaginta cognatos , veluti clientes, in infidiis locant.  
 14 Ipsи more iurgantium, ad tyrannum , veluti ad regem,  
 15 in arcem contendunt : qui inre familiaritatis admissi,  
 dum alterum priorem dicentem intentus audit tyran-  
 16 nus , ab altero obtruncatur. Sed & ipsi , sociis tardius  
 17 auxilium ferentibus , à satellitibus obruuntur. Quare  
 factum est , ut tyrannus quidem occideretur , sed pa-  
 18 tria non liberaretur. Nam frater Clearchi Satyrus ea-  
 dem via tyrannidem inuadit ; multisque annis , per  
 gradus successionis, Heraclenses sub regno tyranno-  
 rum fuere.

ria Pontica : vnde apparebit , le-  
 gendum hic esse Leon, non Leonides. Voss.

13. Discipuli Platonis ] Præter  
 hos nostros alij plures enumeran-  
 tur à Diog. Laëtio in vita Plat. &  
 Athenæo sub finem libri xi. quo  
 loco satis maligne de discipulis in-  
 stitutisque Platoni judicat Athe-  
 næus. Bern.

*Veluti* clien̄es. Et mox veluti ad  
 regem. ] Glossemæa sunt, Sebisij ju-  
 dicio & ræco. Bern.

18. Frazer Clearchi Satyrus ] Dio-  
 dorus, 16.36. filium Timotheum ei  
 successisse refert : qui & eum in-  
 serfectum, ait, cum in Bacchanali-  
 bus ludos pœstatum irret. Consule  
 quoque Memnonis excerpta. B.  
 Item Athenæum lib. 3.7. & 12.12.  
 rursus Diiodorum, 20.78. Quibus  
 auctoribus inter se collatis pensi-  
 tatisque , Freiashemij nostri sen-  
 tientia verisimilis mihi redditur

auctorem ista suo more confun-  
 dere, & duos Clearchos, auum ar-  
 que nepotem , in vnum conflare.  
 Res ita habet. Clearcho, qui tyran-  
 nidem Heracleæ primitus inuasit,  
 successore filij , Timotheus primo,  
 deinde Dionysius : Dionysio item  
 filij Zathras (qui forte Iustino Sa-  
 turus seu Satyrus est) & Clearchus  
 alter. Bern.

Multisque annis ] In Memnonis  
 Excerptis legimus , Heracleotas partim à tyrranis , partim a Lysi-  
 macho , priuatos libertate fuisse  
 annos LXXXIV. Bern.

Heraclenses sub regno Tyran-  
 norum fuere. ] Ms. Heraclenses  
 regnum Tyrannorum fuere. Ita  
 loquuntur optimi quique scrip-  
 tores , & ipse quoque Iustinus.  
 Sic h[ab]it[ur] infra , libr. xvii. cap. 111.  
 Q[uod]a[m] ipsa genus Accidarum  
 erat. Ita enim ex miss. legendum.  
 Voss.

## LIBER XVII.

## BREViarium CAPITVM.

1. *Lysimachi regis tragedia.*

2. *Amisiss xv liberis in prælio occumbit. Seleucus per insidias occiditur a Ptolemeo. Ptolemaeus Princeps amicitias Pyrrhi presertim sibi conciliat.*

3. *De Epirotarum regno eiusdemque origine ac regibus digressio. Pyrrhi varia fortuna.*

## C A P. I.

**P**ER idem ferme tempus in Helleponi & Chersonesi regionibus terræmotus fuit : maxime tamen Lysimachia vrb ante duos & viginti annos à Lysimacho rege condita , cuersa est. Quod portentum dira Lysimacho, stirpique eius, ac regni ruinam , cum clade vexatarum regionum portendebat. Nec ostentis fides defuit : nam breui post tempore , Agathoclem filium suum, quem in successionem regni ordinauerat , per quem multa bella prospere gesserat, non solum patrium , verum etiam humanum ultra morem, perosus, ministra Arsinoë neuerca, veneno interfecit.

CAP. I. *Helleponi*] Fretum angustum inter Aegæum mare & Propontidem, septem tantum stadiorum spatio Europam ab Asia dividens.

*Chersonesi*] Achate hæc adhæret, præterque unum angustum ostium insula est.

2. *Lysimachia*] Prior Cardia dicta Stephan, Pausan. in Attic. Eam suo tempore deletam fuisse scribit Strabo lib. 10. Song.

4. *Agathoclem*] Lega Pausaniam in Atticis, & Strabonem lib. 13. qui Lysimacum ait γεραιον οικισθεντα, filium necasse. Per

καὶ οἰκία domesticas calamitates intelligit, quæ hic apud Paestanum recensentur, non improbos familiares, quod putauit doctissimus Fabricius. Song. De Agathocles ipsiusque Lysimachi cæde addidit Appianus Syriac. p. 130. Bern.

*Perosus*] Sunt hæc firmando nostratum adagio: Nouercam habem, habet & virricum. adeo blanditiæ muliebres, amorque nouellus superueniens, naturales etiam affectus euentuat. Simile exemplum extat infra, 14. 4. 1.

*Arsinoe*] Ita legendū esse constat: ex Pausaniz Atticis, yulgo, Ariyri-

ss.

5 terfecit. Hæc illi prima mali labes, hoc initium impen-  
 6 dentis ruinæ fuit. Nam patricidium, principum sequun-  
 7 træ cædes sunt, luentium supplicia quod occisum iuuenē  
 8 dolebant. Itaque & hi qui cædibus superfuerant, & hi  
 9 qui exercitibus præerant, certatim ad Seleucum defi-  
 10 ciunt; eumque prouum iam ex emulatione gloriæ; bel-  
 11 lum Lysimacho inferre compellunt. Ultimum hoc cer-  
 12 tamen commilitonum Alexandri fuit, &c, velut ad exem-  
 13 plum fortunæ; par reseruatum. Lysimachus quatuor &  
 14 LXX. annos natus erat. Seleucus septem & LXX. Sed in  
 15 hac ætate utriusque animi iuueniles erant, imperique cu-  
 16 piditatem insatiabilem gerebant. Quippe cum Orbem  
 17 terrarum duo soli tenerent, angustiis sibimet inclusi vi-  
 18 debantur, vitæque finem non annorum spatio, sed im-  
 19 perij terminis metiebantur.

CAP. II. In eo bello Lysimachus amissis ante variis.  
 casibus xv liberis, non infrenue moriens, postremus:  
 2 domus suæ ruinæ cumulus accessit. Lætus tanta victoria.  
 Seleucus, & quod maius victoria putabat, solum se de-  
 cohorte Alexandri remansisse; victoremque victorum,  
 3 exitiss; non humanū esse opus, sed diuinū munus gloria-  
 tur: Ignarus proisus, non multo post fragilitatis huma-  
 4 næ se ipsum exemplum futurum. Quippe post menses;  
 admodum septem à Ptolemeo, cuius sororem Lysima-  
 chus,

6. Quod occisum iuuen. ] Ta. it.  
 Agric. c. 45. Principia sub Domi-  
 niano miseriariam pars erat, videre  
 & aspicere cum suspiria nostra sub-  
 scriberentur: cum denorandum tot  
 hominū palloribus sufficeret saus  
 illæ vultus.

10. Lysimachus quatuor & LXX.  
 annos natus erat] Octoginta anno-  
 rum facit Lysimachum Hierony-  
 mus, cum occumberet in prælio  
 aduersus Seleucum. Vide Lucia-  
 num de longævis. Voss.

11. Animi iuu. ] Modius in suis  
 mass. esse confirmat animi iuuenia-

les; idque reperiisse se multis eti-  
 in locis in membranis Liuij & Se-  
 necæ. Sic Horat. in Arte: Nec nimis  
 tenerii iuuenetur versibus unquam.

CAP. II. 1. In eo bello Lysima-  
 chus] Præter Pausaniam & Strabo-  
 nem vnde Appianum Syriaca. Bong.

3. Fragilitatis humana ] Cuius  
 admonens Cyrus Croesus: Hu-  
 manarum rerum circulus est, in-  
 quæ, qui rotatus, semper eisdem  
 foreunatos esse non sinit. Herodo-  
 tus, 1. 207.

4. A Ptolemaeo] Cerauno. Erat hic  
 filius Ptolemei Soteris, & Eury-  
 dices.

chus in matrimonio habuerat, per infidias circuuentus occiditur; regnumque Macedoniæ, quod Lysimachus eripuerat, cum vita pariter amittit. Igitur Ptolemæus cum & in gratiam memoriæ magni Ptolemæi patris, & in fauorem vltionis Lysimachi ambitiosus apud populares esset, primo Lysimachi filios conciliare sibi statuit; nuptiasque Arsinoës sororis suæ, matris eorum petit, puerorum adoptione promissa, ut cum in locum patris eorū successisset, nihil illi moliri vel verecundia matris, vel appellatione patris auderent. Fratris quoque regis Ægypti concordiā per epistolas deprecatur; professus deponere se offensam erexit paterni regni, neque amplius à fratre quæscitur, quod honestius à paterno hoste perceperit. Omnique arte adulatur Eumeni, & Antigono, Demetrii filiis, Antiocho, filio Seleuci, cù quibus bellū habiturus erat, ne tertius sibi hostis accederet. Sed nec Pyrrhus rex Epiri omissus, ingēs momentū futurus, utri parti socius accessisset, qui & ipse spoliare singulos cupiens, omnibus sc̄ partibus venditabat. Itaque Taiétmis aduersus Romanos latrunculus auxilium, ab Antigono naues ad exercitū in Italiam deportandum, mutuo petitis ab Antiocho pecuniā, qui opibus quā militibus instructior erat; à Ptolemæo Macedonum militum auxilia. Sed Ptolemæus, cui nulla dilationis ex infirmitate vi- rium venia esset, quinque millia peditum, equitum quatuor millia, elephantes quinquaginta, non amplius, quam

alices Antipatri filiis: Appianus, qui Seleucum tres & LXX annos vixisse scribit: quod cum iis que Iustinus supra retulit, non congruit. Boni Seleuci Nicatoris, à Ptolemæo Cerauno occisi, meminit & Plinius, 6. 11. Bern.

10. Adulatur Eumeni; Nob. Sebis. hæc ita transponenda censeret: adulatur Antiocho, fil. Sel. ne Eum. (cuius tamen Plutarchus in Demetrio nullam mentionem fa-

cit.) & Antig. D. f. cum quibus  
Greco certius &c.

11. Ingens momentum] Taciti il- lud simile est, hist. 1. 59 Baraonum cohortes prout inclinarent, grande momentum, socia aut aduersa. Lucanus, 4. 819.

Momentumque fuit, muratus  
Curio, rerum.  
Adde supra, 5. 4. 12. de Alcibiade.  
14. Cuius] Forte cum. Seb.

15 quam in biennij usum dedit. Ob haec Pyrrhus, filia Ptolemæi in matrimonium accepta, vindicem eum regni reliquit : ne abducta in Italiam juuentute , prædam hostibus regnum relinqueret.

1 C A P. III. Sed quoniam ad Epiri mentionem ven-  
2 tum est, de origine regni eius pauca narranda sunt. Mo-  
3 lassorum primum in ea regione regnum fuit. Post Pyr-  
4 rhus, Achillis filius, amissio per absentiam Troianis tē-  
5 poribus paterno regno, in his locis consedit, qui Pyr-  
6 rhidæ primo , postea Epirotæ dicti sunt. Sed Pyrrhus,  
7 cum in templū Dodonæi Iouis ad consulendum venis-  
set, ibi Lanassam, neptem Herculis, rapuit ex cuius ma-  
trrimonio octo liberos sustulit. Ex his nonnullas virgi-  
nes nuptum finitimi regibus tradidit, opesque affinita-  
tum auxilio magnas paravit : atque ita Heleno, filio  
Priami regis, ob industriā singularem, regnum Chao-  
num, & Andromachen Hectoris , quam & ipse matri-  
monio suo in diuisione Trojanæ prædæ acceperat, uxo-  
rem tradidit : breuique post tempore , Delphis insidiis  
Orestæ,

15. *Vindicem* ] Franc. Modij membranæ dictionibus aliquot auditiæ, hoc modo : *vindicem eum regni reliquit* : pacificatu cum omnibus finitimi, ne abducta te. non male. doctorum esto iudicium. Bern.

C A P. III. 1. Q uoniam &c.] Similis excursus totidem prope verbis inchoatur infra, 18. 3. 1.

2. *Molosorum* ] Chaones primum, Molossos deinde regnasse refert Strabo lib. 7. quem lege. Bong.

4. *Lanassam* ] Sic Vert. & Plutar- chus in Pyrrho. cap. 1. qui eam facit gnatam Cœodis, Hylli filij, qui filius erat Hæreulus.

6. *Heleno* ] Virgilius.

Hic incredibilis rerum fama, ec-  
cupat aures,  
Priamiden Helenum Graias reg-  
nare per urbes,  
Coniugio & lacide Pyrrhi scop-

erisque potitum, &c.

*Andromachen Hect.* &c.] Viden-  
dus omnino Servius ad illud Vir-  
gilij Aen. 3. 319.

*Hectoris Andromache, Pyrrhin'*  
*connubia seruas* ?

7. *Insidias Orestæ*] Sic & Virgilius  
Aen. 3. 331.

— scelerum furis agitatio  
Orestes

Excipit incarum, patriasque ob-  
truncat ad aras.

Contentit Velleius, 1.1.8. Strabo ta-  
men lib. 9. pag. 290. 22. a Macareo  
subiarum tradit. Conciliare vi-  
detur Eusebius Chron. ad ann.  
DCCCLV : Pyrrhum Delphis in-  
templo Apollinis occisum ab Oreste,  
sed nimis proditore Macarei  
sacerdotis. Ipse autem fecisse pu-  
tandus est, quod per alium quis fe-  
cerit. Bern.

8. *Pisatis*.

Orestæ, filij Agaménonis, inter altaria dei interiit. Successor huic Pialis filius fuit. Per ordinem deinde, regnum ad Arrybam descendit: cui, quoniam pupillus & unicus ex gente nobili supereret, intentiore omnium cura seruandi eius educandus, publice tutores constituantur: Athenas quoque erudiendi gratia missus; quanto doctior maioribus suis, tanto & gratior populo fuit. Primus itaque leges, & senatum, annuosque magistratus, & reipubl. formam composuit: & ut à Pyrrho sedes, sic vita cultior populo ab Arryba statuta. Huius filius Neoptolemus fuit: ex quo nata est Olympias, mater Alexandri Magni, & Alexander, qui post cum regnum Epiri tenuit: & in Italia bello gesto, in Bruttis interiit. Post eius morte frater Æacides regno successit, qui a siuis aduersus Macedonas bellorum certaminibus populum fatigando, offensam ciuium contraxit: ac propterera in exilium actus, Pyrrhum filium viuum, admodum parvulum in regno reliquit. Qui & ipse cum à populo

**8. Pialus] Pielus paulanæ in Atticis. vulgo Pylades. vide Plutarch.**

**9. Arrybam] Ita ex veteri scriptura legendum judicauit. habent enim Vett. Arryberiam, alijs Arrybam. Nisi quis malit ex Plutarcho pyrrh. c. 1. Tharrhyam, quod accedit ad Tarriba, quod in uno veteri legitur. Et quæ de eo Plutarchus refert, cum auctore nostro conuenient. Tarribiam scribunt primum qui moribea Græci, literis, & legib[us] humanis ciuitates imbut, celebrem euasisse Tharypum hunc vocat Paulanias in Atticis: eius filius Aleteas, pater Arryba, sive Arryba, ut Plutarchus, seu Arryuba ut Diodorus libr. 16. & Neoptolemi. Arryba filius Æacides, à quo Pyrrhus. Neoptolemi filia, Troas, Olympias Alexandri Magni mater, & Alexander filius, de quo supra, 12. 1. & 2. Macc.**

ex plutarcho & Pausania. Hinc supra, 1. 7. 6. 11. legendum arbitror, conciliante nuprias parruo, rutoro virginis Arryba regie Molosorum: Et lib. 8. 6: 4. Siquidem Arrybam, regem Epiri &c. acque Alexandri pupillum eius, uxoris Olympiadis fratrem, &c. Lector sagax & eruditus judicet. Bong. Plutarchus in Alex. c. 2. fratrem Olympiadis Arrybam vocat, quod idem cum Arryba crediderim: sicuti Selymbria & Selymbria, Lampsanæ & Lapsana, οὐ πατέρα & οὐ πατέρα, &c. promiscue dicitur. Bern.

**16. Frater Æacides] Frater patruelis, ut ex iis constat, quæ supra notauit B.**

**17. Pyrrhum filium viuum, admodum parvulum] Ms. unum. Forte unicum. Nullos namque filios habuit Æacides, præter Pyrrhum. Voss.**

**Viuum, admodum parvulum] Plutarchus**

pulo propter odium patris ad necem quereretur, fuitim  
 29 subtractus in Illyrios defecit : traditusque est Beroæ,  
 Glauci regis vxori, nutriēdus, quæ & ipsa generis Æa-  
 20 cidatum erat. Ibi eum , seu misericordia fortunæ eius,  
 seu infantilibus blandimentis inductus rex, aduersum  
 Cassandrum Macedoniae regem, qui cum sub belli cō-  
 minatione deposcebat, diu protexit, addito in auxilium  
 21 etiam adoptionis officio. Qibas rebus moti Epipotæ,  
 odio in misericordiam verso, annorum XI cum in re-  
 gnum reuocauerunt, datis tutoribus, qui regnum usque  
 22 adultam eius aetatem tuerentur. Adolescens deinde  
 multa bella gessit, tantusque rerum successu haberi cœ-  
 ptus est, ut Tarentinos solus aduersus Romanos tueri  
 posse videretur.

1. *Archus Pyrrh. cap. 2. rōmey extra.*  
*Lego binum aadmodum, vt parnu-*  
*lum ex glossa sit. Bong. Ego parnu-*  
*lum non libeneer ab jicio, dictio-*  
*nem auctori familiarem. vt 18. 3. 1.*  
*&c. Magis probo Freinsheimus*  
*pro viuum rescribentem suum.*  
*Bern.*

18. *Subtractus*] Ab Androclide &  
 Angelo. Plutarch. in Pyrrho cap. 2.  
*Bern.*

19. *Glauci*] *Glaucia* pridem G.  
 Major edidit, & firmat eam scrip-

turam Plutarchus in Pyrrho c. 4.  
*Bern.*

20. *Infantibus blandimentis*] Ad genua enim deuolutum pue-  
 rum, mox vestem regis apprehe-  
 disse scribit Plutarch.

21. *Annorum x t. 1. Duodecim*  
 ait Plutarchus ibid.

*Usque adulantam*] Ita mss. Modia-  
 ni, & amat sic loqui noster, ut ostē-  
 dit in Indice Freinsheimius, Editi,  
*usque ad adul. ram.*

22. *Solus*] Deest dicam, an abest  
 hoc in mss. Modij.

CAP. L.

## L I B E R X V I I I .

### B R E V I A R I V M C A P I T U M .

1. *Pyrrho, Tarentiniss aduersus Romanos suppicias fe-*  
*renti, Valerius Lauinus occurrit: unde praline*  
*& strages.*
2. *Carthaginensium auxilium Romani remittunt. Pas-*  
*cum Pyrrho componitur. Romanorum continen-*  
*tia. Pyrrhus Siciliam occupat.*
3. *De Carthaginensium origine & veteribus incolis:*  
*digressio,*

*digressio in qua etiam de Sidonis & Tyri conditoribus.*

- 4 *Noua incola Tyri inter quos Elissa, qua à Pygmalione fratre recedit, ut rebus suis consuleret.*
- 5 *Elissa agnominis Dido, Cyprus appellat, deinde in simum Africæ defertur, & Carthaginem condit.*
- 6 *Elissa propter larba votum se invim infert. Carthaginensium crudelis supersticio.*
- 7 *Glades Carthaginensium in Sardinia. Superstites in exilium pulsæ, patriam armis recuperare nituntur; unde Malej patris in Cartalonem filium seueritus: & paucò post cruentus interitus.*

## C A P. I.



Gitur Pyrrhus, rex Epiri, cum iterata Tarētinorum legatione, additis Saminitiū & Lucanorū precibus, & ipsis auxilio aduersus Romanos indigentibus, fatigaretur, non tā supplicuna

C A P. I. 1. *Igitur Pyrrhus]*  
De Pyrhi in Italiam expeditione,  
Plutharchus in Pyrrho, Pausanias  
lib. 1. L. Florus lib. 1. 18. Orosius  
libr. 4. 1. & epitome Liuliana.  
Bong.

*Igitur Pyrrhus]* Florus, qui scripsit Epitomen Titi Liuij in ea Epitome causam belli exponit, quod exarsit inter Romanos, & Tarentinos. Tarentini elati fiducia suæ potentiae & suarum opum, freti conjunctione sociorum Samnitium, & Lucanorum, classem quandam Romanam occiso duce diripuerunt. Eam ob rem missi sunt legati à Romanis, qui cum Tarentinis de hac manifesta vi expostularent. Verum Tarentini, vt irritarent Romanos, non solum autores illius direptæ classis absoluerunt, sed etiam ipsos legatos contumeliose tractarunt. Hæc causa fuit, cur Romani indicerent bellum Tarentinis. Postea Romani tanta seueritate via-

dicarunt auctoritatem suorum legatorum, vt si p̄e totas ciuitates funditus deleuerint propter violationem legatorum. *Serig.*

*Samnirium]* Samnites sunt populi Italiz, qui inter Picenum, Campaniam & Apuliam jacent.

*Lucanorum]* Ager Lucanus Apulæ conterminus fuit juxta Bradanum amam. Lucanos hospitales & justos vocauit Heraclides de Rebus publicis. A Samnitibus originem traxisse, autores sunt Plin. lib. 111. cap. v. & Strabo lib. v. eosque Oenotriis ejectis eorum sedem inuasisse tradit, atque eos cum Bruttiis & generis sui auctoribus Samnitibus ita bellorum clibanis attritos docet, vt eorū oppida distinguere difficile sit. Terminos tamen Lucanis statuit ad Tuscam mare, simul cum aliis auctoribus, à Picentinis Silarū, à Bruttiis Lacum amnem. Ad ipsum quoque Silari ostiū celebre Iunonis Argium templum.

supplicum precibus, quam spe inuadendi Italie imperij  
 1 inductus, venturum se cum exercitu pollicetur. In quam  
 rem inclinatum semel animū, præcipitem agere cœper-  
 tant exempla maioriū: ne aut inferior patruo suo Ale-  
 xandro videretur, quo defensore iidē Tarentini aduer-  
 sus Brutios vsi fuerant; aut minores animos Magno  
 Alexandro habuisse, qui tā longa à domo militia Oriē-  
 3 tem subegit. Igitur relicto custode regni filio Ptole-  
 mæo, annos xv nato, exercitum in portu Tarētino ex-  
 ponit, duobus paruulis filiis, Alexandro & Heleno, in  
 4 folatia longinquæ secum expeditionis adductis. Cuius  
 audito aduentu, Consul Romanus Valerius Lætinus,  
 festinans, ut prius cum eo congrederetur, quam auxilia  
 5 sociorum conuenirent, exercitum in aciem edicit: Nec  
 rex, tametsi numero militum inferior esset, certamini  
 6 moram fecit. Sed Romanos vincentes iam, iusitatæ  
 ante elephantorum forma stupere primo, mox cedere  
 prælio coëgit; victoresque iam noua Macedonū mon-  
 7 stra repente vicerunt. Nec hostibus incruenta victoria  
   fuit.

templum olim ab Iasone conditum fuisse idem memorat quam  
 templum hoc Plin. lib. 111.  
 cap. v. ad dextram posuit ripam, in  
 Picentiorum agro, Cluver.

Spe inundendi] Vide norata superius ad 4.i.5.

2. Aduersus Brutios] Brutij &  
 Calabri, sicut in extremo angulo  
 Italie, & hodie pertinent ad ju-  
 risdictionem ciuitatis Neapolita-  
 nae. Strig.

3. Adductis] Legendum abdu-  
 ctis. Bong.

4. Valerius Lætinus] Plutarcho  
 in vyrrho cap. 34. A. A. G. literis  
 transpositis, & interiecto, legen-  
 dum Axi. G. rugna cōmissa est  
 medio campo inter Pandosiam ur-  
 bem & Heracleam. Plutarch ibi-  
 dem. Heraclea autem auctore Pli-  
 nio. 3. 11. pr. inter Sirim est & Aci-

rin fluullos. Vnde in Orosio, 4. 1.  
 legere audeo, apud Heracleam &  
 Pandosiam urbem, fluuumque Si-  
 rin: quamuis ms. habeat, Héraclæz  
 Campania urbem fluuumque Li-  
 rin, cum nulla sit Campania He-  
 raclea, & Liris fluuius ab hoc loco  
 alienus sit. Sequitur est autem  
 Orosius huius loci corruptum  
 exemplar, ideo ut Orosius ita &  
 Florus, 1. 18. 10. emendandus. B.

6. Inusitatæ ante elephantorum for-  
 ma] Plinius, 8. 6. pr. scribit, Italiam  
 non visos hacceaus elephantes,  
 boues Lucas appellasse, quippe in  
 Lucanis primum visos. Adde Var-  
 ronem. lib. 6. de lingua Latina,  
 Florum. 1. 18. 11. Solinum cap. 25.  
 Frontinum strateg. 2. 4. 13. Bern.

7. Nec hostibus incruenta victo-  
 ria fuisse] XIII. 11. ferunt casos ex  
 Epirotis, Plutarchus,

fuit. Nā & ipse Pyrrhus grauiter vulneratus est ; & magna pars initium eius cæsa; maioremque gloriam eius victoriæ, quam luctitiam habuit. Huius pugnæ euentum multæ ciuitates securæ, Pyrrho se tradunt. Inter ceteras etiam Locri , prodiit præsidio Romano , ad Pyrrhum deficiunt. Ex ea præda Pyrrhus CC captiuos milites Romam gratis remisit, ut cogita virtute eius, Romani cognoscerent etiam liberalitatem. Interiectis deinde diebus, cum sociorum exercitis superuenisset , iterato, prælium cum Romanis facit, in quo fortuna priori bello fuit.

C A P. II. Interea Mago dux Carthaginensium, iam auxilium Romanorum cum cxx nauibus missus, senatum adiit , agre tulisse Carthaginenses, affirmans, quod bellum in Italia à peregrino rege paterentur. Ob quam causam missum se, ut quonia; externo hoste oppugnarentur, externis auxiliis iussarentur. Gratia; à senatu Carthaginensibus actæ, auxiliaque remissa. Sed Mago Punico ingenio, post paucos dies tacitus, quasi pacificator Carthaginēsiū, Pyrrhum adit speculatorus cōsilii eius de Sicilia, quo eū arcessiri fama erat. Nā Romanis eadē causa mittendi auxiliij Carthaginēsibus fuerat, ut Romano bello, ne in Siciliā trāsire posset Pyrrhus, in Italia detineretur. Dū hæc agūtur, legatus à senatu Romano Fabricius

9. *Locri*] In magna Græcia. Qui & Epizephyrij dicti sunt , alij quam Ozolæ de his Virg. *Hic & Narici posuerunt mania Locri.*

10. *CC captiuos*] De quibus versus Enni elegantes sunt apud M. Cicer. *Officior. I. 12. Rong.*

11. *Iterato*] Secunda pugna commissa est ad Asculum urbem. Tota vero hæc historia copiole à Plutarcho in Pyrrhi vita describitur.

CAP. II. I. *Cum cxx nauibus*] Centum triginta habet Valer. *Max. 2. 7. B.*

4. *Speculatorus consilia*] Ut solabant Carthaginenses. Vide Frontin. *Strateg. lib. I. c. 2. n. 3. & 4.* Ars magnis Principibus etiam una familiaris, de qua Piccartus observation. dec. 7. 4. *Bern.*

5. *Nam Romanus &c.*] Mens auctoris legi postulat; *Nam Carthaginensis b. ad. c. m. a. Romanus* s. cibis. Mihi tò *Romanus* glossemati simile videtur. *Bern.*

6. *Fabricius Lucinius*] Plutarchus refert Cyneam à Pyrrho de agenda pace ad Romanos missum, non

Fabricius Lucinus missus, pacem cū Pyrrho cōposuit.  
 7 Aī quam confirmandam, Cyneas Romanum cum ingentibus  
 tibus à Pyrrho donis missus, neminem; cuius domus  
 8 muneribus pateret, inuenit. Huic continentiae Romano-  
 rum simile exemplum, iisdem ferme temporibus fuit.  
 9 Nam missi à Senatu in Ægyptum legati, cum ingentia  
 sibi à Ptolemaeo rege missa munera spreuissent, interje-  
 citis diebus ad cœnam in uitatis, aareæ coronæ missæ  
 sunt, quas illi honoris causa receptas, postera die sta-  
 10 tuis regis imposuerunt. Igitur Cyneas, cum turbatam  
 cum Romanis pacem ab Appio Claudio renuntiasset,  
 interrogatus à Pyrrho, *qualis Roma esset, respōdit, Regis*  
*11 urbem sibi visam.* Post hæc legati Siculorum super-  
 uenient, tradentes Pyrrho totius insulæ imperium,  
 12 quæ assiduis Carthaginensium bellis vexabatur. Ita-  
 que relicto Locis Alexandro filio, firmatisque socio-  
 rum ciuitatibus valido præsidio, in Siciliam exercitum  
 traxit.

## C A P.

non Fabricium à Romanis ad Pyr-  
 rhum. Obtinuit aurem Appius  
 Claudius cœsus, ne fœdus atque  
 pax fieret. Obserua quæ hic de Fa-  
 bricio narrat Plutarchus.

*Fabricius]* Alij hunc missum fe-  
 runt ut de captiuis redimendis  
 ageret. De Romanorum continen-  
 tia lege Valerium, 4. 3. Hoc voluit  
 Varro lib. 2. de vita Pop. R. Quia  
 abstinentia viri mulieresque Ro-  
 manæ fuerint, quod à rege munera  
 eorum noluerit nemo accipere. Bon.

*Cyneus]* Fuit hic Demosthenis  
 auditor, cuius eloquentia plures  
 urbes, quam suis armis subactas  
 esse dicebat Pyrrhus. Plutarch.  
 Pyrrh. c. 28. Adde Liuui. 3. 4. 4. 5. B.

*Honoris causa]* Hoc est, ne li-  
 beralitate regis alpernari vide-  
 rentur. mss. tamen hominū habent:  
 vnde Freinsh. omīnū facit: quippe  
 mali omnis fuisse, hospitalia mu-  
 nera non admittere. Bern.

*Statuus regis imposuerunt.]* Mu-  
 neribus scilicet regiis in ipsius  
 regis honorem versis, quæ certe  
 non adulatio, sed Romana moder-  
 atio potius dici debuit. Narrat  
 Athenæus lib. 10. 10. Aelianus var.  
 2. 41. & Laertius in Xen., haud  
 multum dissimile factum Xeno-  
 cratis philosophi, qui muneri sibi  
 datam à Dionysio rege coronam  
 auream, domum à coena rediens,  
 Mercurio qui stebat ante regias  
 ædes, iniecit adde Lipsij Notam  
 167. ad Tacit. annal. 2. Bern.

*Ab Appio Claudio]* Cum de  
 Pyrrhi pace ageretur, ad eam cau-  
 sam Appium itum & cœcum &  
 senem delarum memoria produ-  
 rum est. Cicero Philipp. 1. 5. Adde  
 Lt. 5. 5. ff. de postulando. & 1. 2. 5.  
 36. de orig. jur. Bern.

*Regum urbem]* Plutarchus in  
 Pyrrh. c. 42. de Senatu tantum:  
 cum multorum regum usum esse  
 concilium;

CAP. III. Et quoniam ad Carthaginensium mentionem ventum est, de origine eorum pauca dicenda sunt, repetitis Tyriorum paulo altius rebus, quorum casus etiam dolendi fuerunt. Tyriorum gens condita à Phœnicibus fuit, qui terræmotu vexati, relicto patriæ solo, Assyrium stagnum primo, mox mari proximum litus incoluerunt, condita ibi urbe, quam à piscium vbertate, Sidona appellantur: nam piscem Phœnices sidon vocant. Post multos deinde annos à rege Ascaloniorum

concilium. B. Florus. I. 18. 26. Vt elem tempum sibi vesam, senatum regum esse Bern.

CAP. II. I. 2. A Phœnicibus] Curtius, 4. 4. 25. ab Agenore Tyrum conditam scribit. Hanc postea Romanorum coloniam Ulpianus I. i. in pr. ff. de censu, celebrat; inde sibi originem fuisse memorans. Bern.

3. Terra moru] Strabo lib. I. & 16. Assyrum stagnum] Locum intelligit Geusareticum, de quo Strabo lib. 16. De Sidone & Tyro vide eundem Strabanem, & Q. Curtium. B. Add. Pomp. Melan. I. 12. Alterius Tyri, Phœnicum coloniz quam prætringit annus Tyras, meminit Anni Marcellinus, 22. 18. Bern.

4. A piscium vber. ] Sed D. Hieronymus in questione, sive tradit. Heb. in Genesim (tom. 3. 2. 16. d.) De Canaan primus natus est Sidon, inquit à quo urbs in hec Sidon vocatur. Bern.

Sidona ] A Sidonis & Phœnicibus per totum terrarum orbem multæ conditæ sunt coloniae urbesque. Habuere Sidonij sicut & Tyris ingenium acre, vivendum, & ad omnia flexile. His artibus opes illorum breui in immensum crevere, dum lis vacare licuit per longæ pacis otium. Nam pacate diu vivisse præ ceteris mortalibus vel hinc colligas, quod lib. Iud. cap. 18. Sidonij proponuntur in exemplum summa securitatis. Verum autem

esse puto, quod Sidonem scribit Trogus à piscium vberitate sic appellatam fuisse, nam Sæd, id est, piscatio, hodieque Sidon dicitur, ut Galilæ oppidum Bethsaïda, quasi domum pescationis dixeris. Nec Sidoni minus congruit, quam Hebrei nos docent esse ad mare piscofissimum Itaque cum Gen. 10. 15. Sidon fuisse Chanaanis primogenitus, per Sidonem intellige Sidoniorum patrem, vel Sidonis conditorem, quounque fuerit nomine. Sidonem ex hoc loco discimus fuisse valde vetustam, ut quæ conditorem habuerit Chami nepotem, Noachi pronepotem. Itaque licet Tyrum, Sidonis æmulam, antiquam & Cadmatam & Ogygiam, Poëta passim appellant, & idem antiquitatis nomine plurimum se efficerant, tamen Sidoni Tyrus cogitum submittere fasces. Homerus plurimis in locis Sidoniorum, nunquam Tyri meminit: Sidon autem à Tyro fere distabat stadiis ducentis. Ita haberur in Strabone. In medio Sarepta nomen habet ab æris fusione, cuius ibi magnus prouentus, unde Homerius:

E'ν περι Σαρέπτη πολυχάκη  
εὐρεται ή.

Id est :

Ærifera ex Sidone genus milii gloriior esse Bochart.

Nam piscem Phœnices Sidon appellant. J. Philo Bybliensis : Χαροβίς

niorum expugnati, nauibus appulsi, Tyron vrbem ante  
 annum Trojanæ clavis condiderunt: ibi Persarū bellis  
 diu varieque fatigati, viatores quidem fucere: sed attritis  
 viribus, à seruis suis multitudine abundantibus, indigna  
 supplicia perpepsi sunt: qui conspiratione facta, omnē  
 liberum populum cum dominis interficiunt: atque ita  
 potiti vrbem, lares dominorum occupant, tempubl. inua-  
 dunt, conjuges ducunt, & quod ipsi non erant, liberos  
 procreant. Unus ex tot milibus seruorum fuit qui miti  
 ingenio, senis domini, parvulique filij eius fortuna mo-  
 ueretur; dominosque non truci feritate, sed pia miseri-  
 cordiae humanitate respiceret. Itaque cum velut occisos  
 alienasset, seruisque de statu reipub. deliberantibus pla-  
 cuisset regem ex suo corpore creari, eumque potissimum  
 quasi acceptissimum diis, qui solem orientē primus vi-  
 disset, rem ad Stratonem (hoc enim ei nomen erat) do-  
 minum occulte latenter detulit. Ab eo formatus cum  
 medio noctis omnes in unum campū processissent, ce-  
 teris in Orientem spectantibus, solus Occidentis regio-  
 nem intuebatur. Id primum aliis videri furor, in Occi-  
 dente solis ortum querere: ubi vero dies aduentare cœ-  
 pit, editissimisque culminibus virbis orieus splendere;  
 expectantibus aliis, ut ipsum solem aspicerent, hic pri-  
 mus omnibus fulgorē solis in summo fastigio ciuitatis  
 ostendit. Non seruiliis ingenij ratio visa, requirentibus

que

ἢ ὑπεργενές πελαστὶ δοτὸν τὸ γῆρα-  
 ενιον γένεται γένεσις Αἴγυπτος, καὶ  
 Αἴλιτα, τοῖς αἰλιταῖς αἱ γένεσις  
 ιουστίται, οἷς αὐτὸν καλοῦμεν αἴρου-  
 ται καὶ αἴλιται. Nam τὸν πιστορ.

Ita credebat Phœnices. Voss.

6. Seruus. multe abund. Florus,  
 3.12.15. Quid bella seruilia? unde  
 nobis nisi ex abundantia famili-  
 iarum? Tacit. annal. 4.27. Vrbstre-  
 pidat ob multitudinem familia-  
 rum, quæ gliscet imminensum mi-  
 nore in dies plebe ingenua. Iunge  
 Thucydidem, 4.16. 12. de Spartis

norum Helotis: Luium 3.16.3. Se-  
 necam de clem. 1.24. princ. Bern.

13. Non seruilius &c.] Plato lib. 6.  
 de LL. sub finem ex Homero pro-  
 ducit hos versus, qui nobis tamea  
 Odys. 17.322. paulo aliter legun-  
 tur:

Ἡμίου γάρ τε νόν καπακεῖσθαι  
 τύφουπα ζεῖν,  
 Αὐδρῶντες αὖ δὲ καὶ δέλιοτ  
 ἔμετον ἐλλοπ.  
 Dimidio mentis deprivat tupper  
 idios.

Seruilius

que auctorem, de domino confitetur. Tunc intellectum 14  
est: Quantum ingenua seruilibus ingenia præstarent;  
malitia que seruos, non sapientia vincere. Igitur venia 15  
seni filioque data est; & velut numine quodam reserua-  
tos arbitrantes, regem Stratonem creauerunt. Post cu- 16  
ius mortem regnum ad filium, ac deinde ad nepotes  
transfuit. Celebre hoc seruorum facinus, metuendumque 17  
exemplum toto Orbe terrarum fuit. Itaque Alexander 18  
Magnus, cum interiecho tempore in Oriente bellū ge-  
reret, velut vltor publicæ securitatis, expugnata eorum  
vrbe, omnes qui prælio superfuerant, ob memoriam ve-  
teris cædis crucibus affixi: genus tantum Stratonis in- 19  
violatum seruauit, regnumque stirpi eius restituit, inge-  
nuis & innoxiiis incolis insulæ attributis. vt exstirpato  
seruili germine, genus vrbis ex integro conderetur.

C A P. IV. Hoc igitur modo Tyrij, Alexandri au- 1  
spiciis conditi, parsimonia & labore quatredi cito cō-  
ualuere. Ante cladem dominorum cum & opibus &  
multitudine abundarent, missa in Africam iuuenture,

Vtican

Seruili quo seunque viros fors  
ceperit unquam.

Contra ea Dionyi. Cato. lib. 3. dist. 1.  
ch. 11. Vtile consilium &c. & maxi-  
me Seneca epist. 47.

17. Metuendum exemplum &c.] Eodem viuis argumento Marcelli-  
nus, 17. 28. ad seruos rebellés, in-  
quit, ociu signa transferri utilitas  
publica flagrabat.

18. Expugnata eorum vrbis ] De  
expugnatione Tyri, vrbis nobilissi-  
mæ, vide Q. Curtius.

Crucibus] Quippe proprio seruo-  
rum supplicio. Plaut. in Millte, 2. 4.  
19. Tacitus histor. 2. 72. 4. & 4. 11. 9.  
Vulcatius in Auidio Cassio c. 4.  
Capitolinus in Macrino cap. 12.  
Bern.

C A P. IV. 1. Conualuere ] Est qui  
mutat coaluere, minime ad iustini  
genium: cui conualefcere significat

crescere, seu potentia augescere. Sic  
3. 4. 1. & 36. 2. 18.

2. Utican condidere] Punicarum  
in Africa vrbium, si Carthaginem  
demas, nulli cessit. Utica. Sexaginta  
autem stadiis à Carthagine dista-  
bat, vt testatur Appianus; nempe  
versus occasum. Stephanus eam  
scribit Tyriorum coloniam fuisse.  
Quod & Iustinus affirmat lib. 18.  
Cum & opibus & multitudine Ty-  
rij abundant, missa in Africam  
iuuentute Utican condidere. Ita-  
que de antiquitate gloriabatur no-  
parum; quin & eo nomine Cartha-  
gini præferebatur. Silius Italicus  
lib. 3.

Proxima Sidonii Utica est effu-  
sa manipli,  
Præsca stru Veterisque ante arces  
condita Byrsa.  
Aristoteles in libro mirabilium :

3 Uticam condidere : cum interim rex Tyro decedit, filio  
 Pygmalione, & Elissa filia, insignis formæ virgine, he-  
 redibus institutis. Sed populus Pygmalioni admodum  
 4 puerο regnum tradidit. Elissa quoque Acerbae auunculo  
 suo , sacerdoti Herculis , qui honestus secundus à rege  
 6 erat, nubit. Huic magnæ, sed dissimilatæ opes erant: au-  
 rumque metu regis non rectis, sed teinæ crediderat ;  
 7 quam rem et si homines ignorabant, fama tamen loque-  
 batur. Qua incensus Pygmalion, oblitus iuris humani,

auunculum

¶ 3 Ait Cincus in Tertula regia uulpius,  
 in cuius apud uicem Regum, in cuius  
 nomen tuum mutato Euphylacius  
 Tertula auctor, in cuius in Karpo-  
 chidōrum uicem studiorum discipulorum.  
 In cuius auctoratu etiam etiam  
 auctoris in Karpochidōrum in eis  
 discipulis etiam uocata in uicem Karpo-  
 chidōrum in Tertula regia  
 Iosephian. Id est: In Libyæ Urica,  
 quam vocant, quam in finu sitam  
 esse aiunt inter Mercurij & Hippi  
 promontoria, ultra Cartaginem  
 stadiis fere ducentis, atque annis  
 CCCLXXXVII. ante Carthaginæ esse  
 conditam, ut in Phœniciis historiis  
 scriptum legitur. Velleius Patercu-  
 lis, t. 2. g. circa Codri tempora, qui  
 Sauli fuit æqualis, Tyrios paucis  
 annis post Cades Uticam condidisse  
 refert. Verbi igitur tam vetustæ  
 nomen fecit ipsa antiquitas. Utica  
 enim vel Ityca Punice ΠΙΤΥ,   
 Urica, id est, præsa dicebatur. Bo-  
 chart. Qui nunc locus à Barbaris  
 Mazachares appellatur. D. Ma-  
 riarius Nig.

3. Rex Tyro] Malum Tyri. Didon-  
 is autem pater Agenor filius Be-  
 li. B. Silius Italicus initio libri 1. de  
 bello Punico, ubi de fano Didonis  
 seu Elisse:

Stat marmore mestra  
 Effigies, Belusque parens, omnif-  
 que nepotum  
 A Belo series: stat gloria genetis  
 Agenor :

Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix,

Lucem huic historiæ toti fœnerabuntur scitissimi illius Musarū Fa-  
 bri semestria lib. 3. c. 2. & 13. Bern.

Interim rex Tyro decedit, filio  
 Pygmalione &c.] In ms. legebatur,  
 rex multo Tyro. Et Ioannes Gerun-  
 densis Episcopus, in Paral. Hist. His-  
 panicæ citat, interim rex Mugo  
 Tyro decedit. Vix itaque credide-  
 rim, sanum esse hunc locum. Puto  
 scribendum, interim rex Mugo  
 Tyro decedit. Mugo appellatur hic  
 pater Pygmalionis, quæ alij Mu-  
 gonum, & Margenu vocant. Mir-  
 illu is est Theophilo lib. IIII. ad  
 Autolycum. Merbres vero est Ser-  
 uio. Alij & Belum vocant. Non re-  
 ste. Voss.

5. Acerba] Qui vulgo, & à Maro-  
 ne, Sichæus dicitur. In ora mss. aliquot adscriptum est, Hiarba le-  
 gendum: falso Mauritanorum prin-  
 cipe cum Didonis marito con-  
 fundentes. Alij Aceruas habent v.  
 pro b. Scruius in Virgilium notat  
 Sicharbam eundem appellatum, &  
 fragmentum de Bidone, quod  
 mihi ex veteri libro transcriptum  
 communicauit popularis meus P.  
 Daniel: in quo totus hic locus ad-  
 ducitur ex Trogo Pompejo in  
 Epitomis Bong.

Acerba auunculo] Qui & Si-  
 chæus Virg.  
 Huic coniuncte Sichæu erat diis-  
 simus agri  
 Phœnicum.

8. Gene

annunculum suum, cundemque generum, sine respectu  
pietatis occidit. Elissa diu fratrem propter scelus auer- 9  
sata, ad postremum dissimulato odio, mitigatoque inte-  
rim vultu fugam tacito molitur, assumptis quibusdam  
principibus in societatem, quibus par odium in regem  
esse, eandemque fugiendi cupiditatē arbitrabatur. Tunc 10  
fratrem dolo aggreditur, fingit sē ad eum migrare vel-  
le, ne amplius ei mariti domus, cupide obliusionis, graue  
luctus imaginem renouaret, nec ultra amara admonitio  
oculis eius occurrat. Non inuitus Pygmalion verba soro- 11  
ris audiuit, existimans cū ea & aurū Acerbæ ad se ven-  
turū. Sed Elissa ministros migrationis à rege missos, na- 12  
vibus cū omnibus opibus suis prima vespera imponit.  
proiectaque in altū, compellit eos onera harenæ pro  
pecunia inuolucris. inuoluta, in mare dejiceret. Tunc 13  
deslens ipsa, lugubrique voce Acerbā ciet; orat, ut li-  
bens opes suas recipiat, quas reliquerat; habeatque infec-  
tias, quas habuerit causā mortis. Tunc ipsos ministros 14  
aggreditur; sibi quidē ait optatā olim mortem: sed illis  
acerbos cruciatus, & dira supplicia imminere, qui Acer-  
ba opes, quarū spe parricidiū rex fecerit, auaritia tyrani  
subtraxerint. Hoc metu omnibus injeōto, comites fuga 15  
accepit.

3. Generum] Id est, sororis mari-  
tum, vt ex Sophoclis Oedipo ty-  
ranno, & Probi Pausania, notauit  
vir incomparabilis. Iac. Cuiacius  
obseruation. 6. 17. Quomodo &  
Ditmarius, & Vvitichindus Saxo  
lib. 1. loquuti sunt. Sed & Cedre-  
nus, Iothor socerum Moysis vocat  
*μετερόν ἢ γαμέρον*. Ve quicun-  
que vxorem alteri dat, aut filiam,  
aut sororem, eius gener dicitur.  
Fortasse & qui dicit, gener dici-  
tur: quo sensu *δῆμ γαμέτειν* legi-  
mus Math. 22. 24. B. Zonaras in  
Stauracio generale vocabulum  
testringit, *σαμέρον δῆμ τὸ ἀστέρον*.

Ceterum istiusmodi nomina cog-  
nationia & affinitatum, ab auto-  
ribus non iurisconsultis confundi  
sæpe corrumpique, demonstrat  
præter alios Alb. Gentilis lib. 5. de  
nuptiis, pag. 448. & seqq. Bern.

Generum] Gener aliquando vir  
sororis dicitur, Cuiac. obi. 6. c. 17.  
Ita Pygmalio, Sichæ gener voca-  
tur, cui nupserat Sichæ soror Elis-  
sa. Corradus tamen locum corrup-  
tum putat.

10. Oculi eius. ] Cicero famili.  
6. 1. Oculi augment dolore, nec auer-  
tere à miseria cogitationem sinunt.  
13. Visus. ] Forte, ciens.

accepit. Iunguntur & senatorum in eam noctem præparata agmina; atque ita sacris Herculis, cuius sacerdos Acerbas fuerat, repetitis, exilio sedes quærunt.

CAP.V. Primus illis appulsus terræ, Cyprus insula fuit: ubi sacerdos Louis, cum coniuge & liberis, deorum monitu, comitem se Elissa sociumque præbuit, pactus sibi posterisque perpetuum honorem sacerdotij. Conditio pro manifesto omne accepta. Mos erat Cypriis, virgines ante nuptias statutis diebus dotalē pecuniam quæsituras, in quæstum ad litus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas. Hanc igitur ex numero LXXX admodum virgines raptas, nauibus imponi Elissa jubet; ut & juuētus matrimonia, & vrbs subolem habere posset. Dūm hæc aguntur, Pygmalion cognita sororis fuga, cū impio bello fugientem persequi pararet, ægre precibus matris, & deorum minis victus, quieuit: cui cū inspirati vates canerent, nō impune latrū, si incremēta urbis toto Orbe austicatis-simma interpellasset, hoc modo spatiū respirādi fugiētibus datū. Itaque Elissa delata in Africæ sinum, incolas loci eius, aduentu peregrinorum, mutuarumque rerum com-

15. Sacri Herculii] Instituti pri-mum ab Iomo Tyri rege (qui in sacris Regum libris Chiram voca-tur) sub id tempus, quo Salomon Hierosolymis imperabat. Ioseph. antiquit. Iudaicar. 8.2. Bern.

CAP.V.4. Mos erat &c. Iactan-tius diuinari. instit. 1.17. Venuit au-ditor mulieribus in Cypro morū illius fuit, ne sola præter alias mulieres impudica & virorum appetentes vi-deretur. Armenis similem fere morem tribuit Strabo, fine libri 11. & Lydis Herodotus 1.93. Puni-cis Valerius Max. 2.6.15. phoenici-bus D. Augustinus de Civ. Dei, 4.10. Bern.

7. Inspirati vates] Dæmone pleni. Interpellasset] Sic auctor iterum,

15.3.3. & 44.4.20. Eleganter Cur-tius, 6.6.14. Ne in seditionem res verteretur, otium interpellandum erae bello. Et 4.6.11. Saxa coresque interpellant specum Capitolinus in M. Ant. Philoloph. cap. 8. Interpel-lavit istam securitatem felicita-remque imperij, Tiberi, inundatio. Vide de hac voce Freinsheimij in dicem. Bern.

Mutuarumque rerum comm.) Quod Spartanis quoque tribuit auctor, 3.2.1. & Germanis Tacitus cap. 5. idemque cum Aristoteles Politic. 1.6. tum Plinius nat. hist. 33.1. princ. vt antiquissimum, & maxime conueniens naturæ, com-mendat. Bern.

commercio gaudentes, in amicitiam solicitat: deinde empto loco, qui corio bouis tegi posset, in quo fessos longa nauigatione socios, quoad proficisci eretur, reficeret posset; corium in tenuissimas partes secari iubet, atque ita maius loci spacium quam petierat, occupat: unde postea ei loco Byrsa nomen fuit. Confluentibus deinde vicinis locorum, qui spe lucri multa hospitibus venalia inferebant; sed et que ibi statuerunt, ex frequentia hominum velut instar ciuitatis effectum est. Vt censum quoque legati, dona ut consanguineis attulerunt; hortatique sunt, vibem ibi conderent, vbi sedes sortiti essent. Sed & Afros detinendi aduenas amor cepit. Itaque consentientibus omnibus, Carthago conditur, statuto annuo vestigali pro solo urbis. In primis fundamentis caput bubulum inuentum est; quod auspicium quidem fructuosa terrae, sed laboriosa, perpetue que seruare urbis fuit: propter quod in alium locum urbs translata. Ibi quoque equi caput repertum, bellicosum potentemque

9. Deinde empto loco] Virgilins. I. Aeneid. Strab. 17. Appianus de bellis Punicis: Eustathius in Dionysium: & ceteri passim auctores de Carthagine multa. de qua si lere rectius putat Sallustius Iug. 19. 3. quam parum dicere. Bon.

Tegi:] Male vitur auctor hoc verbo: rectius Appianus de bell. Pun. pag. 1.b. δορύ Βόρα ταύρης & Liuius. 34.61.10. quantum loci, bouis ergo amplecti potuerint. Nec aliter Virgil. Aeneid. 1.372. Taurino quancum possente circum dare tergo.

Byrsa] Strabo lib. 17. pag. 522. 45. Byram, hoc est, tergus, ait arcem fuisse in media urbe Carthagine, loco edito, in cuius vertice templum Aesculapii fuerit, quod Aladrubalis vxor, urbe capta, secum concremarit. Bern.

Byrsa] Nugantur hic Græci & Latini auctores. Byrsa enim נַרְצָנָה, hoc est, manus locus Punis &

Orientalibus. Quo nomine etiam Idumæorum metropolis dicta.

12. Veisenfum] Vide supra.

14. Carthago] Totam eam oras usque ad Herculis columnas Pœni & Chananzi suis coloniis inundarunt. Quarum tum ac postea, caput Carthago fuit, vero nomine Chædreeanech, קַרְתָּגוֹן, παναγία Αἴραχ, quod ab Anakais strata atque habitata esset. De qua fuga pluribus Scaliger de Emend. Temp. Voßiu, 1. Gram. ix. Seldenue de Dis Syris.

Pra solo Ita 19.14. Antiquitatem obserua moris illius pendendi vetigalis, quod solarium Vlpiano. Bern.

16. Equi caput] Ideo Κακυόπειδα dicta. quod ipsorum lingua est caput equinum. B. Adde Virgil. Aen. I. v. 448. Eiusmodi auspicia prisca in condendis urbis curiole obseruata, præter alia exemplo est Roma apud Liuum, 1. 55. 7. Bern.

potentemque populum futurum significans, vibis auspiciata tam sedem dedit. Tunc ad opinionem nouae vibis concurrentibus gentibus, breui & populus & ciuitas magna facta.

**CAP. VI.** Cum successu rerum florentes Carthaginis opes essent, rex Maxitanorum Hiarbas deceim Poenorum principibus ad se arcessitis, Elissa nuptias sub belli denuntiatione petit: quod legati regiae referre metuentes, Punico cum ea ingenio egerunt; nuntiantes regē aliquē poscere, qui cultiores victus ēū, Afrosq; perdoceat: sed quē inueniri posse, qui ad Barbaros & ferarū more viuētes trāstre à consanguincis velit: Tūc à regina castigati, si pro salute patriæ affiorē vitā recusarent, cui etiam ipsa vita, si res exigat, debeatur: regis mādata aperuere, dicētes, Qua precipiat alios, ipsi facienda esse si velit, urbi consultū esse. Hoc dolo capta, diu Aceibę viri nomine cū multis lacrymis & lamentatione fribili inuocato, ad postremū iturā se quo sua urbis fatē vocarent, respondit. In hoc triū mensū sumpto spatio, pyram in ultima parte vibis exstructa, velut placatura viri manes, inferiasque ante nuptias missura, multas hostias cēdit, & sumpto gladio pyram cōscendit; atque ita ad populū respiciens,

17. Ad opinionem nov.u.] Infra,  
23. i. 12.

**CAP. VI. I.** Maxitanorum Hiarbas] Vett. quidam Muxianorum, vulgo Mauritanorum. Eustathius (in Dionys. pag. 38. a.) Hiarbam regem facit Mazicum Apud Stephanum de vibibus Mazies sunt Lybie Nomades. Sunt autem & alijs Mazies, & alijs Machimes. Docto lectori judicium relinquimus.

B. Mazies Libycos populos, habet etiam Amm. Marcellinus l. 29. c. 25. & 27. De his auctori sermonem hic esse, sentit etiam in exercitationibus Plinianis pag. 322. c. magnus ille Salmatius.

Hiarbas] Melius sine aspiratione arbas, quomodo Græci & Virgilius.

4. Pro salute patriæ.] Neque ciues idonei aliquid habent antiquius salutē communī. Varro rer. hum. lib. 20.

6. Sumpto gladio pyram ascendi] Seruius non vulgo vulgaris, sed manuscriptus (Fulensis) ad illud Virgilij Aeneid. 1. v. 344.

Imperium Dido Tyria regit urbe profecta, Dido, inquit, vero nomine Elissa aneā dicta est: sed possint erratum a Janu Dido appellata fuit, id est, Virago. Pumca lingua, quod cum à sūi ciuibus cogeneretur cuidam de Afris regibus nubetur; & priorū mariti amore tenetur; fortis se animo & interficerit,

respiciens, iturā se ad virū, sicut praeceperant, dixit, vi-  
räque gladio finiuit. Quamdiu Carthago inuita fuit,  
pro dea culta est. Condita est vrbs hæc LXXII annis  
ante quam Roma; cuius virtus sicut bello clara fuit ita  
domi status variis discordiaū casibus agitatus est. Cum II  
inter cetera mala, etiā peste laborarent, cruentata sacro-  
rum religione, & scelere pro remedio vñi sunt. Quippe 12  
homines, vt victimas immolabant; & impuberes (quæ  
ætas etiam hostium misericordiam prouocat) aris ad-  
mouebant, pacem deorum sanguine eorum exposcen-  
tes, pro quorum vita dij rogari maxime solent.

## CAP. VII.

& in pyram iniecerit, quam se ad  
expiadō priori mariti manes  
exeruisse singebat. Mod.

9. LXXII annis] Hic plurimum  
variant auctores. quidā ante Tro-  
jam captam conditam volunt, in-  
ter quos Philistus apud Eusebium,  
& Appianus: quidam post captam  
Trojam, antequam Roma conde-  
retur. Neque hī in numero anno-  
rum contentiunt. Paterculus, 1.6.  
4. annos quinque & LX ante Ro-  
mām: Liuji epitoma libr. 51 annos  
DCC fletiis Carthaginem refert:  
euerā autē est anno vrbis DCVII,  
fuerat ergo ante vrbum conditam  
annos XCII. Solinus c. 30. annos  
DCXXXVII, vel vt in veteri codice  
Vineti legitur DCLXXXVI. Euse-  
bius venit in potestatem Roma-  
norū anno à conditione sui  
DCLXXXII. (ita est in ms.) vel vt  
alij affirmat DCXLVII. prior nu-  
merus uno anno plus habet, quam  
Paterculi ratio. M. Cicero, 1. de  
Repub. Nec tantum Carthago ha-  
basset opum sevēcēnos fero annos,  
sine consiliis & disciplina. Sed hæc  
accuratius explicabunt Bo. helli  
mei ad Eusebium obſeruationes  
chronicæ. Boni. Consulendus &  
Scaliger animaduersi. Euseb ad an-  
num MCLXVII. & MDCCCLXXI.  
maxime vero canonibus Isagogi-  
tis. Cum auctore nostro congruit

traditio Catonis apud Seruium ad  
Virgili Aen. 1.v. 271. Aen. 4.v. 459.  
Bern.

12. Homines ve victimas] Vide  
Cartium Ruf. 4.3. 38 &c. Boni. &  
Silius Italicum l. h. 4. v. 757. Quan-  
quam præter Carthaginien̄s, hoc  
immanitatis diræ sacrificium Dio-  
nysius Halicarn. 1.38. Gallos etiam  
aliaque gentes occidentales sua  
etiamnam ætate, sub Augusti prin-  
cipatu tenuisse scribit, conien-  
tiente Caſare Gall. 6.16. & Plinio,  
30.1. fin. Sed de maioribus nostris  
Ta. titus Germ. c. 9. Quo vero ritu  
Pœni liberos immolarint. refert  
Plutarchus in libro de supersti-  
tione c. 21. & Diod. 20.14. Ratio-  
nem habet Varro lib. 16. diuinari-  
ret. citante Augustino, 7.19. de  
Civ. Dei: Ide à quibusdam pueri  
Saturno soli sunt immolari, sicut  
à Panu, & à quibusdam etiam  
maiores, sicut à Galliis: quia om-  
nium seminum optimum est genus  
humanum. Ceterum humana laci-  
ficia facunde exsecratur Laſtan-  
tius, 1.21. Adde Ioan. V. Vierum de  
præstig. dæm. 1.7. Bern.

Eriam hostium] Ita fere infra,  
26.2.5.

Pacem deorum] Proprie ver-  
bum est Pontificale: Nonius pro-  
pitiationem interpretatur. Ita Li-  
uius, 7.2.1. Pacis deum exposcen-

C A P. VII. Itaque aduersis tanto scelere numinibus, cum in Sicilia diu feliciter dimicassent: translato in Sardiniam bello, amissa maiore exercitus parte,  
 2 graui prælio victi sunt. Propter quod ducem suum Maleum, cuius auspiciis & Siciliæ partem domuerant, & aduersus Afros magnas res gesserant, cum parte  
 3 exercitus, quæ superfuerat, exulare iusserunt. Quam rem ægre ferentes milites<sup>f</sup>, legatos Carthaginem mit-  
 tunt, qui redditum primo, veniamque infelicis militiæ petant; tum denuntient, quod precibus nequeant, armis  
 4 se consecuturos. Cum & preces & minæ legatorum spre-  
 tæ essent, interjectis diebus, consensis nauibus, arma-  
 5 ti ad urbem veniunt: ibi deos hominesque testari,  
 non se expugnatum, sed reciperatum patriam venire;  
 offensurosque ciuibus suis, non virtutem sibi priore bello,  
 6 sed fortunam defuisse: prohibitis commeatibus, ob-  
 sessaque rube, in summam desperationem Carthagi-  
 7 nienses adduxerunt. Interea Cartolo, Malei exsulis du-  
 cis filius, cum præter castra patris à Tyro, quo decimas  
 Herculis

da causa, leti sternitum fuit. Plau-  
 tus Amphitr. 5. 1. 75.

Vt Iouis supremi, multis hostiis,  
 pacem experam.

Silius Ital. lib. 15. v. 439.

Gramine u pacem superum pos-  
 cete ad arae. Bern.

C A P. VIII. 1. Diu feliciter] Duo mss. & Vulgati, & Orosius, q.  
 6. infeliciter: quod non probo: sequitur eniā, Sicilia pariem do-  
 muerant. Bong. Facit præcipue se-  
 quens nūn. 7. & 13. vbi de præda  
 victoriaque Siciliensi. Bern.

2. Maleum ] Mazum, Orosius  
 habet.

Propter quod ducem suum Ma-  
 leum ] In aliis codicibus, erat Ma-  
 cheum. Quod non potest esse no-  
 men Punicum. Forsan verum est,  
 Malchii vel Malcius. Id etiam no-  
 minis est regi Nabathœorum apud  
 Hirium de bello Alexandrino.  
 Malchum vero Regem significare

etiam pueri norunt. Voss.

3. Quod precibus nequeant] Eius-  
 modi preces armatas, rei favillæ-  
 nus Cic. ad Attic. 9. 16. eleganter  
 appellat: hoc est, interprete Pla-  
 tone epist. 7. οἱ ἄνδρες μητέρας  
 αὐτῶν τοι, preces cum necessitate  
 ac vi conjundas. Preces erant, sed  
 quibus contradici non posset, inquit  
 Tacit. hist. 4. 46. de militibus Hi-  
 pendia orantibus. Quod rogant,  
 cogere possunt: Liuius, 32. 21. Huc  
 pertinet vox illa centurionis in  
 Senatu Romano, qui gladij capulū  
 ostendens, Si vos non feceritis, in-  
 quid, sic faciet. Suet. Aug. c 26. R.

7. A Tyro, quo decimas Hercu-  
 li ] Carthaginenses, quod ex Tyro  
 in coloniæ essent deducti, decimam  
 omnium, quæ in prouentu ratione  
 cadebant, Herculi coloniæ ita pa-  
 trono Tyrum transmittere solitos  
 scribit Diodorus, 20. 14. Bern.

g. Petito

Herculis ferre, ex præda Siciliensi, quam pater eius ce-  
perat, à Carthaginensibus missus fuerat, reuerteretur,  
arcensitūsq; à patre esset, prius publicæ sc̄ religionis officia  
executurum quam privatæ pietatis, respondit. Quam  
rē etiā indigne ferret pater, non tamen vim afferre reli-  
gioni ausus est. Interjectis deinde diebus Cartalo, peti-  
to commeatu à populo, cum reuersus ad patrem esset,  
ornatusque purpura, & insulis sacerdotij, omnium se  
oculis ingereret, tunc in secretum abducto pater ait:  
*Ausus ne es, nefandissimum caput, ista purpura & auro 10  
ornatus, in conspectum tot misericorum ciuium venire? &*  
mōsta ac lugentia castra, circumfluentibus quiete & felici-  
tatis insignibus, velut exultabundus intrare? *Nusquamme-*  
te alii iactare potuisti? Nullus locus aptior, quam sordes 11  
patris, & exilijs infelicitatis crūna fuerunt? Quid, quod paulo 12  
ante vocatus, non disco patrē, ducem certe ciuium thorum  
superbe spreuisti? *Quid porro tu in purpura ista coronis- 13  
que aliud, quam victoriarum mearum titulos geris?*  
*Quoniam igitur tu in patre nihil nisi ex suis nomen ag- 14  
noscis; ego quoque imperatorem me magis, quam pa-  
trem iudicabo; statuamque in te exemplum, ne quis post-  
hac infelicitibus miseriis patris illudat.* Atque ita cum 15  
cum ornatu suo, in altissimam crucem in conspectu vr-  
bis suffigi iussit. Post paucos deinde dies Carthaginem 16  
capit euocatoque populo ad concionem, exilijs injuriam  
queritur: belli necessitatem excusat: *contentumque*  
*victoria*

9. *Perito commeatu*] Hoc est,  
abeundi licentia. Vulgo saluum  
conductum appellant. Bern.

*Infusus*] Infusus Festo sacerdotum  
filamentum denotant. Infilare au-  
tē veteres dicebāt amicire, velare.

15. *Altissimam crucem*] Ut sole-  
bat in noxio aliquo insigni. Sicut  
Pœni factitarunt in Regulo apud  
Silium Italicum:

— Vidi cum robore pendens  
Italiā cruce sublimis spectaret  
ab alta.

Quo pertinuit irritissio Galba, qui

cuidam imploranti leges, & cuem  
Rom. se resistificant, quasi solario  
& honore aliquo prenam leuatru-  
riu, multo prater ceteras altiorem  
stacis crucem iussit. Sueton. Galb.  
cap. 9. Bern.

*Altissimam crucem*] Vide supra  
pag. 43.

16. *Belli necessitatem excusat*] Be-  
ne Latine. Sic Lilius, 26. 22. 4. va-  
letudinem ocnlorum excusat,  
hoc est, in sui excusationem addu-  
xit. *Excusare magnitudinem nego-  
tiorum*: Tacit. annal. 5. 1. Diversa

victoria sua, punitis auctoribus miserorum ciuium, in-  
 17 juriosi exilij omnibus seruenia dare dicit. Atque ita decē  
 18 senatoribus interfec̄tis, vibē legibus suis reddidit. Nec  
 multo post ipse affectati regni accusatus, duplicitis & in  
 19 filio & in patria parricidij poenas dedit. Huic Mago im-  
 perator successit, cuius industria, & opes Carthaginien-  
 siū, & imperij fines, & bellicæ gloriæ laudes creuerunt.

*excusare : hoc est, diuersas recusa-*  
*ti patrocinij causas prætendere :*  
 Ibid. 3. 11. Bern.

*Iunitū auctoribus miserorum*

*ciuium ] Doctissimus Peycaredus,*

*ita legit, & distinguit, contentum-*  
*que vittoria sua, punitiū auctori-*  
*bū, misertum ciuium &c. Quam*  
*conjecturam verissimam esse pu-*  
*to. Voss.*

## L I B E R X I X.

### B R E V I A R I V M C A P I T V M .

- 1 *Magoni, Carthaginienſum imperatori, succedunt*  
*Hasdrubal & Amilcar. Hasdrubal in Sardinia*  
*perit. Inde Siculum bellum & Persarum lega-*  
*tio.*
- 2 *Horum filij & Carthaginensis clades exercitus in*  
*Sicilia.*
- 3 *Fmilco, dux hujus exercitus, Carthaginem reuersus,*  
*spe omni abjecta mortem sibi infert.*

### C A P . I.

**N**ago Carthaginienſum imperator, cum pri-  
 mus omnium, ordinata disciplina militari,  
 imperium Pœnorū condidisset, viresque ci-  
 uitatis non minus bellandi arte quā virtute  
 firmasset, diē fungitur, relictis duobus filiis Hasdrubale  
 2 & Hamilcare : qui per vestigia paternæ virtutis decur-  
 rentes, sicuti generi, ita & magnitudini patris succeſſe-  
 runt.

C A P . I . 1. *Mago Carthagi-*  
*nienſum ] Scipsum is. Mago inter-*  
*ficerat ob rem male gestum con-*  
*tra Syracusanos : ob quam rem in*

*crucem sublatum est corpus mor-*  
*tui à Carthaginienſibus, Plutar. in*  
*vita Timoleonis, cap. 33.*

runt. His ducibus Sardiniae bellum illatum: aduersus 3  
 Afros quoque, vextigal pro solo vibis multorum annorum 4  
 repentes, dimicatum: sed Afrorum sicuti causa iustior, 5  
 ita & fortuna superior fuit, bellumque cum his solutione 6  
 pecuniae, non armis, finitum. In Sardinia quoque Has- 7  
 drubal grauiter vulneratus imperio Hamilcari fratri 8  
 tradito interiit: cuius morte, cum luctus ciuitatis, tum & 9  
 dictaturae undecim, & triumphi quatuor insignem fece- 10  
 re: hostibus quoque crenere animi, veluti cum duce vi- 11  
 res Poenorum cecidissent. Itaque Sicilię populis propter 12  
 assidas Carthaginiensum iniurias, a Leonidam, fra- 13  
 trem regis Spaitanorum, concurrentibus, graue bellum 14  
 natum: in quo & diu, & varia victoria praeliatum fuit. 15  
 Dum haec aguntur, legati a Dario, Persarum rege, Car- 16  
 thaginem venerunt, afferentes edictum, quo Poeni hu- 17  
 manas hostias immolare, & canina vesci prohibebatur: 18  
 mortuorumque corpora cremare potius, quam terra ob- 19  
 ruere,

7. Diffatur a Romano more lo-  
 quitur, & vim potius eius potesta-  
 tis similitudinemque cum Roma-  
 na, quam proprium vocabulum  
 respicit. Indice Freinshemij vide,  
 vbi plures qui ita locuti. Simili ra-  
 tione Curtius, 5.2.11. & noster su-  
 pra, 2.1.15. pratorium nominant,  
 & infra, 31.2.9. consulem. Bern.

Triumphū] Seruui ad illud Vir-  
 gili Aeneid. 4. v. 37.

Ductoresque alij, quos Africa  
 terra triumphus

Diues ait. —

Quidam dicunt, inquit, Afros nun-  
 quam triumphasse. Plin. aurem 2.  
 hist. nat. & Pompeius Trogus. Afros  
 dicunt pompa triumphi primas  
 inuenisse, quam sibi Romani postea  
 vindicauerunt, &c.

8. Veluti cum duce] Similis locus  
 supra, 6. 8. 1.

9. Leonidam] Diodorus, 19. 80.  
 Acrotarum, Cleomenis regis filii,  
 appellat: & videtur eadem esse  
 historia, nisi quod forsitan ex errato  
 Iustini temporeum ratio minus  
 congruit. Freinsh.

10. Quo] tan humanas hostias  
 immolare] Porphyrius de abomi-  
 nabilibus. 1.1. dicit Iphicratem sine  
 impositisse τὴν αὐθεντικήν θυσίαν.  
 Kaj si ἡ Λιβύη ήταν χρήσιμη,  
 ιππέων τελεῖ θυσία, ήτις οφείλεται  
 ιππάσιον. Pindari Schol. in Pythiis,  
 Ode 11. hoc Geloni tribuit. Τὸ  
 σύν αὐθεντικήν θυσίαν φέρει ο Θεί-  
 ερεστός ον τηλοπίτης Τυρολών,  
 παντούς αὐτός, Εἴλατός οφείλεται  
 τούτος. Οτι δηλούσεται  
 αὐτός χρήσιμα ιππάσια, Τι-  
 μαιός διαγεγόνει πανταχόν  
 διαδότα δραγύεσσα. Ita scriben-  
 dus ille locus. Voss.

11. Mortuorumque corpora crem-  
 are] Ipsum cremare non fuit apud  
 Romanos veteris institutum: terra  
 condebantur, &c. Plin. 7. 54. Iudico-  
 rum morem notat Tacitus histo-  
 riast. 5. 5. B. Id vero mirum alicui  
 videatur (quod & Barn. Brissonius  
 lib. 2. de regno Persar. obseruat)  
 Periarum Regem, Catthagaien-

12 ruere à rege iubebantur : petentes simul auxilia aduersus Græciam , cui illatus bellum Darius erat . Sed Caithaginenses auxilia negantes , propter assidua finitimarum bella , ceteris , ne per omnia contumaces videarentur , cupide paruerentur .

- 1 CAP. II. Interea Hamilcar bello Siciliensi interficiatur , relictis tribus filiis , Imilcone , Hannone , Giscone .
- 2 Hasdrubali quoque par numerus filiorū fuit , Annibal ,

&amp;c.

sibus humandi consuetudinem ut abominabilem interdixisse , quæ Persis tamen ipsis in vñu fuerit , vt apparet ex Herodoto . 3. 16. & Xenophonte l. 8. Cyri pæd. sub finem . Ut proinde nos ab re Ioan. Kirchmannus lib. 1. de fun. Rom. cap. 2. suspicetur , hunc Iustini locum trajectione corruptum , & ita describendum esse : more uorum corpora terra porius obtruere , quam cremare , a rege subsbanur . Quæ træpositio cum veteri Periarum consuetudine ad assūsum cōuenit : nec aliena est à ritu eorum Carthaginem , quibus *τύμπανα* seu cremationem cadaverum , etiam ante harū istius æratem in vñu fuisse legimus . Et prouerunt illi iussu Persæ aliquantisper à crematione abstinuisse : ad quam tamen , vt fuit illorum ingenium , paulo post redierunt . Q[uod]amquam id quidem certum est , secundis posterioribus cremationem Persis etiam vñitatem fuisse : quod cum ex Amm. Marcellino , 19. 3. princ. tum Procopio lib. 1. de bello Persico pag. 17. 12. est manifestum , vbi Sesofsi prater cetera criminis datur , quod vxorem contra fas legesque Periarum humaverit porius , quam cremauerit . B.

13. Cupide paruere ] De humanis tamen sacrificiis id negat Curtius 4. 3. 39. vñb[us] sacrilegium hoc , inquit , verius quam sacrum Carthaginenses à conditoribus

(Tyrii) traditum , usque ad excidiū urbi sua fecisse dicuntur . Nisi forsan idem , quod modo de crematione suspicetbamur . hic dici possit , illud intermissum ad tempus , & in vñu postea reuocatum : quod ipsum etiam fere Tyriis accidisse , Curtius ibidem affirma . Tertullianus apologeticus cap. 8. scribit , Carthaginenses principatu Tibérii fuisse prohibitos id facere , crucifixis etiam sacerdotibus ; nihilominus tamen perseverasse in eo sacrificio , etiam sua ætate , sed occulte . Plutarchus apophthegmata c. 22. Gelonem tradit Carthaginenses , ad Himeram deuictos , coegerisse inter conditiones pacis hanc etiam adscribere : ipsos in posterum , liberos Saturno nunquam immoluros . Ceterum in orbe Romano desitas *τριθέσιοι* : lege lata ab Imp. Hadriano , narrat Porphyrius lib. 2. De abstinentia ab ēsu animalium , ex Pallante . Bern.

CAP. II. 1. Hamilcar bello Sic. ] Supra lib. 4. 2. 7. Diodorus , 20. 30.

Imilcone ] De his Punicis vocabulis late Alderbertus Cordubensis libro Hispanico , quem de Antiquitatibus Hispanicis edidit .

2 Annibal ] Miror quid veniret in mentem Iustino , cur Annibalem filium Asdrubalis dicat , cum secus haheant omnes historiæ . Fortasse fuit hic Annibal senior , Annibalis magni patruus , nam & tempus congruere videtur .

Hann.

& Hasdrubal, & Sappho, Per hos res Carthaginensium ;  
ea tempestate gerebantur. Itaque & Mantis bellum illatum, & aduersus Numidas pugnatum, & Afri compulsi stipendum vrbis conditæ Carthaginensibus remittere. Deinde cum familia tanta imperatorum grauis liberæ ciuitati esset, omniaque ipsi agerent simul & iudicarent, centum ex numero senatorum iudices diliguntur, qui reuersis à bello ducibus, rationem rerum gestarum exigerent, ut hoc metu ita in bello imperia cogitarent, ut domi iudicia legesque respicerent. In Sicilia in locum Hamilcaris, imperator Imilco succedit: qui cum nauali terrestrique bello secunda prælia fecisset, multasque ciuitates cepisset, repente pestilentis sideris vi exercitum amisit. Quæ res cum nuntiata Carthagini esset, mœsta ciuitas fuit: omnia v'lulatibus non fecus ac si vrbis ipsa capta esset personabant: clausæ priuatæ domus, clausæ deorum templa, intermissa omnia sacra, omnia priuata officia damnata. Cuncti deinde ad portum congregantur, egredientesque paucos è nauibus, qui cladi superfuerant, de suis percontantur. Ut vero dubia antea spe, &

*Hannibal, & Hasdrubal, & Sappho.]* Meminerunt huius Annibalis Xenophon lib. 1. Hist. Græcorum, & Diodorus l. XIII. Mortuus est hic in Sicilia anno 1. Olymp. XCIII. Inter huius obitum, & alterius Annibalis nativitatem, intersunt anni plus minus CLX. Non potest itaque patruus fuisse magni illius Annibal. Sapphonem alii auctores non norunt: & forte corruptum est nomen. In ms. erat *Sappho. An Psappho?* Certe hoc est nomen Punicum. Vide Apostolijs Paræmias, & Arsenij apophthegmat. Voss.

*6. Imperia cogitarent LG.* Maior in editione veteri, probante in variis lectionibus Bongarsio, mallet cogitarent: quomodo Noster, & S. J. dixit, agitare regnum, hoc

est, regnare: & Seneca epist. 120. agitare publicum, hoc est, vestigia exercere, publicanum esse. Mihil non displicet cogitare, eo sensu quo Tacitus annal. 12. 11. 2. *Non dominationem & seruos, sed restorem & ciues cogitaret.* Noster iterum, 42. 4. 4. *plus hostem quam fratrem cogitans.* Bern.

*7. Imilco]* Diodoro, 14. 51. *Tulikay.* Is totam ferme Siciliam, exceptis Syracusis, occupauerat. Bong.

*Pestilentis sideris vi]* Pestilens ea describit Diodorus, 14. 17. & 72. Bern.

*10. Porrum]* Editi plerique portam, quod mendosum esse, tota narrationis series arguit. Bern.

*11. Ut vero dubia]* Simillima Tacitus annal. 4. 63. 3.

& suspenso metu, incerta orbitatis exspectatione, casus suorum miseris eluxit, tunc toto litorc plangentium gemitus, tunc infelicium matrum ylulatus, & flebiles querelæ audiebantur.

**CAP. III.** Inter hæc procedit inops è naui sua imperator, sordida seruilique tunica disinctus: ad cuius cōspectum plangentium agmina junguntur. Ipse quoque manus ad cælum tendens, nunc sortem suam, nunc publicā fortunā deflet: nunc deos accusat, qui tāta belli decora, & tot ornamenta victoriarum qua ipsi dederāt. abstulerint: quicq; captis tot urbibus, rotiesque hostibus terrestris naualique prælia vicit, exercitum victorē, non bello, sed peste deleuerint. Deserre se tamen ciuibus suis non modica solatio, quod malis eorum hostes gaudere, non gloriarī possent. Quippe cum neque eos qui mortui sunt a saeculis, neque eos qui reuersi sunt, à se fugatos possint dicere. Prædum, quæ relictis & secutris abstulerint, non esse talem, quam velut spoliūm vici hostes ostentent: sed quā pessissime vacua, fortuitis dominorum mortibus, sicuti caduca occuparint. Quod ad hostes pertinet, vñtores se recessisse; quod ad pestem, vñtos. Nihil tamen se grauius ferre, quam quod inter fortissimos viros mori non potuerit, seruatus quo sit non ad vite iucunditatē, sed ad ludibrium calamitatis. Quanquā ubi miseras copiarum reliquias Carthaginē redixerit, se quoq; sequiturum committit litones suos: ostensurumque patriæ non ideo se in eā diem vixisse, quoniam velit vivere: sed ne hos, quibus nefando lues pepercerat, inter hostiū exercitus relictos, morte sua proderet. Tali vociferatione per urbem ingressus ut ad limina

**CAP. III. 2.** Publicam forenam] Singulis rebus adscribant Fortunam veteres. Non tantum hominibus, sed & reip. Quam & Origenes non semel cum Deo confudit. Quod enim respectu hominum est Fortuna, respectu Dei est Prudentia.

4. **Deserre]** Rectius forte, referre.

5. **Caduca]** Caducum, auctore VI.

piano, propriè dicitur, quod quis sibi testamento relictum, ita ut juare civili capere possit, aliqua execuū non cœperit, quasi ab eo cœciderit, veluti si legatarius, post mortem testatoris, ante tabulas apertas deceperet. Sed & caduca pro bonis: vacantibus sumuntur.

6. **Proderet]** Hoc est, desereret, desisti-

limira domus suæ venit, prosecutani multitudinem velut postremo alloquio dimisit: obseratisque foribus, ac nemine ad sc̄e, ne filiis quidem admissis, mortem sibi consciuit.

destitueret. Sic infra, 22. 8. 14. pacer filiorum proditor. Martial. 9. 7. 3. proditor Helle, evanidente Gruterio, cum legatus vulgo porritor, Ltiuius 26. 15. 9. Publica prodendo, tua ne quicquam sc̄nes. Hoc sensu Virgil. Aenid. 10. 593. Græci quoque ita negodis̄s̄q; ut Herodianus lib. 6. pag. 138. tñ vñm ñ dñrtoñt.

*Si dñm̄d̄r̄as m̄d̄o s̄c̄d̄m̄is̄c̄. quod Politianus, vt solet, optime vertit: qui res in oriente per negligentiam pradidit. Bern.*

*12. Mortem sibi consciuit] Capitalem sibi ipse multam irrogans, uicem inedia finiuit. Diodorus, 14. 77. Bong.*

## LIBER XX.

## BREVARIUM CAPITVM.

- 1 Dionysius, Sicilia tyrannus, Gracia magna incolao bello aggreditur.
- 2 Metapontinorum origo. & fata.
- 3 Crotoniensium & Locrensiu[m] bella.
- 4 Pythagoras philosophus Crotonenses ad frugalitem resocat.
- 5 Dionysius vicitis Locrensius Crotonenses adoritur, quos relinquit ab Hannone retractus, & tandem suorum insidiis opprimitur.

## C A P. I.



Dionysius è Sicilia Carthaginensibus pulsis, occupatoque totius insule imperio, graue otium regno suo, periculosamque desidiam tati exercitus ratus, copias in Italiam traxit:

CAP. I. 1. Dionysius] Quo pacto hic Sicilia deuicta Italiam aggressus sit, lege Diodocum, lib. 24. Bong.

Dionysius] Patria huius tyranni fuit nobilissima urbs Sicilia Syracusa, cuius descriptio agud Cicero-

ronem extat in sexta Verrina. Pater Dionysij majoris fuit Hermocrates, clarissimus cuius Syracusanus, cuius laudatio extat apud Xenophontem lib. 1. de rebus Graicis. Ad locum de parentibus referatur somnium matris Dionysij, quod recitat

2 simul ut militam vires continuo labore acuerentur , &  
 3 regni fines proferrētur. Prima militia aduersus Græcos,  
 4 qui proxima Italici maris litora tenebant, fuit : quibus  
 deuictis, finitos quoque aggreditur, omnēsque Græ-  
 ci nominis Italiam possidentes, hostes sibi destinat; quæ  
 5 gentes non partem , sed vniuersam fermè Italiam ea  
 6 tempestate occupauerant. Denique multæ vrbes adhuc  
 post tantam vetustatem vestigia Græci moris ostētant.  
 7 Namque Tuscorum populi, qui otam inferi maris possi-  
 dent,

recitat Cicero in primo de diuina-  
 natione. Assuefactus est Dionysius  
 optima disciplina domēstica à pa-  
 tre laudato viro , & imburus omni  
 doctrinaliberali, imprimisque Mu-  
 sica & Poëtica, ut ex M. Tullio Ci-  
 ceronē constat. Mores ipsius fue-  
 runt tyrannici , & abhorrentes ab  
 exemplo parris. Ceterum optima  
 narratio & breuiissima de vita &  
 rebus gestis Dionysij extat apud  
 Ciceronem in quinta Tusculana.

*Strig.*

*Graue orium*] Infra, 35.1.1. Vel-  
 Jcūs, 2.78.4. Cesar, neres disciplina  
 immixtissima Orium corrumperet  
 militem, crebris expeditionibus, pa-  
 rentia periculorum, bellique experien-  
 tia durabat exercitum. Seneca  
 epist. 56. Add. Curtium, 6.6.14. &  
 8.9.1.

2. *Acuerenceur*] Vtitur eo simili  
 Florus, 2. 3. 5. Nec aliter veraque  
 gente quasi core quadam Populus  
 Rom. ferrum sua viruris acuebat.

5. *Quæ gentes*] Hi dicti, non Ita-  
 lii, quomodo priisci & germani Ita-  
 lii, populus sed Italiora, quod essent  
 è Græcia in Italiam aduentiij: si-  
 cuti Siciliotas & Phthiotas à Sicu-  
 lis & Phthiis discriminamus. Hinc  
 appellatum Philosophie quoddam  
 genus italicum, quod auctore Py-  
 thagora Samio à Græcis in Italia  
 coli cœpisset. Horum item erant  
 Italica mense luxu infames , de  
 quibus Plato epist. 7. & ex eo Cice-  
 ro Tuscul. 3.35. *Bern.*

*Vniuersam ferme Italianam*] Omnis

Italia trianguli figuram habet. La-  
 tus, quod Orientem spectat, Ionio-  
 mari & sinu Adriatico terminatur.  
 Quod vero ad Meridianam regio-  
 nem atque Occasum vergit, Siculo-  
 Tyrrheno clauditur pelago. Hęc la-  
 tera innicem copulata apicem tri-  
 anguli faciunt. *Serig.*

6. *Vestigia Græci moris*] Vide Gru-  
 teri dissertationem, 45. ad Tacitū.

7. *Tuscorum*] Strabo lib. 5. Tusco-  
 rum finis sub ipsis est montibus ,  
 qui ex Liguria in Adriaticum suū  
 eos quaquauerum includit, à pro-  
 prio autem mari capiunt iactum,  
 atque Tiberi. Tyrrhenos itaque  
 Romani *Herruscos* appellant , at-  
 que *Tuscos*. Græci vero hoc eos  
 nomine nominarunt à Tyrrheno.  
 Atys filio , qui ex Lydia colonos  
 hanc in regionem, sicuti traditur,  
 dimisit. Atys enim ex prognatis  
 Herculis & Omphales unus , cum  
 sterilitate ac fame populus preme-  
 retur, foras filium abire iusit. Hanc  
 ille tandem ingressus oram, de suo  
 vocauit nomine *Tyrrhenian*. Ita &  
 Val. Max. Velleius Pater. lib. 1. Plu-  
 tarchus, Tacitus, alij. Paulo aliter  
 antiquissimus Herodotus lib. 1. He-  
 trusci itaque Lydiæ originis pu-  
 tantur , vnde & *Tyrrheni Græcis*  
 appellati vel ab auctore Tyrrheno,  
 vel quod *Tyrrheni* nomen cele-  
 bre tum temporis per Græciam,  
 ac totam Italianam , quæ Occi-  
 dentem spectat , nullo gentium  
 discrimine illam appellationem  
 haberet , ut auctor est Dionysius.  
 Malicar.

dent, à Lydia venerunt: & Venetos, quos incolas super- 8  
xi maris videmus, c. pta & expugnata Troja, Antenore  
duce, misit: Adria quoque Illyrico mari proxima, quæ 9  
& Adriatico mari nomen dedit, Græca vrbis est: Arpos 10  
Diomedes exciso Illo, naufragio in ea loca delatus,  
condidit. Sed & Pifæ in Liguribus Græcos auctores ha- 11  
bent: & in Tuscis, Tarquinij à Thessalibus & Spinambris:  
Perusini

Halicar. antiq. lib. 1. qui superiora  
fabulosa exultimur. Hetruriam, an-  
tequam à Romanis subacta esset,  
in xii. Principatus diuina fuisse.  
corum Principes Lucumones ap-  
pellatos veteres testantur. Ex quibus  
Lucumonibus unus omnibus  
imperabat. Vide Cluuer. lib. 2. Ital.  
cap. 1.

8. *A Lydia*] Sic & Velleius, 1. 1.  
9. & 10. Appianus Punic. pag. 35. &  
alij. Dionysius tamen Halicarnass.  
1. 26. Tuscos non aduenam, sed in-  
digenam gentem, nec vanis argu-  
mentis, facit.

*Venebos*] Hos à deuictis Trojanis  
ortos (& quæ non gens originem  
inde mentitur?) auctores plerique  
cum nostro tradunt: vt Cato apud  
Plinium, 3. 19. Liuius, 1. 1. & 3. Virgilii  
Ge. 1. 246. Silius Italicus,  
8. 604. &c. Strabo tamen lib. 4. pag.  
134. f. eosdem ab Enetis, Gallis &  
populis. Oceano accolis, descedisse  
verissimilius putat. Bern.

9. *Adria*] Quæ Ptolémæo &  
emendationibus Plinij codicibus,  
Hermol. Barbaro in castig. teste,  
*Atria*, Alcipri quoque dictam,  
& à Diomede fuisse conditam,  
notar Stephanus, Romanorum  
coloniam facit Liuius epit. 11.  
Bern.

*Adriatico mari nomen dedit*] Idem affirmant, Polybius, 2. 14.  
Liuius, 5. 13. 8. Strabo, 5. pag. 148.  
Plinius, 1. 16. Eustathius in Dionys.  
pag. 19. pr. quorum contra consen-  
sum nihil valet unus Aurelius Vi-  
ctor in Ael. adriano hunc hono-  
rem *Adria Marucinorum agri*  
*Piceni oppido*, quod à nostro di-

uersum est, tribuens. Bern.

10. *Arpos*] Arpi autem aliquan-  
do Argos Hippion, juxta Plinium,  
mox Argyrippa dicti juxta eun-  
dem. Et Virgil. Aeneid. x. t.

*Ille urbem Argyripanam patria  
cognomine gentis,  
Vittor Garganei condebat Iapy-  
gis oris.*

Diomedes, inquit Seruius ad hunc  
locum, fuit de ciuitate, quæ Argos  
Hippion dicitur, de qua Homerus  
A py. G. i. 10. 1. 607. Horatius ap-  
tum dicere quis Argos. Hic in Apu-  
lia condidit ciuitatem, quam pa-  
tria sua nomine Argos Hippion  
dixit, quod nomei polica vetustate  
corruptum, & fastuum est, vt ciui-  
tas Argyrippa diceretur, quod rursus corruptum Arpos fecit. Po-  
lybius corraptæ Apyrnat lu ap-  
pellavit. Meminere quoque huius  
vrbis præter alias Strabo, Appia-  
nius, Ptolemæus, Varinus, Lyco-  
phronis Scholia festes. *Leopard*. De  
hoc oppido accipiendum Horat. lib.  
1. Sat. 5. 86.

11. *Græcos auctores*] Pisam, seu  
Pissam, seu Pifas (nam varie scri-  
bunt auctores) à Pisis, Elidis in Pe-  
loponese vrbis, deducit Strabo  
lib. 5. pag. 154. 12. Plinius, 3. 5. Iti-  
nerarium Rutilij lib. 1. v. 573.

*Elide deductas suscepit Etruria  
Pisas. Bern.*

*Tarquinij à Thessalibus, & Spinam-  
bris*] MSS. habent, in spinambru. Le-  
ge, Spina in Umbris. Plurimi enim  
veterum confundunt Umbrorum  
& Tusciæ terminos. Voss.

*Et spinabris*] Probatur mibi Gla-  
eciæ

12 Perusini quoque originem ab Achæis ducunt. Quid Ceren urbem dicam? Quid Latinos populos, qui ab  
 13 Ænea conditi videntur? Iam Falisci, Nolani, Abellani,  
 14 nonne Chalcidensium coloai sunt? Quid tractus omnis Campaniæ? quid Brutij, Sabinique? Quid Sannites?  
 15 Quid Tarentini? quos Lacedæmone profectos, Spu-  
 16 riosque vocatos accepimus? Thurinorum urbem con-  
 didisse Philocteten ferunt, ibique adhuc monumen-  
 tum eius vñ situr: & Herculis sagittæ in Apollinis tem-  
 plø, quæ fatum Trojæ fuere.

I C A P. II. Metapontini quoque in templo Miner-  
 uæ ferramenta, quibus Epeus, à quo conditi sunt, e quæ  
 Trojanum

reani coniecutra, ut legamus Tar-  
 quisij à Thessalio, & Spina, & Ra-  
 nenna. Rauennam enim à Thessalio  
 conditam docet Strabo. Malim ta-  
 men, & Spina urbi, quod à veteri  
 lectione propius abest. Spina aurë  
 quondam Graca urbs nobilis.  
 Strabo. Bong.

Perusini q. orig. ab Achæis. Jap-  
 pianus autem lib. 5. Bell. ciu., Peru-  
 siū à Tyrrenis in Italia condi-  
 tam, & ob id Junoem, Tyrrheno-  
 rum more, in ea urbe coli solitam  
 erudit. Adde quæ Seruius adnota-  
 uit ad Virgil. 10. 198. Bern.

12. Ceren] Ceren alij scribunt:  
 quam à Pelasgis conditam refert  
 Strabo. Bern.

13. Falisci] Seruius ad Virgil.  
 Aen. 7. 695. Bern.

Nolani] Solinus cap. 2. Nolam à  
 Tyrii, seu potius, emendante Sal-  
 malio, Thurii, qui mox Thurini  
 Nostro sunt, conditam scribit Vel.  
 Ilius. 1. 7. 5. à Tusciis. Cum auctore  
 nostro consentit Silius Ital. lib. 17.  
 v. 16.

Hinc ad Chalcidicam transfert  
 circa agmina Nolam.

Abellani] De Abella, quæ &  
 Auella (vnde nubes auellanæ  
 deducit Macrobius Sat. 1. 14.) vi-

de Seruius ad Virgil. Aen. 7. v.  
 740. Coloniā posterioribus tem-  
 poribus factam, auctor est Fron-  
 timus. Bern.

14. Brutij] Qui & Brutij, ita di-  
 sti quod fugitiui & serui essent  
 Lucanorum. Vide Diod. lib. xvii.  
 & Strab. lib. xvi.

15. Tarentini] Memorabilem  
 historiam conditæ urbis Tarenti-  
 vide apud Strabonem lib. 6. Pau-  
 saniam in Phocicis. Statuum ad  
 Virgil. Aen. 3. 551. aliosque. Bern.

Spurios] Partheniatas quoque  
 vocatos scribit Seruius ad 3. Ae-  
 neid. de quibus supra ad 3. 4. 7.

16. Thurinorum urbem] Quæ an-  
 tea Sybaris, inde Thurium & Thu-  
 ry, & Thuriae: denique Copia dicta.  
 Liuius. 23. 15. 12. Thurini Tarenti-  
 ni Metapontiniisque. indidem ex  
 Achæia oriundi, et am cognacione  
 juncti erant. Bern.

Herculus sagittæ] Aristoteles in  
 Admirandis. Bong.

CAP. II. t. Metapontini] Meta-  
 ponum Stephanus aliisque Meta-  
 bum nominant. Strabo l. 6. condi-  
 tum tradit à Pyliis, qui cum Ne-  
 store ab illo nauigarunt. Bern.

Epeus] Virgil. Aen. 2. 264.  
 & iussi doli fabricator Epēus.  
 Huius

Trojanum fabricauit, ostentant. Propter quod omnis  
illa pars Italæ, maior Græcia appellata est. Sed princi-  
prio originum Metapontini cum Sybaritanis & Croto-  
niensibus pellere ceteros Græcos Italia statuerunt. Cum  
primum vibem Sirim cepissent, in expugnatione eius  
quinquaginta iuuenes amplexos Mineruæ simulacrum,  
sacerdotemque deæ velatum ornamenti, inter ipsa al-  
taria trucidauerunt. Ob hæc cum peste & seditionibus  
vexarentur, priores Crotonenses Delphicum oraculum  
adierunt. Responsum his est, finem mali fore, si viola-  
tum Mineruæ numen, & interfectorum manes placas-  
sent. Itaque com status iuuenibus justæ magnitudinis,  
& imprimis Mineruæ fabricare coepissent, Metapon-  
tini cognito oraculo deorum, occupandam manum &  
deæ pacem rati, iuuenibus modica & lapidea simula-  
cra ponunt, & deam panificiis placant. Atque ita pestis  
utrobique sedata est, cum alteri magnificètia, alteri ve-  
locitate

Huius instrumenta in templo M'-  
neruæ consecrata memorat & Ari-  
stoteles in Admirandis. Bern.

2. Major Gracia] Vide Festum  
in Major Gracia, & quæ ad eum  
Iof. Scaliger: & Strabonem lib. 6.  
Seneca ad Helviam cap. 6. Totum  
Italia larua, quod infero mari al-  
latur, Major Gracia fuit. B. Ad  
huius Græcia differentiam nomi-  
nat Liuius, 7. 26. 19. Graciam vte-  
riorem, hoc est, vere Graciam, ut  
hæc sit Cicerior. Quæ nobilis Ital-  
ia portio, una cum Bruttii, ho-  
die Calabria nomine cenetur.  
Bern.

3. Sybaritanis] Dicit à Sybari  
fluvio Brutriorum, ibidemque  
Urbs inter hunc & Chrathin Hu-  
vium. Diod. 11.

Crotoniensibus] Croton magna-  
Græciæ vrbs ad finum Tarenti-  
num. Hodieque Crotone dicitur.

4. Sirim] Siris Italia ciuitas, Me-  
rapontopropinqua: Stephan. Dein-  
de Heraclea dicta: Plin. 3. 11.

Sirip: tiv. vocat Strabo lib. 6. Bonz.  
Mineruæ simulacrum] pallia-  
dium, ad imitationem illius Tro-  
jani factum, quod erat argumento,  
Siris profugorum-Trojanorum  
esse coloniam. Bern.

Velatum ornamenti] Iafulli. Ve-  
lato autem capite sacra faciebant  
sacerdotes.

7. Dea pacem] Liuins, 30. 13. 3.  
Ab his pars utraque, hostiis ma-  
nendis, pacem petunt, ut mala scili-  
cer auerterent, & parcerent. Nam  
hoc ipso verbo tebantur pre-  
cantes. Plautus Merc. 4. 1. 12.

Apollo, quæ sot, ut des pacem  
proprietus, &c.

Moque ve parcas gnato: parce  
proprietus. Add. sup. 18. 6. 12. g.

Panificiis] Plinius præfat. ad  
Vesp. Et dii lacte rustici mul-  
que gentes suplicant: & mola-  
tanum salsa licant, qui non ha-  
bent thura: nec ulli fuit virio  
deos colere quoquo modo posset.  
Bern.

9 locitate certassent. Recuperata sanitate, non diu Croto-  
 10 nienses quiete. Itaque indignantes, in oppugnatione  
 Siris, auxilium contra se à Locrensisbus latum, bellum  
 11 his intulerunt. Quo metu territi Locrenses, ad Sparta-  
 12 nos decurrunt: auxilium supplices deprecantur. Illi  
 longinqua militia grauati, auxilium à Castore & Pol-  
 13 luce petere eos iubent. Neque legati responsum sociæ  
 vrbis spreuerunt, profectique in proximum templum,  
 14 facto sacrificio, auxilium deorum implorant. Litis  
 hostiis, obtentoque, ut rebantur, quod petebant, haud  
 secus lati, quam si deos ipsos secum aduenturi essent:  
 puluinaria iis in naui componunt, faustisque profecti  
 omnibus, solatia suis pro auxiliis deportant.

CAP. III. His cognitis, Crotonienses & ipsi legatos  
 1 ad oraculum Delphos mittunt, victoriæ facultatem, bel-  
 lique prosperos euentus deprecantes. Responsum, prius  
 2 votis hostes, quam armis vincendos. Cum voulissent Apol-  
 3 lini decimas prædæ, Locrenses & voto hostium, & re-  
 sponso dei cognito, nonas voverunt; tacitamque eam  
 rem habuere, ne votis vincerentur. Itaque cum in aciem  
 processissent, & Crotoniensium centum viginti millia  
 armatorum constitissent, Locrenses paucitatem suam  
 circumspicentes ( nam sola quindecim millia militum  
 habebant ) omissa spe victoriæ, in destinatam mortem  
 conspirants;

12. *Castore & Polluce*] Qui bellis  
 juuenium specie se inferre credi-  
 ti, atque auxilium ferre.

14. *Litaris*] Litarare est veniam per  
 sacrificia impetrare, victimis felici-  
 cem euentus addigentibus.

*Aduenturi*] In mis. Modij Ful-  
 densibus aucturi. Vtrumlibet cer-  
 to respectu bene: sicut supra, 18.  
 1. 3. adductu vel abductis Bern.

CAP. III. 3. *Nonas*] Id est, nonam  
 partem prædæ.

4. *Cum in aciem process*.] Ad Sa-

gram fluuium. Strabo lib. 6. Cice-  
 ro de Nat. deor. 1. 2. & 3. 5. Plutar-  
 chus in Aemilio c. 41. Locrensum  
 cum Reginis fuisse x. millia;  
 Crotoniensium cxxx millia, Stra-  
 bo refert, & ortum inde prouer-  
 bium in derogantes rei fidem:  
*Certiiora esse quam illa apud Sa-*  
*gram*: cuius meminit & Cicero de  
 Nat. deor. 3. 5. B. Meminit etiam  
 Eustathius in Boeotiam Home-  
 meri, pag. 210. 28. Bern.

conspirant; tantusque ardor ex desperatione singulos 5  
cepit, ut victores se putarent, si non inulti morerentur.  
Sed dum mori honeste querunt, feliciter vicerunt: 6  
Nec alia causa victoriae fuit, quam quod desperau- 7  
runt. Pugnantibus Locris, aquila ab acie nunquam re-  
cessit, eosque tamdiu circumvolavit, quoad vincerent. 8  
In cornibus quoque duo iuuenes diuerso à ceteris ar-  
morum habitu, eximia magnitudine, & albis equis, &  
coccineis paludamentis, pugnare visi sunt, nec ultra  
apparuerunt, quam pugnatum est. Hanc admirationem  
auxit incredibilis famæ velocitas. Nam eadem die qua  
in Italia pugnatum est, & Corintho, & Athenis, & La-  
cedæmone nunciata est victoria.

CAP. IV. Post hæc Crotoniensibus nulla virtutis exer-  
citatio, nulla armorum cura fuit. Oderant enim quæ in-  
feliciter sumpserant; mutassentque vitam luxuria, ni Py-  
thagoras philosophus fuisset. Hic Sami Demarato lo-  
cuplete 3

5. Tantusque ardor, &c.] Vell. Pa-  
terculus, 2.5.2 Q. Metellus cum in  
hostem suos ire periculoso loco  
juberet, facientibus omnibus in  
procinctu testamento, velut ad cer-  
tam mortem cundum, fore, non  
deserritus proposito, quem morie-  
rum miserat, militem victorem re-  
cepit: tanquam efficit misericordia  
pudor, spesque desperatione quasi-  
ta. Vide Veget. de re mil. 3. 21. &  
4. 25. Virg. Aeneid. 2. 154.

Vna salu viatu, nullam sperare  
salutem.

7. Aquila] Aquilæ si dextra par-  
te aduolarent, si que patulis &  
porrectis perlustrerent alis, omen  
futuri boni certissimum præbe-  
bant, Homero teste.

8. Duo iuuenes] Similia Florus,  
1. 11. 5. & Frontinus, 1. 11. 8.

9. Fama velocitas] Adde supra,  
2. 14. 9. item Plin. hist. nat. 7. 22. Flo-  
rum, 3. 3. fin.

Nunciata est vittoria] Ludis  
Olympicis auditam scribit Cicero

de Nat. deor. 1. 2. & ceteri: Strabo  
pro fabula id habet. Bern.

CAP. IV. 1. Crotonensiſb. nulla  
virt. ] De eorum pristina virtute  
præter Strabonem lege Cicero-  
nem Rhet. 2. 1. De luxuria autem  
& vita genere post attritis bellis  
frequentibus vires, vide Petronium  
in Satyrico. Bern.

2. Pythagoras] Vide Laertium in  
eius vita, M. Ciceronem Tuscul. 5.  
4. B. Adde Cicer. de Oratore, 3. 34.  
Liuium, 1. 18. Bern.

Pythagoras] Pherecydis Syri  
discipulus. Mysteriis velauit suam  
Philosophiam more Aegyptiorum,  
aliorumque Orientalium. Quo-  
rum instituta penitus hausit, ut Iosephus contra Appionem & Euse-  
bius tradiderunt. Ex Christianis Ambrosius de Pythagora  
hoc egregium adducit testimonium. Cum ex populo Iudeo-  
rum, inquit, ut plerique arbitran-  
tur genus Pythagoras duxerit, ex  
eius disciplina deriuauit etiam  
magisterij

cuplete negotiator natus, magnisque sapientiae incrementis ornatus, Ægyptum primo, mox Babyloniam ad perdiscendos siderum motus, originemque mundi spectandam profectus, summam scientiam consequutus erat. Inde regressus, Cretam & Lacedæmonia, ad cognoscendas Minois & Lycurgi inclytas ea tempestate leges, contenderat. Quibus omnibus instructus, Crotonam venit, populumque in luxuriam lapsum, auctoritate sua ad usum frugalitatis reuocauit. Laudabat quotidie virtutem; & vitia luxuriæ, casusque ciuitatiū ea peste perditarum enumerabat, tantumque studium ad frugalitatem multitudinis prouocauit, ut aliquos ex his luxuriatos incredibile videbretur. Matronarum quoque separatam à viris doctrinam, & puerorum à parentibus frequenter habuit. Docebat nunc has pudicitiam, & obsequia in viros; nunc illos modestiam, & literarum studium. Inter hæc velut genitricem virtutum frugalitatē omnibus ingerebat, consecutusque disputationum affinitate erat, ut matronæ auratas vestes, ceteraque dignitatis suæ ornamenta, velut instrumenta luxuriæ deponderent, caque omnia deicta in lunonis ædem ipsi degenerarent, præ se ferentes, vera ornamenta matronarum

magisterij præcepit, meritoque magnius apud Philosophos habitus, qualem, ut aiunt, uxeris etiā. Hic Sami Demarato locuplere argotator natus] Certe non magis Pythagoras Demarati filius, quam Tarquinius Mnesarchi. Forte scripsit Iustinus Marmaco, pro Demarato. Marmacum namque aliqui dixerunt appellatum fuisse Pythagoræ patrem. Diog. Laertius : Πυθαγόρης ἦτιι υἱὸς φάσιν εἰς τὴν Μαρπάδαν τὸ Γαπτίδον, τὸ Εὐδοκίδον, τὸ Κλεοπύρα, φυλάδον τὸ Φατιγίδον. voss.

Ad perdiscendos ] Φλωρεζίας Χάρην, tyrannidem fugiens. Strabo lib. 14. Bong.

4. Creram] Quam præcis temporibus, legisbus optimis fuisse compositam, ideoque ad sui imitationem traxisse Græcorum præstantissimos, ait Strabo lib. 10. pag. 328. 50. Adde Tacitum annal. 3. 26. 5. Bern.

10. Frugalitatem] Commendatam Seneca de tranquill. animi. cap. 1. & 2. & epist. 17. Plinio epist. 2. 4. & 6. 8.

11. Velut instrumenta lux. ] Terullianus lib. 6. c. 2. de habitu muliebri, instrumenta muliebris gloria vocat. Eo loco, ubi legitur, medicamenta ex fuso, quibus lana colorantur, emendandum videtur mala. Bong.

narum pudicitiam, non vestes esse. In juuentute quoque 13 quantum profligatum sit, vicii seminarum contumaces animi manifestant. Sed eee ex iuuenibus cum sodalitij 14 iure sacramento quodam nexi, separatam a ceteris ciui- bus vitam exercerent, quasi cœtum clandestinæ coniu- rationis haberent, ciuitatem in se conuerterunt, quæ 15 eos, cum in vnam domum conuenissent, cremare vo- luit. In quo tumultu 16 ferme periere; ceteri in exilium 16 profecti. Pythagoras autem cum annos xx Crotonæ 17 egisset, Metapontum migravit, ibique decessit: cuius 18 tanta admiratio fuit, vt ex domo eius templum face- rent; eumque pro deo colerent.

C A P. V. Igitur Dionysius tyrannus, quem supra 1 à Sicilia exercitu in Italiam traiecisse, bellumque Græ- cis instulisse memorauimus, expugnatis Locris, Croto- nienses vix vires longo otio ex prioris belli clade resu- mentes, aggreditur: qui fortius cū paucis tāto exercitui 2 eius, quam antea cum tot millibus Locrensum paucita- ti restiterunt. Tantum virtutis paupertas aduersus insol- 3 lentes diuitias habet, tantoque insperata interdum spe- rata victoria certior est. Sed Dionysiū gerente bellum, 4 legati Gallorum, qui ante menses Romam incenderāt, societatem amicitiamque petentes adeunt gentem suam 5 inter hostes eius positam esse, magnoque usui ei futuram vel in acie bellatis, vel de tergo intressis in prælii hostibus 6 affirmant. Grata legatio Dionyso fuit. Ita pacta socie- tate,

14. Ciuitatem in se conuerrit.] Nec  
immerito Liuius, 54. 2. 4. Ab hoc  
genere summum periculum est, si  
cœtus & concilia, & secretæ con-  
sultationes esse sinas.

17. Decepserit] Vel inedia: vel in-  
terfectus a Syracusanis, dum agru  
fabaceum circuit. Laertius in Pyth.  
Bern.

18. Templum] Cereris delubrum  
vocabant, vicumque Mufis sacra-

tum: ut idem ex Phanorino refert.  
Bern.

C A P. V. Romam incenderant] De  
Roma à Gallis capta & incensa ple-  
ni sunt auctorum libri. B. Instat  
omnium esto Liuius lib. 5. cap. 41. &  
seqq. Bern.

Quid ante menses Romam incen-  
derant. ] Puto scripsisse: ante  
mensim. Voss.

tate, & auxiliis Gallorum auctus, bellum velut ex integro restaurat. His autem Gallis causa in Italiam venie-  
di, sedesque nouas querendi, intestina discordia, & assi-  
duæ domi dissensiones fuere: quarū rædio, cum in Ita-  
liam venissent, sedibus Tuscos expulerunt; & Mediola-  
num, Comum, Brixiam, Veronam, Vergamum, Tri-  
dentum, Vicentiam considerunt. Tisci quoque, duce  
Rhæto, auctis sedibus amissis, Alpes occupauere: & ex  
nomine

6. Auxiliis Gallorum auctus, bellum velut ex integro restaurat.] Hæc ita correxit, cum in  
miss. legeretur: bellum velut ex integro reliquit restauratum. Quod non frustra est. Ita enim  
emendandum erat: auxiliis Gal-  
lorum auctus, bellum velut ex integro, reliquias restaurat. Is autem,  
&c. Voss.

7. Intestina discordia] Seneca  
consol. ad Helviam cap. 6. Non om-  
nibus eadem causa relinquendi  
querendique patriam fuit. Alios  
excidia urbium suarum, hostilibus  
armis clapsos, in aliena, spoliatos  
sui, expulerunt: alios domesticis  
seditionis submouit: quosdam fertiliis  
ora & in maius laudata fama cor-  
rupit: alios alia causa exciuit do-  
mibus suis. Adde Liv. 2. 16. 3: Sal-  
lust. Iugurth. c. 73,

8. Mediolanum] Quod allis au-  
toribus Mediolanum, & hec Me-  
diolanus, & Mediolana pluraliter.  
Vrbis originem exponit & Livius,  
5. 34. 9. Bern.

Comum] Κέμψη, Ptolemaeo &  
aliis. Insubrum in Italia Vrbs; ad  
Larium lacum, vnde is quoque  
Comacenus dicitur: Nouum Co-  
mum à Suetonio appellatur. Col-  
onia Romana est apud Strabonem.  
Como vocatur à Cassiodoro in Va-  
riis, apud quem lege huius accura-  
tam descriptionem. Como quoque  
hodie. Apud Ottudem Fising. &  
Conradum Lichtenauum hoc opid-  
um ubique male Cumæ, & incolæ  
Cumani appellantur. In Ptolemaeo

Villanovani hoc modo, Comum  
aut Tocnea vicus. in epria. Ortel.

Brixia] Βριξία, Straboni, Ptole-  
maeo, Liilio, Nazario in Panegyri-  
co, & Plinio in Epistolis; Cenom-  
norum opidum, & caput, Liilio. in  
Italia Coloniam Romanam facit  
Ouphrius. Brescia hodie, Leand-  
ro. Sub Venetorum dominio est,  
populosa & ampla ciuitas, & ditissi-  
mis incolis habitata. Hanc Urbis  
Venetæ sponte vulgo cognomi-  
nari didicimus. Chrysostomus Zan-  
chus in suo de Orobii libello, pu-  
rat hanc Brixiam à Catullo sub no-  
mine Cygneæ Specula describi,  
hoc versu: Brixia Cynea supposita  
in specula. alia est autem lectio in  
excusis exemplaribus. Ortel.

Veronam] Huius originem & Li-  
uius, 5. 35. 1. ad Gallos cum nostro  
referre videtur: at Plinius, 3. 19. ad  
Rhætos Euganeosque. Bern.

Vergamum] pro Bergomum, mo-  
re posterioris ævi visitissimo, B.  
in V. conuersio. Bern.

Tridentum] Plinius, 3. 19. Rhæto-  
rum hoc, non Gallorum facit opid-  
um. Bern.


Vicentiam] Memoratam Tacito  
histor. 3. 8. Plinio aliisque Vicentia  
est, imitatione Græcorum, qui ex  
Albenses, Veronenses, Clemens, &  
talibus, extuso n. A'λεθνοτ, Οὐ-  
εργότοτ, Κλήμην faciunt. Quomo-  
do & Græco-barbaris Λεπίστη est  
castrense: κυνάστια, cirensia:  
ερμηνη armenta. &c. De hoc toto  
loco vide Saresberiemsem Pollicrat.  
lib. 6. cap. 19. Bern.

nōmine ducis gentes Rhætorum condiderunt. Sed 10  
 Dionysium in Siciliam aduentus Carthaginensium re-  
 uocauit; qui reparato exercitu, bellum quod lue des-  
 ruerant, auctis viribus repetebant. Dux belli Hanno 11  
 Carthaginensis erat: cuius inimicus Suniatus, poten- 12  
 tissimus ea tempestate Pœnorum, cum odio eius, Græ-  
 cis literis, Dionysio aduentum exercitus, & segnitiem  
 ducis familiariter prænuntiasset, comprehensis episto-  
 lis, proditionis damnatur: facto senatusconsulto, ne 13  
 quis postea Carthaginensis, aut literis Gracis, aut ser-  
 moni studeret; ne aut loqui cum hoste, aut scribere sine  
 interprete posset. Nec multo post Dionysius, quem 14  
 paulo ante non Sicilia, non Italia capiebat, assiduis  
 belli certaminibus vix fractusque, insidiis ad postre-  
 mum suorum interficitur.

9. Genses Rhætorum] Stephanus:  
*Rhaeti Tyrrhenica seu Tusca gens*  
 Bong.

14. Insidiis a. p. s. interficitur]  
 Cicero de Nat. deor. 3. 35. Atque  
 (mallem namque) in suo lectulo  
 morenus in Tympanidiis in rogum  
 illarum est. Diiodorus, 15. 74. refert  
 eum epulantem, & largius biben-

tem, in morbum inclisse: fieri  
 autem potest, ut cum insidiis tuo-  
 rum periret, id ebrietati tribuere-  
 tur: quod Alexandro M. (& Clau-  
 dio Suet.) evenit. Vide Plutar-  
 chum, & Probum in Dione. B. Phi-  
 lius, 7. 53. gaudio extinctum scri-  
 bit, accepto tragicæ victoriz-  
 nuntio, Bern.





INDEX TOMI PRIMI,  
IN IVSTINVM,  
AVCTORE  
IOAN. FREINSHEMIO.

*Primus numerus librum, secundus eadum cuiusque libri,  
tertius immetria seu sectiunculae aut versiculos  
capitum denotat.*



- B hostibus, quam  
ā filiis tuior, 10. 1. 7.  
Abdalonus, ex  
hortulano Sido-  
niorum rex, 11.  
10. 8. & 9.  
Abaserit fugati à ranis, 15. 2. 1.  
Abelani Chalcid. coloni, 120. 1. 13.  
Abrupte agere, hoc est, calide, in-  
consideranter, 2. 15. 4.  
Abstinere manus, 8. 6. 4.  
Abydenus pons, 2. 13. 5.  
Accedere ad montem, 12. 7. 8.  
Accendere in spem, 13. 7. 6. hoc  
est, spe implere, ut antea loquuntur,  
11. 1. 8. Accendi, subaudi ita, 14.  
6. 7.  
Acceptissimus, hoc est, gratissimus,  
13. 2. 8. 18. 3. 9.  
Accipere in manum, hoc est, bra-  
chiis expere, 1. 4. 12. non acci-  
pere pacem, non est recusare, sed  
non posse consequi, 5. 4. 4. ita  
affirmare, accipere veniam, 12.  
8. 6. provinciam, 13. 4. 12.  
& 21. pro consule accipere,
- pro admittere, 11. 6. 9. pro audi-  
re, 1. 3. 7. 7. accipere her-  
bam, pro adibere frue fune-  
re, quod Plinio frequenter est, 12.  
10. 3.  
Accufari affectati regni, 18.  
7. 18.  
Acerbas, Elise maritus à Pyg-  
malione occiditur, 18. 4. 8.  
Acelines amnis, 12. 9. 1.  
Achia, 3. 6. 13.  
Achaei Perusinorum conditores,  
20. 11. 1.  
Acheron amnis Italiae, 12. 2. 14.  
Epiri, 12. 2. 3. & 4. ubi Ache-  
ronus amnis dicitur, adiectivo ab  
Achrense deducto, quod non ad-  
vertit Orcellus in voce Ache-  
ron.  
Aciem rumpere, 1. 6. 11. in acie  
Persarum plus præde quam  
periculi, 11. 13. 11.  
Acropatos in divisione Imperii  
Alexandri majorem Medium  
consequitur, 13. 4. 13.  
AC VIT animos injuria, & in-  
dignitas, 3. 5. 4. V T R E S  
ā militum

# INDEX.

- militum labor, 20. 1. 2.  
aculei sagittarum ex aere , 9.  
2. 13.  
ad instar, vide instar, libidinem,  
hoc est pro auxiliis, 8. 9. 7. po-  
strem, 6. 2. 12 : 13. 8. 10 : 14.  
3. 1 : 16. 4. 3 : pugnam hoc est,  
ut pugnaretur, II. 13. 2. sepultu-  
ram redimere , 2. 15. 19.  
dilabi , I. 12. 19. ita Tae-  
tit. A. 4. 73. 1, ad sua iustanda di-  
gredi.
- Adaspis subiguntur ab Alex. 12.  
5. 9.  
Addiscere , pro intelligere ex relatu  
aliorum, 2. 3. 13.  
Adduci in spem regni, 3. 1. 2.  
Adhibere , pro adiungere , 8. 4. 6.  
In auxilium, 3. 6. 2.  
Administrare tutelam , 3. 2. 7. re-  
gnum, 4. 2. 5.  
Administratio reip. Spartanæ,  
3. 3. 1.  
Admirabiliter, 1. 8. 14. admirabile,  
2. 2. 14.  
Admirtere facinus, pro committere,  
15. 2. 4.  
Admodum , hoc est, circiter , 17.  
2. 4.  
Admodum puer, 3. 1. 3 : 8. 6. 7.  
πλύτωνες γάστρα dixit Strabo lib.  
17. pag. 548. lin. 10. & Diod.  
30. 2. 4.  
Adorari soliti Perfarum reges,  
6. 2. 13. se iubet Alexander,  
12. 7. 1.  
Adrastrii campi, 11. 6. 10.  
Adrestra superantur ab Alexan-  
dro, 12. 8. 9.  
Adria urbs, Italica Graecæ ori-  
ginis, 20. 1. 9.  
**ADVERSIS** vulneribus cadunt  
Athenienses, 9. 3. 10.  
Adulari aliquem, 8. 4. 8. adulatio  
hostis , hoc est, quæ hosti adul-  
tuus, II. 12. 11.  
Adultra ætas , 2. 6. 14.  
Adulterium Alcibiadis , 5.  
2. 5.  
Adunare , pro coniungere , 15. 4. 12.  
16. 2. 1. pro colligere , 5. 9. 6 : 12.  
2. 16.
- Advocare concionem , 2.  
8. 8.  
Æacidae Herculis Thebani pro-  
genies , 11. 4. 5. plerunque in-  
tra xxx. annos defuncti , 12.  
15. 1. gens antiquissima , 12.  
16. 3.  
Æacidas Molossorum rex , 14.  
5. 9. regno pellitur , 17.  
3. 17.  
Ædelessa Macedonie urbs , 7.  
1. 7.  
Ægeæ , urbs Macedonie , que  
prius Ædelessa , 7. 1. 10.  
Ægeus Thesei pater , 2. 6. 14.  
Ægyptus à Cambysè subacta,  
1. 9. 1. fecundissima , 2. 1. 8.  
Hinc illud Augufti decretum, apud  
Tacit. A. 2. 59. 5, magna impensa  
regum munera , 2. 1. 10. occu-  
parur ab Alexandro, II. II. 1.  
in divisione imperii Alexan-  
dri Ptolemæo cedit , 13.  
4. 10.  
Ægyptiorum superstitiones , 1.  
9. 1. cum Scythis contentio  
de vetustate generis , 2. 1. 5.  
studia , Astronomia , 20.  
4. 3.  
Ægypti rex Lacedæmonios  
juvat , 6. 2. 2. ideoque bel-  
lo à Persis petitur , 6. 6. 3.  
Ægyptum mare , 2. 1. 19.  
Æmulari cui , 6. 9. 2. ubi Modium  
vide.  
Æmulatio inter Cononem &  
Pisandrum , 6. 3. 3. virium in-  
ter Athenienses & Lacedæ-  
monios , 3. 2. 4. virtutis & ani-  
morum inter Laced. & Mc-  
sen. 3. 5. 13. muliebris , 14. 5. 2.  
gloriz bellorum causa , 17.  
1. 8.  
Æmulator virtutum Ageſilai  
Pisandrus , 6. 3. 8.  
Æmuli inter se Lacedæmonii &  
Thebani , 8. 4. 9. æmulorum  
odia , 5. 2. 5.  
Æmulos removere , 13. 4. 9. æ-  
mulus regni , 9. 7. 3. imperii (hoc  
est, competitor , ut si superas , 8. 3. 10.  
particeps) , 1. 2. 3.  
Æolides

# INDEX.

- A**Eolides insulæ nativis ignibus  
frequentes, 4. 1. 11.  
**A**Eolus sive Cocalus, Siciliæ  
Rex, 4. 2. 1.  
**A**EQUALITAS difficultem ele-  
ctōnem facit, 1. 10. 2. DIS-  
CORDIAM parit, vel auget  
13. 2. 3. patrimoniorum apud  
Spart. 3. 3. 3.  
**A**EQUO Marte, hoc est, pari fortu-  
na belli, 3. 6. 9.  
**A**ESTIMARE, pro deliberare, 3. 4. 10.  
**A**ESTU, subandi curarum, II. 13. 3.  
æstus, pro nimio calore, 12. 1. 2. pro  
fatu maris, 12. 10. 5.  
**A**ETATIS privilegium, 2. 10. 2.  
**A**ETHIOPIA, 1. 2. 8.  
**A**ETNA Siciliæ mons ignifer, 4.  
1. 5. ejus rei causa, 4. 1. 14.  
6. 15.  
**A**ETOLI Brundusium condunt, 12.  
2. 7. bellum in Græcia mo-  
vent, 13. 5. 1.  
**A**ETOLORUM civitatibus pecu-  
niā imperat Pyrrhus, 14.  
1. 6.  
**A**EYUM, pro etate vita, 2. 4. 17.  
**A**FFARI, 1. 8. 5.  
**A**FFECTARE imperium, 6. 1. 1. re-  
gnūm, 2. 15. 14. 18. 7. 18.  
**A**FFERRE vim, pro inferr., 18. 7. 8.  
**A**FFLICTÆ partes, hoc est, debilitate,  
13. 8. 9. res, hoc est, inclinata, fru-  
ti, ut Livini amas loqui, accisa,  
4. 5. 2.  
**A**FFINITATES connubiorum, 12.  
11. 2.  
**A**FRICÆ valta regio, 13. 7. 3.  
**A**GATHOCLES Lydimachi, à patre  
occiditur, 17. 1. 4.  
**A**GENOR Pythonis pater, 13. 4. 21.  
**A**GERE, pro esse & deponere, 11. 5. 2.  
pro pellere, ita agere in fugam,  
16. 1. 3. in exilium, 2. 9. 6. 9.  
4. 9. 16. 4. 4. ad naves, 2.  
9. 17.  
**A**GERE exilium, pro degere in exi-
- lium, 3. 3. 12. conventum, 12. 13. 7.  
nepotem, hoc est, gerere se nepotem,  
1. 6. 16. tutorem, 7. 5. 9.  
**A**GERE, pro trahere, 2. 14. 10. pro de-  
gere, 3. 3. 6. Agi, pecudum pro-  
prium, tergiversariib[us] militi-  
bus nec incepit attribuitur, 1.  
6. 10.  
**A**CTA res, hoc est, gesta, 4. 5. 4. Vide L.  
19. 6. § 8. de V. S.  
**A**CTOR, pro histrione, 6. 9. 4.  
**A**GEFILIA claudus altero pede,  
6. 2. 5. Agefilai res gestæ, 6.  
4. 9.  
**A**GIS Rex Laced. 5. 2. 5.  
**A**GINDIS alterius bellum cum An-  
tipatro, 12. 1. 9.  
**A**GITARE, pro agere, 1. 5. 5. pro co-  
gitare, 2. 12. 3. agitare animo,  
idem 8. 3. 12. pro tentare, 14. 4. 12.  
pro concutere jactare, 18. 6. 10.  
**A**GITARE fastigium magnarum ur-  
bitum, hoc est, comparare inter se  
& quasi librare, earum dignita-  
tem, opes, potentiam, 8. 4. 10.  
scut simili fere phras[is] Suer. Cas. 47.  
1. exigere pondus dixit.  
**A**GITARE imperia, hoc est, agere, 19.  
2. 6. Sic in Sutton. Vesp. 1. 6. est  
agere publicum, pro quo alii male  
publicanum. Simillim[is] phras[is] est in  
Tacito, Germ. 26. 1. agitare scu-  
tum. & Livio, 1. 2. 1. 7. agere  
regnum. Hac ex Cl. Bernicer[us]  
Præceptoris mei Notis ad suchon-  
nium.  
**A**GMEN, pro exercitu, 2. 10. 21. sic  
Liv. 28. 7. 16. & audiore pastime  
vid. Barth. ad vers. 72. f.  
**A**LCETAS Perdicæ frater, 13. 6. 15.  
ab exercitu hostis appellatur,  
13. 8. 10.  
**A**LCIBIADES Dux Athen. in Sici-  
lia, 4. 4. 3. revocatur ad rea-  
tum, 4. 4. 4. 5. 1. 2. Elidem in  
exilium proficiscitur, 5. 1. 2.  
Lacedæmonios ad bellum  
contra Athen. instigat, 5. 1. 4.  
& ipse eorum civitates ad  
defectionem compellit, 5. 2. 2.  
adulterata Agidis uxore, ad  
Darii præfectū confugit, 5. 2. 5.

# INDEX.

- pulcher & eloquens , 5. 2. 6.  
ad Athen. partes redit , 5. 3. 1.  
ab exilio renovatur , 5. 3. 6.  
Lacedæmonias bello petiit , 5.  
3. 9. mari , 5. 4. 2. teraque  
vincit , 5. 4. 3. ingenti civium fa-  
uore excipitur , 5. 4. 9. vincitur ,  
5. 5. 2. denuo in exilium abiit ,  
5. 5. 8. interficitur , 5. 8. 14.
- Alexander Amyntæ , 7. 1. 13. Per-  
scorum legatorum libidinem  
ulciscitur , 7. 3. 4. regnum  
Macedon. egregie ampliat , 7.  
4. 2.
- Alexander alterius Amyntæ , 7.  
4. 5. Philippum fratrem Illy-  
riis obsidem dat , 7. 5. 1. inde  
Thebanis , 7. 5. 2. insidiis mattis  
occubuit , 7. 5. 4.
- Alexander Olympiadis frater ,  
Epipi Rex , 8. 6. 5. & 7. Cleop.  
Philippi ducit , 9. 6. 1. bellum  
in Italia gerit , 12. 1. 4: 12. 2. 1.  
occiditur , 12. 2. 14.
- Alexand. M. dux Sopyrion, cum  
omni exercitu à Scythis dele-  
tur , 2. 3. 4: 12. 1. 5.
- Alexand. M. cum Amazone con-  
cubit , 2. 4. 33. sine stirpis  
ultimus, & quare , 7. 2. 4. Ale-  
xandri prima rudimenta , 9. 1. 8.  
Athenas proficiscitur , 9. 4. 5.  
cædis paternæ conscius , 9. 7.  
1. 8. comparatur cum patre ,  
9. 8. 11. & seqq. incipit regna-  
re , 11. 1. 9. Dux Gracorum fit ,  
11. 2. 5. Thebas diruit , 11. 4. 7.  
ab Athenienibus duces &  
oratores petiit , 11. 4. 10. Tyrum  
capit , 11. 10. 14. Iovis Hamm.  
filius salutatur , 11. 11. 7. Ale-  
xandriam condit , 11. 11. 13. Da-  
rium tertio vincit , 11. 14. 6.  
Persis jugum servitutis impo-  
nit , 11. 14. 7. Persepolim ca-  
pit , 11. 14. 10. illacrymatur  
defuncto hosti , 11. 15. 11. 12.  
tatur morte amulorum Re-  
gum , 12. 1. 5. habitum Persi-  
cum sumit , 12. 3. 8. sevit in  
firos , 12. 5. 1. Clitum interficit ,  
12. 6. 3. inedia mori vult , 12.  
6. 15. vult adorari , 11. 11. 11.  
12. 7. 1. Saxum, quod Hercules  
non poterat, expugnat , 12. 7.  
13. Porum vincit , 12. 8. 5.  
in urbem hosticam solus de-  
silit , 12. 9. 5. vulneratur , 12.  
9. 12. Statyram Darii F.  
ducit , 12. 10. 9. 25 alienum  
militum solvit , 12. 11. 1. eorum  
seditionem compescit , 12.  
11. 8. satellites ex Persis le-  
git , 12. 12. 4. Ephæstionem  
capit , 12. 12. 12. venenum  
bibit , 12. 13. 8. militibus vale-  
dicit , 12. 13. 4. moritur , 12. 16.  
1. eius elogium , 12. 16. per  
tot. mortem ejus consequentia ,  
13. 1. & seqq. corpus ad  
Hammonem delatum , 13. 4.  
6. Alexand. etiam mortui re-  
verentia apud suos , 13. 4. 4:  
15. 2. 14. Gracorum exules  
restituit , 13. 5. 2. Athenas de-  
leturus erat, si vixisset , 13. 5.  
7. Alexand. favor , 13. 6. 12:  
14. 1. 8. terror apud Carthag.  
12. 15. 1. post eum omnes du-  
ces fastidunt Argyraspides , 14.  
2. 7. Alexand. militum opera  
Magnus factus , 14. 2. 10. Alex.  
mortali manu cadere, fas non  
fuit , 14. 4. 12. Lysimachum  
leoni objicit , 15. 3. 7. Sandro-  
cortum interfici jubet , 15. 4. 16.  
ejus rota domus à Cassandro  
sublata , 14. 6. 6. & seqq. 15. 2.  
3. 16. 1. 15. eodem modo vin-  
dicatur , 16. 2. 5.
- Alex. Magni filius Indorum rex ,  
12. 7. 10.
- Alexander Lyncestarum frater ,  
11. 2. 1. hic Curio est Alex. Ly-  
nceus , 7. 1. 6. propter insidias  
Alexandro paratas in vincula  
conjicitur , 11. 7. 2. occiditur ,  
12. 14. 1.
- Alexander Cassandri , 16. 1. 5.
- Alexander Pyrrhi , 18. 1. 3. ce-  
dem parentis ulciscitur , 16.  
2. 9.
- Alexandria Ægypti conditur ,  
11. 11. 1. 3. auxiliata à Cleo-  
mene ,

# INDEX.

- mene, 13. 4. 11.  
 Alexandria ad Tanaim conditur, 18. 5. 12.  
 Alienare, pro occultare, 18. 3. 9.  
 alienaris rebus, hoc est, recedente  
 fortuna & mutato priori stru-  
 mante, 13. 6. 10.  
**Allegare**, hoc est, prætexere, 16.  
 1. 10.  
**Alligare** vulnus, pro obligare, 15.  
 3. 13.  
 Alludere: infans veluti ad no-  
 tam allusit, 1. 4. 12. quod visu  
 cognoscere eleganter dixit Virgil.  
*Elog. 4. in fin.*  
 Alpes à Tuscis occupatæ, 20.  
 5. 9.  
 Altera, pro alterutra, 11. 12. 10. non  
 pro alia, mea quidem animo  
 tuis intercesseris iauratæ Dux et  
 reges iaceat Diod. 17. 54. ita ia-  
 fras, 16. 5. 15.  
 Amadas, amicus Alexandri, 12.  
 1. 8.  
 Amarior minister regni, quam  
 ipse rex, hoc est, affterior immittit,  
 officiorum tributariorum ex-  
 auctor, 16. 1. 14.  
 Amazones Scythæ, 2. 1. 3. earum  
 origo, 1. 4. 1. & 27. more, 2.  
 4. 4. quare ita dictæ, 2. 4. 11.  
 durant ad Alex. usque, 2. 4.  
 32. ad quem earum Regi-  
 na proficiscitur, 2. 4. 33:  
 12. 3. 5.  
 Ambigeri regis subdici, tela ve-  
 neno tingunt, 12. 10. 2.  
 Ambitio vulgi (sicut sup. adulatio  
 vulgi) 12. 15. 11. Vide quo na-  
 turæ Cl. Herennius, ad prolog.  
 p. 5. 1.  
 Ambri superantur ab Alex. 12.  
 9. 4.  
 Amici, hoc est confiliarii, procives,  
 vel amici, 11. 9. 5. & 12. 12. 8.  
 Amicior, 2. 10. 11.  
 Amicitiam jungere, 9. 4. 3. face-  
 re, 12. 2. 6.  
**AMICITIAE** regie fragilitas, 12.  
 6. 3.  
**AMICITIAS** utilitate, non  
 fide colere, 9. 8. 9.  
 Ammonis templum, 1. 9. 3; 11.  
 11. 7. reliqua vide in Ham-  
 mon.  
 AMOR memorie justæ imperan-  
 tum, 4. 2. 5.  
 Amphipolitana arx, 14. 6. 13  
 Amphictyon rex Athen. 6. 9.  
 Amplius, tam magnitudini est,  
 quam continuam vocant (ut ali-  
 bi), quam numeri, ut, 3.  
 3. 5.  
 Amyntas Macedon. Rex, 7.  
 2. 13.  
 Amyntas alter, Menelai filius, 7.  
 4. 3.  
 Amyntas dux Philippi in Asiæ, 9.  
 5. 8.  
 Amyntas Alexandri consohrinus  
 ab eodem interfactus, 12. 6. 14.  
 videtur autem suisse idem cum su-  
 periori.  
 Amyntas Alex. præfetus, in di-  
 visione Imperii ejus Bactria-  
 nov sortitur, 13. 4. 23.  
 Anaxarchus Philoiphus, 12.  
 13. 5.  
 Anaxilanus tyrannus Siculus, ini-  
 gnis: justitia, 4. 2. 4.  
 Anc ps certamen, hoc est, dubium,  
 11. 9. 9.  
 Ancora, Seleuci & generis ejus  
 naturalis nota, 5. 4. 9.  
 Andrægoras, regii Partho-  
 rum sanguinis auctor, 12.  
 4. 12.  
 Andromache Hectoris, mox  
 Heleni conjux, 17. 3. 6.  
 Angustiz Thermopylarum, 2.  
 11. 2.  
 Anhælans inopia, hoc est, summa, 9.  
 1. 6.  
 Animorum pro animi, & hoc  
 pro audaci, 13. 5. 13.  
 ANIMOS injuria, & indignitas  
 acuit, 3. 5. 4.  
 Annibal Hasdrubalis, 19. 2. 2.  
 Anno eodem quo Roma à Gallis  
 capta, pax tota Græcia exxit  
 6. 6. 5.

# INDEX.

- Anno uno eodemque Athenæ expugnatae , Darius mortuus, Dionysius exul, 5.8.7.
- Ante diem, pro ante dies hoc est, aliquod tempus, 6.7.7. nisi est, eodem die, ut ante Kalendas in 1.13. & 1. 56. Paragraph. 5. de V.O.
- ANTE, experimentum belli, nimium suis viribus fudit Xerxes, 2. 10. 24. ante jactum sagittarium ad hoitem veniunt Athenienses, 2.9.11.
- Ante omnia, 11.1. 1. loquitur ita Marianus in 1. 23. de probat. & Valens 1.2.2. de alim. legat. & suctio, in Calig. 21.5.
- Antelucanum tempus , 1.6.2.
- Antenor Venetorum conditor, 20.1.8.
- Antigenes amicus Alexand. 12. 12.8.
- Antigonus in divisione imperii Alexan. majorem Phrygiam consequitur, 13.4. 14. bellum cum Perdicca gerit, 13. 6.8. Eumenem vincit, 14.2. 2. iterum, & Argyraspidas, 14.3. 2.3 quibus traditum, 14. 3.12. in custodiâ habet, 14.4.21. sociis prædæ partem negat, 15.1.1. Rex appellatur, 15. 2. 10. occiditur, 15.4.22. Philippo & Alexandro Regibus, in omni militia focius, 16.1.12.
- Antigonus modo dicti nepos, 17. 2.10.
- Antiochia à Seleuco, ex nomine patris condita, 15.4.8.
- Antiochus Seleuci pater, 13.4.17. clavis inter Philippi duces, 15.4.3.
- Antiochus Soter , Seleuci filius, 17.2.10.
- Antiope Amazonum Regina, 2. 4.20. captam ab Hercule forem traditis armis liberat, 2.4.15.
- Antipater inter amicos Philippi, 9. 4. 5. Macedonizæ præfctus, 11.7.1. Agidem & Sparanios vincit, 12.1.8, & 9. cum supplemento tironum ad Alex. evocatur, 12.12.9. auctor necis Alexandri, & quare, 11. 14. 1. nascendo Regi tutor constituitur, 13. 2.14. Græcie præponitur, 13.5.8. Antigonum contra Perdiccam iuvat, 11. 6. 9. Eumeni auxilia mittit, 14. 2.4. Macedonum insidiis petitur, 14.4.1. amarior semper minister regni fuit, quam ipsi Reges , 16. 1. 14.
- Antipater superioris nepos, matrem occidit, 16.1.1. regno exiuit, 16. 1. 19. interficitur à Lysimacho locero, 16. 2. 4.
- Antiquitas, 12.2.11. Siciliz fabulosa , hoc est , antiquorum de siciliâ narrationes , 4.1.8.
- Antifites , pro sacerdotibus , 11. 11.7.
- Anulus cum insculptâ ancorâ, inventus in lecto matris Seleuci, 15. 4.5. anulum suum Perdicca tradit moriturus Alexander , 12.15.11.
- Anxie , hoc est , diligenter, 1.4. 11.
- Apium usus inventus , 13.7. 10.
- Apis AEgyptiorum Deus , 1. 9. 2.
- Apollo Seleuci parer creditur, 15. 4. 3. virginum raptor, 13. 7.7.
- Apollinis templum, 2.12. 8. spoliatur à Phocens. 8.1.8. Apollini consecratur gladius Pausaniæ , quo Philippus occidit, 9.7.13. campi Antiocheni dicantur , 15. 4. 8.
- Apollinem legum suarum auctorem facit Lycurgus , 3.3. 10.
- Apollonia, 15.2.1.
- Apollonienses , pro Scythis auxilium à Philippo petunt , 9. 2.1.
- Appellare regem , pro facere , aut declarare, 13.1. 1. ita hostem, 13. 8.16.

# INDEX.

8. 16.  
**A**ppius Claudius , *vide C.*  
 Applicuit ad littus , *hoe eſt appu-  
 lit* , 12. 4. 21. applicituri . 2. 12.  
 2. applicare , *actiue pro admo-  
 nere* , 11. 15. 6.  
**A**ppellorum bellum cum Ale-  
 xandro Epir , 12. 2. 5. fatum , 12.  
 2. 10.  
**A**quila dux in culmine domus ,  
 nascente Alex. 12. 16. 5. aquila  
 aurea Clearcho in publicum  
 prodeunti prælata , 16. 5. 9.  
 aquila in acie Locrensum  
 contra Croton . 20. 3. 7.  
**A**rabiæ pars in divisione imperii  
 Alexandri Ptolemaeo cedit ,  
 13. 4. 10.  
**A**racos in divisione imp.  
 Alex. Sibirtio cedunt , 13. 4.  
 22.  
**A**racus , juventutem ad sobolem  
 generandam domum remit-  
 tendi , auctor Spartanis , 3.  
 4. 8.  
**A**ra 12. à veniente in Asiam  
 Alexandro statutæ , 11. 5. 4. ad  
 ostium Indi , 12. 10. 6.  
**A**ratio inventa ab Atheniensib.  
 2. 6. 5.  
**A**raxes 8. 1. 8. 2.  
**A**rbaetus Medorum præfectus , 1.  
 3. 2. Rex fit , 1. 3. 6.  
**A**rbiter pacis & belli Græcorum  
 quomodo factus Persarum  
 Rex , 5. 2. 11. Arbitrium autem  
 hic possestat est , ex sola arbitrii vo-  
 luntate dependens , ut & alia ,  
 arbitrium vita , & necis , &  
 familia .  
**A**rbitria Principum , pro legi-  
 bus , 1. 1. 2. ita 2. 7. 3. libido Re-  
 gum pro legibus arbitria pro im-  
 periis , 11. 2. ita Tacit. A. 6. 51. 5.  
 & Inflatus in locis , que de-  
 monstrat Index in voce Arbit-  
 ter .  
**A**rcadiæ regnator Aristeus mel-  
 lis usum primus invenit , 13.  
 7. 10. *vide Virgil. in Georg.* Arca-  
 des Spartanos vincunt , 6.  
 6. 7.
- ARCANORUM Regis particeps Hat-  
 pagus , 1. 4. 6. Ita apud Curi. 6. 8.  
 14. arcyanorum Regis arbitri Philo-  
 lotas .  
**A**rceslaus in divisione imperii  
 Alexandri Mesopotamiam for-  
 titur , 13. 4. 23.  
**A**recessere , 1. 4. 5.  
**A**rchelaus Amyntæ , 7. 4. 5. Oc-  
 cidiatur à fratre Philippo , 8.  
 3. 10.  
**A**rchidamus Lac. Dux , 6. 6. 8.  
**A**thideus Amyntæ , 7. 4. 5. occi-  
 ditur à fratre Philippo , 8. 3.  
 II.  
**A**rchos in divisione Imperi-  
 Alexandri Pelasgos consequi-  
 tur , 13. 4. 2.  
**A**rdor Spartan. ex carminibus  
 Tyrtæi , 3. 7. 10.  
**A**rei in divisione Imperii Ale-  
 xandri Statonori cedunt , 13. 4.  
 22.  
**A**rgæus Rex Macedon . 7. 2. 2.  
**A**rgæus Apollinis ex Cyrene fi-  
 lius , 13. 7. 7.  
**A**rgenifodina in Thraciæ , 8. 3  
 12.  
**A**rgenteis clypeis ornati Alexan-  
 dri milites , 12. 7. 5.  
**A**rgi receptaculum exulum  
 Athen. 5. 9. 4. eloquentia De-  
 mosthenis persuasi , Atheniensib.  
 junguntur , 13. 5. 10.  
**A**rgumentum , pro signo , indicio  
 12. 15. 3. 15. 4. 9.  
**A**rgyrapidæ , 12. 7. 5. vincuntur  
 ab Antigono , 14. 3. 1.  
**A**riarathes Artaxerxis , 10. 1. 1.  
**A**riarathes Cappadocum rex , 13.  
 6. 1.  
**A**ridæus Philippi , Alexandro  
 succedit , 9. 8. 2. quamvis ab  
 ipso præterius , 12. 15. 9. no-  
 minatur pro successore à Me-  
 leagro , 13. 2. 8. recusat à  
 Ptolemaeo , 13. 2. 11. rex ap-  
 pellatur à miliribus , 13. 3. 1. ne-  
 catur ab Olympiade , 14. 5.  
 10.  
**A**ristæus Cyrenem condit , 13. 7. 1.  
 mellis usum invenit , 13. 7. 10.

# INDEX.

- Aristides** prædicionem Pausaniam dægit, 2.15.16.  
**Aristoteles** Alexandri Callisthenisque præceptor, 1.5.17. Aristotelis iaus, 12.16.8.  
**Arma** Amazonum inter Herculis stipendia, 7.4.18.  
**ARMIS** non pretio summoven-  
dus hostis, 6.1.6. **ARMIS** non  
muis defensia Sparta, 14.  
5.6.  
**Arma** movere, 2.8.1. **arma**, *pro  
bellis*, 7.3.6.  
**Armare sagittas veneno**, *hoc est,  
singere, imberere*, 12.10. 2. *ita fer-  
rarique armare veneno*, *et, cala-  
met armare veneno*. Virg. *Aen.* 9.  
773. &c., 10.140.  
**Armati** convenient **Alexandri**  
amicis 13.2.4.  
**Armenii** in divisione imperii  
**Alexandri** Phrasaferni cedunt,  
13.4.23.  
**Arpi** à Diomede conditi, 20.1.  
10.  
**Arrogantiae** effectus, 13.8.2.  
**Artuba** à Philippo regno exui-  
tus, 7.6.11:8.6.7. regnum suum  
novis legiosis infirmit, 17.3.  
13.  
**Ars bellandi**, 19.1.1. *ua Flor.*  
3.2.  
**ARTE** quæstis remediis locorum  
via molliuntur, 2.1.6.  
**Arsonoë** Lysimachi uxori, privi-  
gnum veneno tollit, 17.1.4. à  
fratre in matrimonium peti-  
tur, 17.2.7.  
**Artabanus** Xerxem obtruncat, 3.  
1.2.  
**Artaphernes**, Darij frater, litem  
inter Xerxem ac fratrem ejus  
diими, 2.10.9.  
**Artaxerxes** *Lacrimans*, 3.5.3.  
**Artaxerxes** (*Mæmo-*) Persepoli-  
 rex, 5.8.13. Darii F.5.1.1. bel-  
lum cum fratre gerit, 5. 11.5.  
Conona clavis sue preficit, 6.  
1.9. Græco, ab armis discedere  
jubet, 6.6. 1. filios 115. haber,  
17.1.1. ex quibus melius insi-  
gias habi struentes, interficit,
- 10.2.6. **Artaveres** Pasi idem quod  
**Mydas** a phœniciis magnus bellan-  
tor, ut doces Herodotus, 6.90. five-  
re Ammian. Marcell. 19.4, bello-  
rum vitori.
- Artemenes** cum fratre Xerxe de  
régo disceperat, 2.10.2.  
**Arthemis** audacia, 2. 12.  
23.  
**Ascalonii** cum Phœnicibus bel-  
lum gerunt, 18.3.5.  
**Asia** subacta à Cyro, 1.8.1. à  
Scythis, 2.3.1. iis per 1500. annos  
vestigialis, 2.3.1.7. in ditione  
Ath. 4.3.5. dubiū tamen: vide, Gra-  
cia in dit. Athen. affectatur à  
Spart. 6.1.1.6. 2.7. valetatur ab  
Alcib. 5.4.6.  
**Asia** Periarum juris, 9.5.8.  
**Asiz** civitates quædam ab Ama-  
zon. subacte, 2.4. 14.  
**Alpsia**, Cyri pellex, 10.2.2.  
**Aspernari**, *hoc est*, dediquari, 13.  
6.4.  
**Affentari**, 1.1.6.1.  
**ASSIDVVM** inter pares discor-  
diz malum, 16.3.1.  
**Affignare** alicui provinciam, *pro  
decernere* 33. 4. 14: 15. 3.15. cu-  
stodibus, *pro dare* in custodiam,  
14.4.21.  
**Affumere** socium cœptis (*quod in  
societatem aesciverit*, Cato. 8.6. 12.  
dixit) 2. 6.1. affumere in mu-  
rimonium, *hoc est, ducere*, 2.4.  
24. in societatem consilii, 3.1.5.  
ducem, 3. 4. 8. affumere, *pro  
fuerit*, 12. 1. 8.  
**Affyrii** 1300. annis imperarunt, 1.  
2.13.  
**Affyriorum** rex Ninus, 2. 3.18. Af-  
fyrie stagnum à Phœnicibus  
habitatum, 18.3.3.  
**Asteropæus** pro Trojanis pu-  
gnat, 7.1.5.  
**Astyagis** somnium, 1.4.2. crudeli-  
tas in Harpagum, 1.5.6. bellum  
cum Cyro, 1.6.10.  
**Atheas** Scytharum rex, 9.2.1.  
Philippi astu vincitur, 9. 2.  
16.  
**Athenæ** veluti templum litera-  
rum,

# INDEX.

- rum, 2.6. 6. patria communis eloquentiae, 5. 9. 9. Minervae sacre, 2.6. 9. ex integro conduntur, 2. 15. 1. capiuntur à Spart. 5. 8. 6. à Persis diruta, Persicis spoliis à Lacedemoniis; Laconicis restituantur, 6.5.10. alter occlusus Gracie, 5.8.4.  
**Athenienes** Amazonas vincunt, 2.4.2. Athen, origo, 2.6. 12. laus, 8. 2. 12. cupiditas imperandi, 4.3.5. 5. 1. 6. nomen unde, 2. 6. 29. bellum cum Dario, 2. 9.7. 200. naves fabricant, 2.12. 12. primam gloriam ex victoria Persica reportant, 2.14. 10. Xerxem vincunt, 2.15.20. bellum cum Lacedemoniis gerunt, 3.2.1. classem in AEGyptum mittunt, 3.6. 6. Syracusas obsident, 4. 4. 5. statum mutant, 2.7. 13. & seqq. iterum, 5. 3.5. omnem ditionem amittunt, 5.7.3. tyrannos exiungunt, 2.9.6.5. 10. 4. Ab omnibus odio habentur, 5. 1.6. vincuntur à Philippo, 7.6.6.9.3. 9. bellum Laniacum, in Gracie movent, 13.5.1.  
**Athenienes** eloquentes, 5. 2.6. superbii, 5.3.6. periti rei nauticae, 6.1.8.  
**Atheniensium** virtus cum Epaminonda extincta 6.9. 1. similitas cum Doriensib. 1.6. 16. bellum cum Antipatro, 13. 5. 8.  
**Athis**, Cranai filia, Atticæ nomen dedit, 2.6.8.  
**Attalus** dux Philippi in Asia, 9.5. 8. Pausaniz illudit, 9.6.6. ab Alex. interficitur, 12. 1. 14. Attalus alias, Alexandri dux, 13. 3. 2.  
**AVARITIA**, bellorum mater, 2.2. 12.  
**Auctor**, pro Histroico, Praef. 2. ita Iuv. 29. 2. 51. pro suatore, 2.9.10. &c. 2.8. 1. 12. 15. 3. 3. 10. 3. 4. 8. ita Eust. 4. 7. 39. Quamvis ambor
- angustius quid sit, vide Sueton. Tiber. 2.7.5. pro duci, 3.4.9. ibi, sic ipsum spei tunc se, antorem, nam eodem loco: ibi, nascendi auctorem, pro suatore ponitur. pro causa, 5. 4. 12. 14. 7. 4. pro teste 11.1.8. ita apud Flor. 1.16.29. pro inventore, 12.14.1. auctores, pro consideribus, 20. 1.11.  
**Auctor** capra, 7.1.9.  
**Audacia** muliebris, 2.12.23.  
**A V D E N D U M** aliquid pro Patria, vel cum periculo, 5. 9. 6.  
**Angarium**, 11.7.5.  
**Avitus mos**, 1.1.4.  
**Auraria**, hoc est, aurifodina, 8.3.12.  
**Aurez Coronæ**, vide C.  
**Aurata vestis** Persarum proceribus, 12.3.9.  
**Anreis** compedibus vincit Reges, 5.11.4. 1E.15.1.  
**AVRVM** argentumque scelerum materia, 3. 2. 12. auri & argenti nulla cupido Scythis, 2.2.7.  
**Auspicari**, pro incipere, à veteri more, quo pleraque auspicio incipere solebant, 5.8.12.  
**Auspicium** pro quovis omni, 15.3. 14.  
**Authocus Apollinis F.** 13.7.7.  
**Auxilia**, tam pro propriis viribus, quam sociorum, insuper machinis, pecunia, & quidquid bello gerendo est, 1.6.10. vide Flor. 2.8.22. auxiliis, pro refugio 5.9.4. auxilium ferre, 13.6.9. in auxilio alicuius esse, 5.11.10.

## B.

- B** abylonia, pro Babylone, 1.2. 7. 1E. 12.12. 10. 11. 12.13. 6. vide salmas. in Solin: pag. 122.5. D.2.  
**Babylonia** conditur, 1. 2.7. vñscitur à Cyro, 1. 7. 4. caput à Seleuco, 15.4.11. in divisione

35 superius

# INDEX.

- imperii Alexandri Penesest  
 cedit, 13. 4. 23. Babylone mor-  
 tuus Alexand. 12. 16. 1. Baby-  
 loniorum studium Altronoma-  
 mia, 20. 4. 3.  
**Baccabasus** Artabani consilia  
 prodit, 3. 1. 6.  
**Bactriani Scytharum progenies**,  
 2. 1. 3; 2. 3. 6. à Seleuco expu-  
 gnantur, 15. 4. 11.  
**Bactriana vltior in divisione**  
 imperii Alexandri priores  
 prefectos retinet, 13. 4. 19.  
 citeriorem Amyntas sortitur:  
 (nisi forte hic pro Bactrianos, Bar-  
 baros, ut apud Curt. 3. 2. 9, le-  
 gendum sit), 13. 4. 23.  
**Barba & capillus promissi**, ad  
 movendum misericordiam,  
 4. 4. 1.  
**Barbaria pro regionibus Barbaro-**  
 rum (Thucyiddi, 1. 1. 13, & alibi,  
 est, Tō Βαρβαρού 12. 6. 16.  
 pro Barbaris, 12. 3. 3).  
**Barbaries pro Barbaris**, 9. 5. 7. Bar-  
 baries Scythica cultis Græ-  
 corum moribus melior, 2.  
 2. 14.  
**Baree**, 1. 7. 7. alia ab Alex. con-  
 dita, 12. 10. 6.  
**Barsene** Alexandri conjux, 11.  
 10. 2. hoc etiam Barsene per i scri-  
 bitur, 13. 2. 7. iussu Cassandri oc-  
 cidiatur, 15. 2. 3.  
**Battus Arystai muti cognomen**,  
 13. 7. 1.  
**Bellicum canere**, hoc est, clasticum  
 12. 15. 11.  
**Bellum**, pro pralio, 2. 4. 29: 9. 4. 4;  
 15. 4. 1. 2. 10.  
**BELLI certamen anceps**, 2. 3. 11.  
**Belli tempestas**, 3. 6. 12. ita Flor.  
 2. 6. 16: 4. 2. 4.  
**BENEFICIO** fides obstringitur,  
 2. 15. 14.  
**BENEFICIIS** qui vincitur, vere  
 victus est, 11. 12. 8.  
**BENEFICII** grata memoria, 3. 4.  
 18. quam ultioris honestior  
 occasio, 16. 3. 11.  
**Bergamum**. *Vide* Vergamum,
- Beroē Pyrrhi nutrix, 17. 3.  
 19.  
**Bessus** Darii interfector excru-  
 ciatur, 12. 5. 10.  
**Biformis** Cecrops, & quare, 2.  
 6. 7.  
**Bitumen** ex quo muri Babyl. 1. 2.  
 7. Bitumine stratum intrinse-  
 cus solum Siculum, 4. 1. 3.  
**Boeotia**, 2. 14. 3. vetus Macedo-  
 niae appellatio, 7. 1. 1.  
**Boeoticum** imperium perdunt  
 Thebani, 3. 6. 10.  
**Boeotii** Heracleam condunt, 16.  
 3. 7.  
**Boeotii**, *pro Thebas* 8. 4. 4.  
**Bovis corio rectum** Carthaginis  
 solum, 18. 5. 9.  
**Brachia** muri, hoc est, partis in longi-  
 tudinem, brachiarum in stans porre-  
 tie, 5. 8. 5: 5. 9. 12. ita Liu.  
 31. 26. 8. τὸ στάθμης επίσης  
 sunt Graeci.  
**Brixia** à Gallis condita, 20. 5. 8.  
**Brundusium**, 3. 4. 12. ab Aetolis  
 conditum, 12. 2. 7.  
**Bruttii** cum Tarentinis bella  
 gerunt 12. 2. 1. Alexandrum  
 Epirotam cedunt, 12. 12. 14.  
 Græcorum foboles, 20. 1.  
 14.  
**Bubares** Persa Amyntæ Macedo-  
 num Regis filiam ducit, 7.  
 3. 9.  
**Bubulum** caput in fundamentis  
 Carthaginis, 18. 5. 15.  
**Bucephale** urbs ex nomine equi,  
 12. 8. 8.  
**Bursia** urbs trans Eufratēm, 12.  
 13. 4.  
**Byrsa** quare dicta, 18. 5. 10.  
**Byzantium** oblitetur à Philippo,  
 9. 1. 3. obūdio solvitur, 9. 2.  
 10.

## C.

- C**aduca bona, 19. 3. 6.  
 Cadusii, 10. 3. 1.  
 Cædem cedere, 2. 11. 3.  
 Callisthenes

# INDEX.

- Callisthenes**, Alexandri acta memoria prodiit, 12.6.17. interficitur, 12.7.22. 15.3.6.  
**Cambyses**, Astyagis gener, 1.4.4.  
**Cambyses**, Cyri F.1.9.1.  
**Campani à Græcis conditi**, 20.1.  
 14.  
**Campi Themiscyrei**, 2.4.2. Marathonii, 2.9.9. Adraitii, 11.6.10.  
**Candaules rex Lydorum**, 1.7.14.  
**Canere bellicum**, 12.15.11.  
**Canina vesci solitum Carthaginie**, 19.1.10.  
**Canis femina**, 1.4.10. Persis Spacos, 1.4.14.  
**Canis cum Calisthene caveæ inclusus**, 15.3.5.  
**Capere**, pro recipere, amplecti, 2.10.  
 19 : 2.13.10. pro occupari, meta phorū, ab nebibus, &c. ad animalia, 2.9.10. ita fere, 2.14.6.  
 pro decipere, 8.5.1 : 13.6.5. capere arma, 2.11.15. gaudium, 10.  
 1.3. prædam, 5.4. 8. spem, 6.  
 7. 1. consilium, 10.1.4. animal vincendi, 7.2.10. ita fere impetu moriendi Suet. Oth.9.6.  
 ita Senec. epist.78. sepe imperium epi abrumpta vita, vide Indic. Taciti in capere. capi amore, 7.3.9. cupidine, 12.7.13.  
**Capessere fugam**, 7.3. 11 : 8.2.4.  
 pugnam, 2.11. 2. prælium, 2.  
 12. 21.  
**Capillus**, & barba promissi ad mouendā misericordiam, 4.4.1.  
**Capital**, hoc est, capitale faciunt, 2.7.8. ita Plaut. in Menachm. tamē capital fecerit.  
V O S S Y , T H Y S Y , &c.

*Editio accuratissima ,*

Accurante S. D. M. C.

T O M V S S E C V N D V S .



L V G D V N I ,  
S u m p t i b u s CLAVDII BOVRGEAT ,  
s u b signo Mercurij Galli .

---

M. D C. L X X .

C V M P E R M I S S V .

RECORDED  
BY VICTORIAN  
MUSEUM  
NOTES AND  
MEMOIRS  
OF THE  
HISTORICAL  
AND  
ARTISTIC  
INTEREST  
OF  
THE  
CITY  
OF  
LONDON



I V S T I N I  
HISTORIARVM PHILIPPICARVM,  
& totius Mundi originum, &  
Terræ situs,

EX TROGO POMPEIO.

P A R S A L T E R A.

L I B E R X X I.

B R E V I A R I V M C A P I T V M.

- 1 Dionysij junioris artes tyrannice describuntur.
- 2 Ejusdem luxuria, crudelitas, doli, exilium, tyrannia in Locrenses.
- 3 Callido commento Locrenses spoliat, et obtruncat, ac Syracusas per proditionem recipit.
- 4 Hannonis, tyrannidem Carthagini occupare tentans, tragœdia.
- 5 Dionysius junior, Siciliae ejectus, Corinthi moratur.
- 6 Hamilcarem, cognomine Rhodanum, Alexandri consilia speculatum, ingrati Carthaginenses interficiunt.

## C A P. I.

**E**XTINGTe in Sicilia Dionysio tyranno, in locum eius milites maximam natu ex filiis eius, nomine Dionysium, suffecere; & naturae ius fecuti, & quod firmius futurum esse regnum, si penes unum remansisset, quam si portionibus inter plures filios diuideretur, arbitrabantur. Sed Dionysius inter initia regni, auunculos fratrum suorum, velut æmulos imperij sui, hortatorisque puerorum ad diuisionem regni, tollere gestiebat. Quare paucisper dissimulatum animum prius ad fauorem popularium conciliandum intendit; excusatius facturas quod statuerat, si probatus ante omnibus foret. Igitur nexorum tria millia è carcere dimittit, tributa populo per triennium remittit; & quibuscumque delinimentis potest, animos omnium solicitat. Tunc ad destinatum facinus conuersus, non cognatos tantum fratrum, sed etiam

CAP. I. 2. *Natura ius]* Herodotus, 7. 2. ait, *Esse apud universos homines institutum, ut maximus natu liberorum obtineat principatum.* Neque lex diuina quicquam patitur primogenito derogari. Deuteronomio, 21. 15. &c. Ius autem naturae esse jus gentium, notum est ex ictorum libris. (§. singulorum, 11. Instit. de rer. diuis. & §. vendit. 42. d. t. jure gentium, id est, jure naturali: quia scilicet naturalis ratio id inter omnes homines constituit. §. 1. Instit. de jure Nat. &c.) Cicero, 3. 5. de offic. Neque vero hoc solum natura, id est, jure gentium, &c. De Dionysio juniori lege Plutarchum & Probum in Dione, & Diodorum, 16. 5. cum seqq. & Gemistum. Bong.

*Si penes unum]* Vnde Stratius Atalio prudenter ingerit apud Liuium, 45. 19. 14. *Si parrem regni fratrem poteret, ambo infirmos distractis viribus, & omnibus iniurias obnoxios fore.*

3. *Auunculos fratrum suorum]* Reliquerat enim Dionysius ex duabus uxoribus liberos, Locrina tres, & Aristomacha, Dionis sorores, quatuor. Vide Plutarchum & Diodorum.

5. *Igitur nexorum]* Tacit. Histor. 4. 61. *Nouum imperium incheantibus, virili clemens fama.*

*Nexorum]* Vinctorum.  
6. *Non cognauerunt &c.]* Plutarchus in Demetrio, cap. 5. *Familia Regum* (Alexandro M. succendentium) pene omnes, frequentes habent liberos frequentes etiam, matru necres & uxorum. Nam fratrum parcidia, ut POSTVLA AT A geometra sumunt sic concedebantur habebanturque commune quoddam Postularum & regium ad securitatem. Quo exemplo Turcarum quoque Principes imperium à parcidis auspicantur. Bern.

etiam ipsos interficit : ut quibus consortium regni debet, ne spiritus quidem consortium relinquere ty-  
rannidem in suos priusquam in exteriores auspicatus.

CAP. II. Sublatis deinde æmulis, in segnitiam lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxit, adeo ut non solem, non puluem, non denique splendorem ferre lucis ipsius posset. Propter quæ dum contemni se putat, sœvitia grassatur; nec ut pater carcerem nexit, sed cædibus ciuitatem replete. Ob quæ non contemptior omnibus, quam iniurior fuit. Itaque cum bellum aduersus eum Syracusani decreuerint, diu dubitauit, imperium deponeret, an bello resisteret. Sed à militibus prædam & virbis direptionem sperantibus, descendere in prælium cogitur. Vixtus, cum iterato non felicius fortunam tentasset, legatos ad Syracusanos mittit, spondens se depositurū tyrannidem, si mitterent ad eum, quibuscum sibi de pace conueniret. In quam rem missos primores, in carcere retinet, atque ita incautis omnibus, nec quicquam hostile metuentibus, exercitum ad deleudam ciuitatem mittit. Fit igitur in ipsa vrbe anceps prælium : in quo oppidanis multitudine superantibus, Dionysius pellitur : qui cum obsidionem arcis tineret, cum omni regio apparatu in Italiam profugit tacitus. Exul à Locrensisibus sociis exceptus,

7. Tyrannidem in suos priusquam in exteriores auspicatus] Lege, ex ms. in suos, quam in exteriores. Quomodo loquuntur optimi scriptores. Voss.

CAP. II. 1. Sagittam] Adde, 34. 2. 7. & 38. 8. 1. 4. præcipue de Ptole-  
mai prodigiosa obesitate Athene-  
num longule à fine lib. 12. cum Aeliano var. histor. 9. 13. Bern.

Ex nimia luxur. oc. valer. cone.] Ni-  
hil enim est, quod certiore aut  
citiorem inducat caliginem iugi  
ingluvie : quia, ut ait Portunianus,  
edacissas cibosteris, sed oculos vo-

rat. Hæc Saresberiens. Polycrat. lib.  
8. cap. 6. m. vbi locus hic Trogi lan-  
datur. Bern.

Oculorumque valer. Ita Liuius,  
32. 34. 2. Vide supra notam ad 13.  
2. 11.

4. Eum Syracusani] Dionysio bel-  
lum intrulit cum Syracusanis Dion,  
de quo Plutarch.

8. Dionysius pellitur] Opera Dio-  
nis in primis. Bong.

9. A Locrensisibus] Vide Strabonē  
lib. 6. & Aelianum var. histor. 9. 13.  
Bong.

ceptus, velut jure regnaret, arcem occupat; solitamque  
 10 sibi sauitiam exercet. Conjuges principum ad stuprum  
 rapi jubebat: virgines ante nuptias abducebat, stupra-  
 tasque sponsis reddebat: locupletissimos quosque aut  
 ciuitate pellebat, aut occidi imperabat, bonaque eorum  
 inuadebat.

1 CAP. III. Dein cum rapinae occasio decesset, vniuer-  
 2 sam ciuitatem callido commento circumuenit. Cum  
 Reginorum tyranni Leophronis bello Locenses pre-  
 merentur, voverant, si victores forent, ut die festo Ve-  
 3 neris virgines suas prostituerent. Quo voto intermisso,  
 cum aduersa bella cum Lucanis gererent, in concionem  
 eos Dionysius vocat: horitur, ut uxores filiasque suas  
 4 in templum Veneris, quam possint ornatissimas mittant:  
 ex quibus sorte ducet centum, voto publico fungantur;  
 religionisque gratia, uno stent in Lupanari mense, omni-  
 5 bres ante suratis viris ne quis ullum attam net. Quae res  
 ne virginibus, voto ciuitatem soluentibus, fraudi es-  
 set, decretum facerent ne qua virgo nuberet, priusquam  
 illa maritis traderentur. Probato consilio, quo & su-  
 6 perstitutioni & pudicitiae virginum consulebatur, certatim  
 omnes feminæ impensis exornatae, in templum Vene-  
 7 ris conueniunt: quas omnes Dionysius immisis militibus  
 spoliat, ornamentaque matronarum in praedam suam  
 8 vertit. Quarundam viros ditiones interficit, quasdam  
 9 ad prodendas virotum pecunias torquet. Cum his ar-  
 tibus per annos sex regnasset, conspiratione Locorum  
 ciuitate

*Velut iure regn. &c.] Demosthe-  
 nes Philipp. 2. m. Rex & tyrannus  
 omnis est libertatis inimicus, & le-  
 gibui infestus. Livius, 44. 24. 1. Na-  
 tura inimica iure se sunt, libera  
 ciuitas & rex. Otanes apud Herodot. 3. 80. Vir grannus iura patria  
 labefactat; feminis vim adfere;  
 indemnatos intermit.*

*10. Locupletissimos, &c.] Aristote-  
 lies Politic. 5. 11. tradit, proprium*

tyrannorum esse, ciues reddere  
 pauperes, & ut Nero dixit apud  
 Suetonium cap. 32. hoc agere, ne  
 quis quidquam habeat: tum ut  
 exhaustis ciuibus facultatem adi-  
 mant noceadiitum etiam, quia ip-  
 sis in luxum & libidine pernoi-  
 sumptu est opus Bern.

*CAP. III. 2. Die festo veneris ]  
 Αὐτοῖς ταῦτα sunt Athenae lib. 3.  
 & 4. Veneralia quidam interpre-  
 tantur,*

civitate pulsus, in Siciliam redit. Ibi Syracusas securis 10  
omnibus, post longam intercapelinem pacis, per pro-  
ditionem recepit.

CAP. IV. Dum hæc in Sicilia geruntur, interim in 1  
Africa princeps Carthaginensium Hanno opes suas,  
quibus vires reipubl. superabat, ad occupandam do-  
minationem intendit, regnumque inuadere, interfec-  
to senatu, conatus est. Cui sceleri solennem nuptiarum 2  
diem filiæ suæ legit, vt religione votorum, nefanda  
commenta facilius tegerentur. Itaque plebi epulas in 3  
publicis porticibus, senatui in domo sua parat, vt  
poculis veneno infectis, secretius senatum & sine ar-  
bitris interficeret, orbamque rempubl. facilis inua-  
deret. Qua re magistratibus per m iustros prodita, sce-  
lus declinatum, non vindicatum est, ne in viro tam 4  
potenti plus negotij faceret res cognita, quam co-  
gitata. Contenti itaque cohibuisse, decreto modum 5  
nuptiarum sumptibus statuunt; idque obseruari non  
ab uno, sed ab vniuersis jubent, ne persona designata,  
non virtus correcta viderentur. Hoc consilio præuen-  
tus, iterum seruitia concitat, statutaque rursus cædium 6  
die, cum denuo se proditum videret, timens iudicium,  
munitum quoddam castellum cum viginti millibus  
seruorum armatis occupat. Ibi dum Afros, regemque 7  
Maurorum concitat, capitur, virgisque cæsus effossis  
oculis, & manibus cruribusque fractis, velut à singulis  
membris

tantur, sicut Bacchanalia, Satyra-  
lia, &c. Bern.

10. Securū omnibus] Vell. Pat. c.  
2. 118. Nemo celerius opprimitur  
quam qui nihil timeret; & frequen-  
tissimum in eum est calamitas,  
SECVRITAS. Bern.

CAP. IV. 3. Orbam[Senatu, quasi  
parentibus, destitutam. Bern.

4. Res cognitæ] Sæpe solum insi-  
diarum remedium est, si non inrel-  
liganeur. Tacitus Annal. 14. 6. Tali  
consilio, militum conspirationem

declinate conatus est Vacula, apud  
eundem, Histor. 4. 56. & declinavit  
Eteonicus apud Xenop. Hist. Græc.  
lib. 2. priuc. Bern.

Cogitato] Coniurationi & infidilitate  
hoc verbi competit. Suetonius Tib.  
c. 19. Tormentis expressa confessio  
cogitati facinoris. Et in Calig. c. 12.  
Et si non de perfecto, at certe de co-  
gitato parricidio professus. Ita Cur-  
tius, 6. 10. 18. & 8. 7. 18. Bern.

7. Velut à sing. membris pana  
exig.] In simili casu, simili acumine

membris pœnæ exigerentur, in conspectu populi occiditur: corpus verberibus lacerum in crucem figitur.

2 Filij quoque, cognati que omnes, etiam iunoxij, supplicio traduntur, ne quisquam aut ad imitandum scelus, aut ad mortem vlciscendam, ex tam nefaria domo supereret.

3 CAP. V. Interea Dionysius Syracusis receptus, cum grauior crudeliorque indies ciuitati esset, iterata conspiratione obsidetur. Tunc deposito imperio, arcem Syracusani cum exercitu tradidit; receptoque priuato instrumento, Corinthum in exilium proficisciatur. Ibi humillima quæque tutissima existimans, in sordidissimum vitæ genus descendit: non contentus in publico vagari, sed potare: nec conspici in popinis, lupanaribusque, sed totis diebus desidere: cum perditissimo quoque de minimis rebus disceptare, pannosusque & fqualidus incedere: risum libentius praebere, quam captare: in macello perstare; quod emere non poterat, oculis deuorare: apud ædiles aduersus lenones jurgari; omniaque ita facere,

Flerus, 3. 21. 48. Ut per singula membra morreretur. Plinius tamen lib. 8. cap. 16. sub finem, diuersam causam mortis Hannonis adserit. Bern.

8. Ad imitandum scelus] Hæc una est ex rationibus legis quintæ, C. ad l. Iul. Majest. cuius sanctio alias iniqua videri possit: quia scilicet in posteris exempla paterni, hoc est, hereditarij criminis meriuntur. Nota Cassiorum, Corneliorum, Brutorum, &c. historia. Bern.

C A P. V. 2. Deposito imp. arcem Syracusani] Timoleonti & Corinthiis e arcemque permisit. Legendus Plutarchus c. 17. & Probus in Timoleonte. Diodotus, 16. 17.

Syracusani] Ex quatuor veluti urbibus Syracusas constare scribit Cicero, quæ appellantur insula, Acradina, Tyche, & Neapolis.

Corinthum in exilium] Mirificum mutata in signiter conditoris speculum exhibens: Diodor. cap. 71. Inde natum prouerbium, Dionysius Corinthi. B. Quod extat in Cicer. ad Attic. 9. 9. Quintilian. 8. 6. Laertij Platone. Originem adagij tradit Plutarchus de garrul. c. 23. Adde Cicer. Tuscul. 3. 12. Valer. Max. 6. 9. Bern.

3. Humilima quæque tutissima] Seneca epist. 105. pr. Multi in contemptu remedij causa delirerunt, &c. Ut Brutus apud Litiuum, 1. 56. 9. Archelaus apud Dionem lib. 57. Claudius apud Suetonium in eius vita cap. 38. Bern.

6. Oculis deuorare] Hoc est, audie spectare. Ita Martialis, 1. 97. & oculis comedere, 9. 63. Bern.

7. Apud adiles aduersus lenones jurg.] Aedilibus enim cura foralicii popinarumque fuit: quæ prope

cere, ut contemnendus magis, quam metuendus videtur. Nouissime ludimistrum professus, pueros in trivio docebat, ut aut à timentibus semper in publico visderetur, aut à non timentibus facilius contemneretur. Nam licet tyrannicis vitiis semper abundaret: tamen simulatio hæc vitiorum, non naturæ erat; magisque hæc arte, quam amissio regali pudore faciebat, expertus quam inuisa tyrannorum forent etiam sine opibus nomina. Laborabat itaque inuidiam præteritorum, contemptu præsentium demere: neque honesta, sed tuta consilia circumspiciebat. Inter has tamen simulatio-  
num artes, insimulatus est affectus tyrannidis, nec ali-  
ter quam dum contemnitur, liberatus est.

CAP. VI. Inter hæc Caithaginienses tanto successu rerum Alex. Magni exterriti, verentes ne Persico regno & Africam vellet adjungere, mittunt ad speculādos eius animos Hamilcarem, cognomēto Rhodanum, virum solertia facundiaque præter ceteros insignē. Augebant enim metū & Tyrus vrbs, auctor originis suæ, capta: & Alexandria æmula Carthaginis, in terminis Africæ & Ægypti condita: & felicitas regis, apud quæm nec cupiditas, nec fortuna ullo modo terminabatur. Ig-  
tur

propterea, loca adilem metuentia  
vocat Seneca de vit. beat. c. 7. Vide  
Lips. ad Tacit. 2. Annal. Excur-  
su O.

Inzari] MSS. Bong. Modique  
iurgare, vi Cicero dixit, 4. de re-  
pub. Si iurgant, benivolorum con-  
cessatio est. Horatius tamen maluit  
illo vti, Satur. 2. 2. 99.

iure, inquit, Thrasius  
istu iurgauerit verbis. —

8. Nouissime] Ludum Co-  
rinthi aperuit Dionysius, Cicero  
lib. ix. epistolarum.

9. Natura] Freioshem. Natura  
mauult.

10. Neque honesta, sed rura  
cons.] Honesta uelibui cedunt in  
robis extremis: Liuius, 23. 14. 4.

Cedit interdum generosus spiri-  
tu utilitat, & fortuna viribus  
succumbit, ubi, nisi ruitiora eleg-  
re consilia, speciosa sequenti con-  
cedendum est. Valer. Max. 7. 6. 1.  
Bern.

CAP. VI. 1. Rhodanum] Quidam  
mss. Rhodonum: alij Rhodonem.  
Frontinus strategem, 1. 2. 3. Rhodi-  
num. Bong

2. Auctor orig.] Vide supra, 18.

3. 1. 3. Alexandria] Supra, 11. 11.

13.

4. Nec cupiditas] Seneca de Cle-  
ment. 1. 1. Facit audios nimia fet-  
ciras: nec tñ temperatae cupiditatis  
sunt unquam, ut in eo quod con-  
cigit, desinat: gradus à magnis ad

tur Hamilcar per Parmenionem aditu regis obtento,  
profogisse se ad regem expulsum patria singit, militem  
que se expeditionis offert. Atque ita consiliis eius ex-  
ploratis, in tabellis ligneis, vacua desuper cera inducta,  
cinibus suis omnia prescribebat. Sed Carthaginenses  
post mortem regis reuersum in patriam, quasi urbem  
regi vendicasset, non ingrato tantum, verum etiam &  
crudeli animo, necauerunt.

*majora sic : & spes improbissimas  
completuntur, insperata assurdi-  
similia Thucydides, 4.4.4. & 4.12.  
37. Diodorus, 19.1.*

*6. In tabellis lignis] Imitatione  
Democriti de quo superius, 2.1c.  
13. Aeneas in Pollorci, cap. 31.  
prater alios occulte scribendi  
modos, hunc ipsum quoque me-  
morat: nisi quod creta similiue  
terra non insusa cera scripturam*

deletam air. Unde etiam modus  
retengendi literas diuersus noster  
air etasa cera lectas esse tabellas:  
Aeneas, ligneam tabellam in  
aqia positam, eluta creta, scriptu-  
ram ostendisse. Bern.

*6. Vendicasse] Ita vert. quonio-  
do etiam legendum in Orosio lib.  
4. cap. 6. cuius ms. habet, indi-  
casset. Bong.*

## LIBER XXII.

## BREVARIUM CAPITVM.

- 1 *Agathoclis Siciliae tyranni pueritia, adolescentia, mis-  
sera conditio, felicitas bellica, non a dignitas, per-  
fidia, crudelitas, tyrannis.*
- 2 *Carthaginenses in Hamilcarem proditorem tacita  
suffragia ferunt.*
- 3 *Bella Agathoclis.*
- 4 *Syracusis à Carthaginensibus obsecsis, Agathocles  
audaci consilio bellum in Africam infert.*
- 5 *Exposito in litore Africa exercitu grani oratione  
suos ad pugnam accendit.*
- 6 *Discussa superstitionis nebula, & nauibus incensis  
Carthaginenses praliv superat, & urbes nobilissimas re-  
cipit.*
- 7 *Sicilianum Carthaginenses relinquere coguntur, &  
infeliciter cum Agathocle pugnant in Africa.  
Fatum acerbum Aphelle & Bonilcaris.*

**S** Agathocles totius Sicilia imperium occupat : in Africam reversus infeliciter pugnat : castra deserit : unde militum defectio : filiorum Agathoclis mors cruenta : & Agathoclis pax insta cum Carthaginensibus.

## C A P. I.

**A**GATHOCLES Siciliæ tyrannus , qui magnitudini prioris Dionyfij successit, ad regni majestatem ex humili & sordido genere peruenit. Quippe in Sicilia patre figulo natus , non honestiorem pueritiam, quam principia originis habuit. Siquidem forma & corporis pulcritudine egregius, diu vita stupri patientia exhibuit. Annos deinde pubertatis egressus, libidinem à viris ad feminas transfluit. Post hæc apud utrūque sexum famosus, vitam latrociniis mutauit. Interjeto tempore, cum Syracusas concessisset, accitusque in ciuitatem inter incolas esset, diu sine fide fuit ; Quoniam nec in fortunis quod amitteret, nec in verecundia quod inquinaret, habere videbatur : in summa gregariam militiam sortitus, non minus tunc seditiona, quam antea turpi vita, in omne facinus promptissimus erat. Nam & manu strenuus, & in concionibus

perfacundus

CAP. I. 1. *Agathocles]* Diodorus Siculus libro 19. numerat à capta Troia usque ad initium Agathocles tyranni annos 866. Est autem Troia à Gracis capta, ut testatur Plutarchus in Camillo, annis quadragesimae trigesima duobus ante conditam Romanam, hoc est, ante Christum natum mille centum octoginta tribus annis. Hinc perspicuum est, à condita Roma ad initium Agathocles esse interalium annorum quadragecentorum: trigesima quatuor, & Agathoclem post Alexandri mortem annis sex aut circiter tyrannidem suam inchoasse. *Strig.*

*Agathocles]* Lege Diodorum, l. 19.B. Itemque Polybium, 10.6. &c. & Suidam, cuius illa verba, τι δὲ ἦγε σε, τι δὲ εἰς τοὺς οὓς; non est affectus interpres. Nam hoc haud dubie sibi volunt, quod ista Ciceronis, Cælari mutuum cum Nicomede stuprum obiectantis, apud Suet. Cæs. 49.7. Notum est, & quid ille sibi, & quid ille ei dederu. Bern.

2. *Parre figulo]* Plutarchus in Apoph. c. 26. Aufonius Epigr. 8.B.

3. *Forma]* Forma elegans ac corpore valens. Diodor. 19.2. B.

*Exhibuit]* Vide Notas ad 9. 2.7. & 11. 10.9.

10 perfacundus habebatur. Breui itaque centurio ac dein-  
 11 ceps tribunus militum factus est. Primo bello aduersus  
 12 Aetnæos magna experimenta sui Syracusanis dedit. Se-  
 quenti Campanorum, tantam de se spem omnibus fe-  
 13 cit, ut in locum demotai ducis Damasconis sufficere-  
 tur. Cuius vxorem adulterio cognitam, post mortem  
 14 viri in matrimonium recepit. Nec contentus quod ex  
 inope repente diues factus esset, piraticam aduersus pa-  
 15 triam exercuit. Saluti ei fuit, quod socij capti tortique,  
 16 de illo negauerunt. Bis occupare imperium Syracusa-  
 rum voluit: bis in exilium actus est.

1 CAP. II. A Murgantinis, apud quos exulabat, odio  
 2 Syracusanorum, primo prætor, mox dux creatur. In co-  
 bello & vibem Leontinorum capit, & patriam suam Sy-  
 3 racusas obsidere cœpit: ad cuius auxiliū Hamilcar, dux  
 Pœnorum, imploratus, depositis hostilibus odiis, præsi-  
 4 dia militum mittit. Ita vno eodemque tempore Syracu-  
 sœ, & ab hoste, civili amore defensæ, & à ciue, hostili  
 5 odio impugnatæ sunt. Sed Agathocles, cum videret  
 fortius defendi urbem quam oppugnari, precibus per  
 internuntios Hamilcarem exortat, ut inter se & Sy-  
 racusanos pacis arbitria suscipiat, peculiaria in ipsum  
 officia

11. *Bello aduersiu Aetnæos.*] Ni-  
 bil mutandum. Aetna est oppidum  
 idem ac mons cui impositum, un-  
 de nomen fortitum; ut patet ex  
 Strabone, Plinio. Ptolemaeo, &  
 aliis. Ea ante *Inessa* appellabatur.  
*Voss.*

*Aetnæos* MS. *Echinæos*. In ve-  
 tusta editione, quam Lugdunen-  
 sis ex insigni typographicō sul-  
 picor, *Echinæos*. Quid si *Etnæos*,  
 aut *Ennæos* legas? Bern.

*Sui Syracusanu*] Hæc usque ad  
 (locum) absunt à bonis libris: quia  
 tamen sine iis manca esset oratio,  
 & in vno ms. reperiuntur, nihil  
 mutare ausus sum: quamuis ea  
 mihi valde suspecta sint. Belli in  
 Agrigentinos & Crotoniatas me-

minit Diodorus: de Aetnæis &  
 Campanis nullum verbum, & Da-  
 masco illi est Δάμας. Plurimum  
 autem in tota hac narratione ab  
 auctore nostro discrepat Diodo-  
 rus, ut qui quis ex lib. 19. & 20. vide-  
 re potest, Bong.

12. *Campanorum*] Nam hos in  
 Sicilia loca quædam tenuisse Dio-  
 dorus, 16.68. indicat Bern.

CAP. II. 1. *Murgantinis*] Popu-  
 lis Sicilia, à quibus *vitis* Murgen-  
 tina nomen accepit, quam & Pomi-  
 peianam appellant. Vide Plin. lib. 3.  
 c. 8. & lib. 14. c. 11.

2. *Leontinorum*] Sant & hi populi  
 Siciliæ. Vide Cluuerij Siciliam.

4. *Ita vno*] Ita sere supra, 6.5.11.  
 8. Ignibus

officia sua repromittens. Qua spe impletus Hamilcar, 6  
societatem cum eo, metu potentiae eius jungit: ut quan-  
tum virium Agathocli aduersus Syracusanos dedisset,  
tantum ipse ad incrementa domesticae potentiæ recipie-  
raret. Igitur non pax tantum Agathocli conciliatur: ve  
rum etiam prætor Syracusis constituitur. Tunc Hamil-  
cari, expositis ignibus cereis tactisque, in obsequia Pœ-  
norum iurat. Deinde acceptis ab eo quinque millibus 7  
Afrorum, potentissimos quoque ex Principibus inter-  
ficit: atque ita veluti reip. statum formaturus, populum 8  
in theatrum ad concionem vocari jubet, contracto in  
gymnasio senatu, quasi quedam prius ordinatus. Sic 9  
compositis rebus, immisis militibus populum obsidet;  
senatum trucidat: cuius peracta cæde, ex plebe quoque 10  
locupletissimos & promptissimos interficit.

CAP. III. His ita gestis, militem legit, exercitum-  
que constituit: quo instructus, finitimas ciuitates nihil  
hostile metuentes, ex improviso aggreditur. Pœnorum 1  
quoque socios, permittente Hamilcare, foede vexat:  
propter quod querelas Caithaginem socij non tam de  
Agathocle, quam de Hamilcare detulerunt: hunc ut do-  
minum & tyrannum illum ut proditorem arguentes: 2  
3

q. 10

2. Ignibus cereis] Nam in rebus  
sacris, qualis illa jurisjurandi, ce-  
reos adhibitos constat. Sebis. ta-  
men ignib. cereris legendum, certe  
vitij quid subesse purat. Bern.

Expositu ignibus cereis tactis-  
que, in obsequia Pœnorum jurat.]  
Peyraredi conjectura est: expos-  
tu ignibus sacris, tactisque, &c.  
Liuius Ita de Hannibale, lib. xx.  
Fama etiam est, Amibalem an-  
norum ferme nouem pueriliter  
blandientem pari Amilcar, ve-  
duceretur in Hispaniam, cum per-  
fecto Africo bello, exercitum co-  
trajecitur, sacrificarer, altaribus  
admorum, tactu sacru purejuncti-  
do ad ebum se, cum primum posser,

hostem fore populi Romani. Voss.  
Vide Not. 24. 2. 8.

Tactisque ] Virgil. Aeneid. 12.  
182.

Tango aras, mediosque ignes, &  
numina testor.

9. Potentissimos ] MSS. Fulden-  
ses ( ut & Bongarsiani ) portissimos  
quod pro eodem est. Significat  
enim principios & primæ notæ.  
Mod.

10. In theatrum ad concionem ]  
Nam Græcis & Græciensibus ple-  
risque Theatrum fuisse pro curia,  
foro, comitio, patet etiam ex Ci-  
cerone pro L. Flacco, c. 7. Diodoro,  
16. 85. Liuio, 24. 39. 1. Tacito Hist.  
2. 80. 6. Val. Max. 2. 2. 5. Frontino,  
3. 2. 6.

quo infestissimo hosti, fortuna & sociorum, interposita pacis.  
 4 ne, donata & sint: sicut ab initio Syracusa in pignus societatis  
 tis sint tradita, urbs semper Pœnæ infesta, & de imperio  
 Sicilia & Carthaginis amula: nunc insuper ciuitates socio-  
 rum eidem tirulo pacis addictas. Denuntiare igitur se,  
 hac breui ad ipsos redundatura, ac propediem sensuros,  
 quantum malum non Sicilia magis, quam ipsi Africa at-  
 6 rulerint. His querelis senatus in Hamilcarem accendi-  
 tur. Sed quoniam in imperio esset, tacita de eo suffragia  
 tulerunt, & sententias priusquam recitarentur, in vr-  
 nam conjectas obsignari iusserunt, dum alter Hamil-  
 7 car, Gisgonis filius, à Sicilia reuerteretur. Sed hæc cal-  
 lida commenta Pœnorum, & sententias, inaudita mors  
 Hamilcaris preuenit, liberatusque est fati munere, quem  
 8 sui per injuriam ciues inauditum damnauerant. Quæ  
 res Agathocli aduersus Pœnos occasionem mouendi  
 9 belli dedit. Prima igitur illi cum Hamilcare, Gisgonis  
 filio, prælij congressio fuit: à quo vicitus, maiore mole  
 to reparatus bellum Syracusalas concessit. Sed secundi  
 certaminis eadem fortuna, quæ & prioris, fuit.

**CAP. IV.** Cum igitur victores Pœni Syracusalas ob-  
 sidione cinxissent, Agathocles cum se neque viribus pa-  
 rem, neque ad obsidionem ferendam instructum vide-  
 ret; super hæc à sociis crudelitate eius offensis, deser-  
 tus

3.2. 6. Ausonio in prologo ludi 7.  
 Sapient. Bern.

**CAP. III. 6. In imperio esset.]** Tum  
 temporis consul, ut infra. 31. 2. 9. de  
 Hannibale loquitur auctor. Ita Ci-  
 cero de Arusp. respon. c. 17. Sacrifi-  
 crum bona Dea fieri en domo, qua  
 est in imperio, hoc est, in domo  
 Consulis. Plutarch. Cœf. c. 13. Bern.

Tatira de eo suffragia] Infra, 22.  
 7. 10. Capitolinus in Gordianis, cap.  
 12. tradit, quale fuerit apud Roma-  
 nos, senatu consuleum raciun, &  
 quare sic appellatum. Sed illud ab  
 hoc nostro diuersum est. Bern.

Vnam] Vna veterum suffragia

colligebantur. Hinc Virg. 6. Aeneid.  
 Quasitor Minos vrnam mouer.  
 Poëtæ autem passim semper iudi-  
 ciis, & suffragiis vrnam admouent,  
 in quas coniecta fortes exime-  
 bantur.

*A Sicilia ] In Siciliam legit .*  
 Freinsh.

7. *Inaudita mors]* Locus hic cum  
 depravate legeretur, Glareano ne-  
 gotium fecit: ego miss. lectionem  
 expressi, in qua nihil est, quod le-  
 ctorem morari possit. Bong.

9. *A quo vicitus]* Diodorus extre-  
 mo lib. 19. apud quem de Syracu-  
 salas obsidione nihil. Bong.

tus esset, statuit bellum in Africam transferre: mira  
 proiis audacia, ut quibus in solo virbis suæ par nō erat,  
 eorum virbi bellum inferret; & qui sua tueri non pote-  
 rat, impugnaret aliena; victusque victoribus insultaret.  
 Huius consilij non minus admirabile silentium, quam  
 commentum fuit, populo hoc solum professus, inuenisse  
 se victoriæ viam: animos illi tantum in breuem ob-  
 sidionis patientiam firmarent: vel si cui status præsentis  
 fortunæ displiceret, dare se ei discedendi liberam pote-  
 statem. Cum mille sexcenti discessissent, ceteros ad ob-  
 sidionis necessitatem frumento & stipendio instruit:  
 quinquaginta tantum secum talenta ad præsentē usum  
 auferit, cetera ex hoste melius, quā ex sociis paraturus.  
 Omnes deinde seruos, militaris atatis, libertate dona-  
 tos, sacramento adegit, eosque ad maiorem partem fer-  
 me militū nauibus imponit; ratus ex æquata vrriusque  
 ordini conditione, mutuam inter eos virtutis æmula-  
 tionem futuram: ceteros omnes ad tutelam patriæ re-  
 liquit.

CAP. V. Septimo igitur imperij anno, comitibus  
 duobus

CAP. IV. 1. Scaturit bellum in Afr.] Confer hinc cum Diodoro, 20.3. &  
 seqq. B. Val. Max. 7.4. Idem consilij  
 Antiocho Regi ab Annibale datum  
 est, ut bellum in Italiam traiceret.  
 Liuius, 34.59. Ita Frontinus, 1.3.8.  
 Scipio manente in Italia Hanniba-  
 le, transmisso in Africam exercitu,  
 necessitatem Carthaginensibus im-  
 posuit revocandi Hannibalem: sic  
 que à domesticis finibus in hostiles  
 ( sic emendit Frellush ) transiit  
 bellum. Bern.

1.2. & seqq. ] Multum intererit, ait  
 Scipio apud Liuium, 28.44.2. clie-  
 nos populare fines an eos viri ex-  
 ciudi que videas. Plus animi est in-  
 ferenti periculum, quam propul-  
 sanni, &c. Vide Amirati dissert. in  
 Tacit. 18.2. Adde Noram ad 11.6.9.  
 4. Ad ob sidionis neceff. Praferen-  
 dum videbatur. quod habent im-  
 pressi veteres, & ms. vnuus Bong.

edidit, ob sidionis necessitate.  
 Talenta] De Talentis alibi.  
 5. Seruos, militari statu, ] Ita  
 sup. 3. c. 6. Liuius, 22.57.11. Florus,  
 2.6.50.

Seruos &c. libertate donatos ] Serui enim alioquin militia erant  
 incapaces.

Sacramento] Juramento.

Ceteros omnes ad tutelam] Cum  
 fratre Antandro. Ne quid autem se  
 absente Syracusani mouerent, dis-  
 iunxit à se inuicem cognationes,  
 & maxime fratres à fratribus, pa-  
 rentes à liberis, ut qui domi mane-  
 bant, de amicis & propinquis, qui  
 cum Agathocle erant, solliciti,  
 quiescerent. Diodor. 20.4. Bong.

CAP. V. 1. Septimo igitur] Re-  
 stituendus est numerus in Dio-  
 doro, initio 1.19. Cum enim  
 lib. 20. 21. dicat, à Troia ca-  
 pta. ad. Agathoclis in Afri am-  
 expeditio.

duobus adultis filiis, Archagatho & Heraclida, nullo militum sciente quo veheretur, cursum in Africam dirigit. Cū omnes aut in Italianam præ datum se, aut in Sardiniam ituros crederent, tum primum, exposito in Africæ litore exercitu, consilium suum omnibus aperit. Quo in loco Syracusæ positæ sint, ostendit: quibus alius nullū auxilium supereisset, quam ut hostibus faciant, que ipsæ patientur. Quippe aliter domi, aliter foris bella tractari. Domi ea sola auxilia esse, que patria vires subministrarent: foris hostem etiam suis viribus vinci, deficientibus sociis, & odio diuturnis imperij extera auxilia circumspiciens tibus. Huc accedere, quod urbes, castellaque Africa non muris cinctæ, non in montibus posita sint, sed in planis campis, sine ullis munimentis jaceant: quas omnes metu 6 excidijs facile ad bellū societatem perlisci posse. Minus 105- tur Carthaginensibus ab ipsa Africa, quam ex Sicilia exarsurum bellum coitur, que auxilia omnium aduersus unam urbem, nomine quam opibus ampliorem, & quas 7 non attulerit vires, inde sumpturum. Nec in repentina Panorum metu, modicum momentum victoria fore, qui 8 tanta audacia hostium percussi, trepidaturi sint. Accessus & villarum incendia, castellorum, urbiumque contumacium direptionem, tum ipsius Carthaginis obsidionem.

Quibus

expeditionem, esse annos τετρα  
της τῆς οὐτακοτονού γεδίνο-  
το, id est, DCCCLXXXIII. & in  
Africam profectus sit VII anno  
imperij sui: ut & ex ipso Diogo-  
ro constat: à capta Troja ad eius  
tyrannidem erunt anni DCCCLXXVI.  
Male igitur in Diogoro legitur  
ἔτακτη τε ξένιοις ιτε, id est,  
DCCCLXVI. cum sit legendum  
ἰπτάκοις ιτε. Nisi superior nu-  
merus emendandus videatur, ut  
legamus οὐτακοτονού, pro οὐτακο-  
τονού. Et hoc verius. Bern.

4. Deficientibus sociis ] Tacitus  
Hist. 2.97. Prospersi tuū rebus cer-  
tatur ad obsequium, aduersam  
fortunam ex equo decretant.

Thucydides de Atheniensium so-  
ciis, 1.20.20. & 1.24.35. & 5.3.4.  
Itēque de Lacedemonior. 4.11.10.

Odio diuturni imperij illorum  
per Africam socios, qui jam du-  
dum imperata graueer ferrent,  
occasione defectionis arrepiuero: Diodorus, 20.3.B. Spes cuique, no-  
uandi res sua, omni presenti sta-  
tu blandior est: Lluius. 15.17.8.  
Multi odio presentium, & cupidi-  
ne murationis, suis quoque pericu-  
lis lacantur: Tacit. Annal. 3.44. B.

7. In repentina Panorum. ] Subi-  
ta convergent hostes, viscera vi-  
lescunt Vegetius. 3.16. Huiusmodi  
exempla collegit Piccartus obser-  
vat. hist. 6.9.

Quibus omnibus non sibi tantum in alios, sed & aliis in se sentient patere bella. His non solum Poenos vinci, sed & Sicilium liberari posse. Nec enim moraturos in eius obsidione hostes, cum sua urgeantur. Nusquam igitur alibi facilius bellum, sed nec pradam uberiorem inueniri posse. Nam capte Carthagine, omnem Africam Siciliamque premium victorum fore. Gloriam certe tam honestam militia tantam in omne aenum futuram, ut terminari nullo tempore obliuione possit; ut dicatur eos solos mortuum esse, qui bella, quae domi ferre non poterant, ad hostes transulerint, victique victores insecuri sunt, & obfessores urbis sua obsederint. Omnibus igitur fortis ac lato animo bellū ineundum, quo nullū aliud possit aut præmissū victoribus uberioris, aut vicitis monumentū illustrius dare.

CAP. VI. His quidem adhortationibus animi militum erigebantur: sed terrebant eos portenti religio, quod nauigautibus eis, sol defecerat. Cuius rei rationem non minore cura rex, quam belli reddebat, affirmans, si prius quam profici scerentur, factū esset, crediturum aduersū prefecturos prodigiū esse nanc quia egressis acciderit, illis ad quos eatur portendere. Porro defectus naturaliū siderū semper presentē rerum statū mutare; certūque esse florētibus Carthaginienſiū opibus, aduersissq; rebus suis, cōmunicationē significari. Sic consolatis militibus, vniuersas naues, consentiente exercitu, incendi iubet, ut omnes scirēt,

auxilio

<sup>11.</sup> Capta Carthagine] Hoc argumento Seuerus apud Herodianum, lib. 2. milites hortatus: Occupemus, inquit, quam primum Romanum, Larem ipsum Imperij, reliqua deinceps expediri. Adde Linium, 21.5.3. & 34. 26.3. Tacitum, Agr. 17.2. Florum, 2.9.3.

CAP. VI. 1. Sol defecerat] Quia Imperiti erant rerum naturalium. Ex lege enim & celestium motuum necessaria consecutioe hæc sunt. Vide tamen Pancerum de divinat. p. 661. Vbi de eclipsis portentis agit.

1.2.3.] Hoc ipso exemplo & si-

mibus aliis, ostendunt Frontinus, 1.12. & Piccartas obseru. 10.3. boni ducis esse, metum militum, ex aduersis omnibus conceputum, prudenter eludere, & in contrarium vertere. Huic nostro geminum quid est in Curtio, 4.10.

3. Naturalium siderum] Solis & Lunæ, ita forte dictorum, quod rerum naturam maxime fouere credantur. Bern.

4. Naves incendi iuber. Idem eodem consilio fecere Corcyrai apud Thucydidem, 7. 13. 22. Nec dissimilia Linius, 9. 23. item, 21. 43. & 44. item, 44. 10. 8. Eritani

auxilio fugæ adempto, aut vincendum, aut moriendum  
esse. Deinde cum omnia, quacunque ingredierentur,  
prosternerent, villas castellaque incenderent, obuius  
eis fuit cum xxx millibus Pœnorum Hanno: sed præ-  
lio commisso, duo de Siculis, tria millia de Pœnis  
cum ipso duce cecidere. Hac victoria & Siculorum  
animi eriguntur, & Pœnorum franguntur. Agathocles  
victis hostibus, vibes castellaque expugnat, prædas  
ingentes agit, hostium multa millia trucidat. Castra  
deinde quinto lapide à Carthaginé statuit, ut damna  
carissimarum rerum, vastitatemque agrorum, & incen-  
dia villarum, de muris ipsius vibis specularentur. Inte-  
rea ingens tota Africa deleti Pœnorum exercitus fa-  
tima, occupatarumque urbium, diuulgatur. Scupor itaque  
omnes & admiratio incessit, vnde tanto imperio tam  
subitum bellum, præsertim ab hoste jam victo. admiratio  
deinde paulatim in contemptum Pœnorum verti-  
tur. Nec multo post, non Afri tantum, verum etiam vi-  
bes nobilissimæ nouitatem sequutæ, ad Agathoclē de-  
fecere; frumentoque & stipendio victoriæ instruxere.

C A P. VII. His Pœnorum malis etiam deletus in  
Sicilia cum imperatore exercitus, velut quidam æm-

zanni obsepeis effugiū, mulra clara facinora editare. Tacit. 12.  
31.

Vna salutis vltu, nullam sperare  
salutem.

Virgii. Aen. 2. 5. Adde sup. 1. 6. 16.  
Naues incendi juber. Secutus est  
Alexandrum magnum, qui naues  
ex Asia domum remittebat, ut  
omnem fugiendi spem militibus  
præcideret.

5. Hanno] Et Bz: uirat. Diodor. 20. 1. e. qui auctori nostro dicatur *Bomilcar*, aut *Vomilcar*. Ha-  
buerunt autem in exercitu xl. millia peditum, equites mille.  
Diodor. ibidem. Orosius ws. pro  
xxx. millia habet viginti, & ita  
vnuus è nostris. Nec magis in exer-  
citu numero conueniunt. Orosius,

qui cetera hinc transcripsisse vi-  
detur, duo millia Pœnorum, Si-  
culos duos: Diodorus, 20. 13. illo-  
rum mille, horum ducentos ceci-  
disse scribit. Bong.

9. Lapis] Lapidibus veteres  
millaria designabant.

Ur. damno carissimæ rer. Eodem ref-  
piciens Antonius apud Tacitum  
Hist. 3. 30. rapi ignes. inferrique  
emansimis extra urbem edificie  
juber; si damno rerum suarum  
Cremonenses ad mutandam fi-  
dem trahebentur. Quod ipsum tam-  
en communandum potius quam  
faciendum, nec ad desperationem  
hostes adigendos, precipit cum  
Onosandro strateg. c. 6. Thucydi-  
des, 1. 13. 17. Bern.

minarum cumulus accessit. Nam post profecitionē à Sicilia Agathoclis, in obsidione Syracusarū Pœni legiores redditī, ab Antandro, fratre regis Agathoclis, occidione cœsi nuntiabātur. Itaque cum domi fortisque eadem fortuna Carthaginensiu esset, iam non tributariæ tantū ab his viribus, verum etiam socij reges deficiebant, amicitiarum jura non fide, sed successu ponderantes. Erat inter ceteros, rex Cyrenarum Aphellas, qui spe improba, regnum totius Africæ amplexus, societatem cum Agathocle per legatos junxerat, pactusque cū eo fuerat, ut Siciliæ illi, sibi Africæ imperium, viatis Carthaginensibus, cederet. Itaque cum ad belli societatem cum ingenti exercitu ipse venisset, Agathocles blando alloquio, & humili adulatione, cū saepius si nul cœnascent, adoptatusque filius eius ab Aphella esset, incutum interfecit: occupatoque exercita ejus, iterato Carthaginenses omnibus viribus bellum cientes, magno utriusque exercitus sanguine, graui prælio superat. Hoc certaminis discriminē tanta desperatio illata Pœnis est, ut nisi

CAP. VII. 2. *Antandro*] Ita quoque Diodorus, Mendose Orosius, 4.6. Androne Bern.

3. *Domi* forisque &c.] Curtius 4. 1.54. Eadem ubique fortuna parvum Florus 4. 2. 43. omnia felicitatem Casaru sequentur.

Non fide, sed successu] Aduersis enim rebus rarior fides est, ait Vegetius, 3. 9. m. Quo se fortuna, eodem etiam fauor hominum inclinat, Noster. 5. 1. 11.

Non fide, sed successu] Xenophon. τὸ μὴ εἰ ἣ διεργάζειος τῆς φαίνεται, καὶ δὲ ταῦτα μετὰ τούτων τοῖς πολεμοῖς τὸ μετέπειτα φίλους οἰκανοὶ τελεῖσθαι, τέττας τὸ διατυπα χάροντος μεταμοντεύει.

4. *Cyrenarum*] De nomine huius urbis varie sunt opiniones, ut ex Diodoro Siculo, libr. 5. cap. 14. Stephano de Vrbibus, Pindaro, Iusti-

no, Seruio Grammatico, & aliis discrimini. Illud silentio præterendum minime videtur. Deprauatus est Euſtarhij locus in Dioſyrium, ubi excusus liber habet, Cyrenem Thebanorum coloniam fuisse, nam pro Θεολαίν scribere debemus Θεογονίων Cast.

Rex Cyrenarum Aphellas.] Non dubitadum de lectione Bongarsij, Aphellas. Nam præter Diodorum, ita quoque habent. Theophrastus de plantis lib. IV. c. 14. & Polyenus, atque alij. Voss.

Aphellas Diodoro, 20. 41. Ophellas dicitur, majorem, inquit, animo principacum complexus fuerat. B. Paulus tamen Leopardus, Emendation. 17. 10. Opheltas legendi contendit, firmante Plutarcho in Demetr. c. 16. & Pausania in Chorinthiacis. Bern.

nisi in exercitu Agathoclis orta seditio fuisset, transitus  
 3 ad cum Bomilcar, rex Pœnorum, cum exercitu fue-  
 rit. Ob quam noxam in medio foro à Pœnis patibulo  
 9 suffixus est: ut idem locus monumentum suppliciorum  
 eius esset, qui ante fuerat ornamentum honorum. Sed  
 Bomilcar magno animo crudelitatem ciuium tulit; adeo  
 vt de summa cruce, veluti de tribunali, in Pœnorum sce-  
 10 lera cōcionaretur: obiectans illis, nunc *Hannonem fal-*  
*sa affectati regni inuidia circumuentam: nunc Gisgonis*  
*innocentis exilium; nunc in Hamilcarem patrum suū*  
*tacita suffragia, quod Agathoclem socium illis facere,*  
*quam hostem maluerit.* Hæc cum in maxima populi  
 11 concione vociferatus esset, expirauit.

CAP. VIII. Interea Agathocles profligatis in Africa  
 1 rebus, tradito Archagatho filio exercitu, in Siciliam re-  
 currunt: nihil actum in Africa existimans, si amplius  
 2 Syracusæ ob siderentur. Nam post occisum Hamilcaré,  
 Gisgonis filiū, nouus eo à Pœnis missus exercitus fue-  
 rat. Statim igitur primo aduentu eius Siciliæ vrbes, an-  
 3 ditis rebus quas in Africa gesserat, certatim se ei tra-  
 dunt; atque ita pulsis è Sicilia Pœnis, totius insulæ im-  
 perium occupauit. In Africā deinde reuersus, seditione  
 4 militum

7. *Bomilcar, rex Pœnorum]* Car-  
 thaginiensium duces, etiam reges  
 dicuntur, *Hannonis Periplus ins-*  
*cribitur, Hannonis, Carthaginien-*  
*sium regis, & Timlico*, de quo su-  
 pra, 19. 2. & 3. rex *Carthaginien-*  
*sium Orotio*, 4. 6. dicitur. Ideo,  
 opinor, quia plerunque perpetuam  
 auctoritatem obtinebant. Proco-  
 pius lib. r. de bello Goth. barbaros  
 ait duces suos, reges vocare. Vide  
 quæ notaui inf. ad 31. 2. 9. Bern.

8. *Patibulo*] Proprie dicitur de  
 transuerso ligno, sicuti & patibu-  
 lum pro sera siue vête, quo ostia  
 excluduntur, dictum à Titinnio  
 notat Nonius. Nonnunquam tamē

hæc vox, sicuti hoc loco, pro tota  
 cruce ponitur. Fallitur enim aliter  
 sentiendo Lipsius, quanquam lo-  
 cum ex Carbonaria Plauti apud  
 Nonium adducat: *Patibulum ferat*  
*per urbem, deinde affigatur cruci.*  
 sed fallitur. Vide Salmasium de  
 cruce.

9. *Vt idem locus*] Ita Manlius Capi-  
 tolij seruator, affectati regni con-  
 demnatus, de saxo Tarpejo deiici-  
 tur; *locusque idem in uno homine*  
*& eximie gloria monumentum, &*  
*pœna ultime fuit.* Liuius. 6. 20. 26.

10. *Tacita suffragia*) De quibus  
 sup. 12. 3. 6.

militum excipitur. Nam stipendiorum solutio in aduentum pannis dilata à filio fuerat. Igitur ad concionem vocatos, blandis verbis permulxit: *stipendia illis non à se flagitanda esse, sed ab hoste quarenda communem victoriam, communem prædam futuram.* Paulum modo anniterentur, dum belli reliquia peraguntur, cum sciant, *Carthaginem captam, spes omnium expleturam.* Sedato militari tumultu, interiectis diebus, ad castra hostium exercitum ducit: ibi incōsultius prælium committendo, maiorem partem exercitus perdidit. Cum itaque in castra fugisset, versamque in se inuidiam tremere commissi belli videret, pristinamque offensam non depensi stipendijs metueret; concubia nocte solus à castris cum Archagatho filio profugit. Quod ubi milites cognouere, haud secus quam si ab hoste capti essent, trepidauere: *Bis se à rege suo in mediis hostibus relatos esse proclamantes; salutemque suam desertam ab eo esse, quorum ne sepultura quidem relinquenda fuerit.* Cum persequi regem vel lent, à Numidis excepti, in castra reuertuntur; comprehenso tamen reductoque Archagatho, qui à parte noctis errore discesserat. Agathocles autem nauibus, quibus reuersus à Sicilia fuerat, cum custodibus eatus, Syracusas defertur. Exemplum flagitij singulare,

rex

CAP. VIII. 8. Versamque in se inuidiam] Hoc est, malam existimationem, & quasi infamiam. Hac notione Tacitus annal. 4. 7. ait, Tiberium quod ipsis Ianuarij calendis supplicia mandasset, *magnam inuidiam adiisse.* Livius, 24. 25. 2.

Tutores regis sub aliena inuidia regnante. Florus, 3. 6. 2. Cilices sub exerci regis inuidia prædantur. Ita noster supr. 12. 6. 12. 21. 5. 10. & 28. 9. Bern.

Concubia nocte] Dies apud Rom. à media nocte incipiebat: cuius rei causam reddere conatur Plutarchus in Questionibus. Eius partes erant: Medix noctis inclinatio,

Gallicinium, Conticinium, Diliculum, Mane, Vespera, Prima fax, Concubia & intempesta nox, ita dicta, quod non habeat idoneum tempus rebus gerendis. Vide Gelium, lib. 3. cap. 2. & Macroblam Saturn. 1. 1. cap. 3.

Cum Archagatho] Diodorus, 20. 70. deseruit filios scribit, qui à militibus fuga cognita, interficiuntur. Quam crudeliter autem in Sicilia verius sit post redditum Agathocles, lege apud Diodorum, 20. 72 & 73. Bong.

Archagatho fili] A Græcis variè appellatur, Αρχάγαθος, Αρχαγάθος. Voss.

12. Pro

rex exercitus sui desertor, filiorumque pater proditor.  
 13 Interim in Africa post fugam regis, milites pactione  
 cum hostibus facta, interfectis Agathoclis liberis, Car-  
 14 thaginiensibus se tradidere. Archagathus cum occide-  
 retur ab Archesilao, amico antea patris, rogauit eum  
 quidnam liberis eius futurum Agathoclem putet, per  
 quem ipse liberis careat? Tunc respondit, satis habere se,  
 15 quod superstites eos esse Agathoclis liberis fecerunt. Post  
 haec Poeni ad persequendum belli reliquias, duces in  
 Siciliam miserunt, cum quibus Agathocles pacem  
 aequis conditionibus fecit.

12. *Proditor*] Vide supr. Notam  
 ad 19. 3. 10.

14. *Sicū habere &c.*] Hoc mo-  
 do apud Barciatum, nouitij com-

matis, genij veteris auctorem, Ar-  
 genid. 1. 2. Erithenes damnandus :  
 Sicut est gaudū quod posse Poliar-  
 chum Sicilia hōstem vix. Bern.

## L I B R E R Y XXIII.

### B R E V I A R I V M C A P I T U M .

- 1 *Agathocles transit in Italiam aduersus Bruttios,*  
*quorum origo & potentia paucis perstringitur.*
- 2 *Agathocles vi morbi expugnatus reuertitur in Siciliam,*  
*vbi turbe domestica, qua uxorem & libe-  
 ros Agathoclis in Egyptum pellunt. Agathocles  
 obitus.*
- 3 *Pyrrhi Epirote bella & res gesta, cum in Sicilia, tum  
 in Italia.*
- 4 *Hieronis, Sicilia Principis laudatissimi, dignitas &  
 virtus.*

## C A P. I.

**A** Gathocles, rex Siciliæ, pacificatus cum Cartaginensibus, partem ciuitatum, à se fiducia virium dissidentem, armis subegit. Dein quasi angustis insulae terminis clauderetur, cuius imperij partem primis incrementis ne sperauerat quidem, in Italiam transcendit; exemplum Dionysij fecerat, qui multas ciuitates Italiæ subegerat. Primi igitur hostes illi Bruttij fuere, qui & fortissimi tum, & opulentissimi videbantur, simul & ad iniurias vicinorum prompti. Nam multas ciuitates Græci nominis Italia expulerant: auctores quoque suos Lucanos bello vicerant, & pacem cum his, æquis legibus fecerant. Tanta feritas animorum erat, ut nec origini suæ parcerent. Namque Lucani iisdem legibus liberos suos, quibus & Spartani, instituere soliti erant. Quippe ab initio pubertatis, in silvis inter pastores habebantur, sine ministerio seruili, sine ueste quam induerent, vel cui incubarentur: ut à primis annis duritiae parcimoniaeque, sive vlo vsu urbibus, assuererent. Cibus his præda venatica, potus, aut lactis, aut fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos indurabantur. Horum igitur ex numero quinquaginta primo ex agri finitimorum prædari soliti, confluente deinde multitudine, sollicitati præda, cum plures facti essent, infestas regiones reddebat. Itaque fatigatus querelis sociorum Dionysius,

CAP. I. 2. Cuius Imperij part. ] Cupiditates mortaliuum, vbi semel exorbitare coe: erunt, & saus r. sic v. & cœ: q. 2: l. 7-8, semper viterius progredivendo, nunquā sistunt, inquit Baillius Magnus. Ade supra, 21.6.4.

5. Lucanos ] Quos à Samnitibus originem traxisse auctores sunt Plin. lib. III. cap. v. & Strabo lib. v. eosque Oenotriis electis eorum se-

dem inuasisse tradit. Postmodum ita fuere bellis attriti, ut eorum oppida distinguere difficile esset.

7. Lucani iisdem legibus ] Vide supra, 3.3.5.

8. Sine vlo vsu urbibus ] Vrbes effeminando, calstra masculando, milie facere, Gruterus ad Tacit. cap. 38. Iusta dissertatione demonstrat.

Dionysius, Siciliæ tyrannus, sexcentos Afros ad compescendos eos miscerat, quorum castellum proditum sibi per Bruttiam mulierem, expugnauerunt; ibique ciuitatem, concurrentibus ad opinionem nouæ vibis pasto-ribus, statuerunt; Bruttiosque se ex nomine mulieris vocauerunt. Primum illis cum Lucanis, originis suæ auctoriis, bellum fuit. Quia Victoria erecti, cum pacem a quo iure fecissent, ceteros finitimos armis subege- runt; tantisque opes breui consecuti sunt, ut perniciosi etiam regibas haberentur. Denique Alexander, rex Epi- ri, quum in auxilium Græcarum ciuitatum, cum magno exercitu, in Italiam venisset, cum omnibus copiis ab his deletus est. Quare feritas eorum successu felici- tatis incensa, diu terribilis finitimus fuit. Ad postremum imploratus Agathocles, spe ampliandi regni, à Sicilia in Italiam trajecit.

C A P. II. Principio aduentus opinionis eius con-  
cussi, legatos ad eum, societatem amicitiamque peten-

tes,

12. Concurrentib. ad opin. &c. JVt factum quoque supra, 18.5.17-

*Brutiosque se ex nomine*] Strabo lib.6. Brutios dictos ait à Lu- canis, qui Brutios sua lingua vo- cabant *Apostatas, Rebelles & Fu- gitiros*. Cum enim eorum essent pastores, rebus tempore Dionysij turbaris, ab his defecerunt. Stephanus à Breto, Herculis filio, dictos vult. Vide Eustath. in Dionys. qui eos B. 27.11.11. vocat: & Diodorum, 16.15. B. Bp. 7.11. ei nominantur Pro- lemo: *Brerry* leguntur in Nu- mismatibus: *Brutates* apud Fe- stum. Ipsa Regio (quæ Calabria Inferior hodie) Polybio, 11. B. 27.11.11. Strabonilib. 6. B. 27.11. noominatur. A. Stephano, Scholaste Theocriti, aliisque, *Siciliam vo- cari patet ex eo, quod fluvios op- pidaque non pauca hujus tractus, Sicilia Adscribant, prout etiam- num in titulis Regum Hispaniz, Sicilia en Ipharum appellatur, ad*

differentiam Insulæ, quæ ultra Pharam. Bern.

*Brutiosque se ex nomine*] Brut- tium Græcis B. 27.11. & apud Athenzum lib. v. apud Diodorum Siculum in Eclogis, aliosque au- ctores B. 27.11. dicitur. Diony- sius Afro Brentij quoque appella- lantur.

C A P. II. t. Opinionis eius] Opinio huic auctori est fama & rumor. Nonius significationem notauit: sed exempla, ut ipsius est mos, adscriptis parum accommodata. Tacitus in vita Agricolæ, c. 9 Comi- tante, opinione, Britanniam ei pro- uinciam dari. Cicero, 1. Ad Attic. epist. 16. & 18. B. Ceterum structu- rai orationis vix hic expedio- Legerim, Principio, aduentus eius opinione conc. vel potius: Principio aduentus, opinione eius concus- si, hoc est, fama territi. Sicut sup. 20.2.3. Principio originum. Bern-

tes miserunt. Quos Agathocles ad coenam invitatos, ne exercitum trajici viderent, in posterum statuta his die, consensis nauibus frustratus est. Sed fraudis hand letus euentus fuit: siquidem reuerti eum in Siciliam, interjectis paucis diebus, vis morbi coegerit, quo toto corpore comprehensus, per omnes neruos articulosque humore pestifero grassante, velut intestino singulorum bello impugnabatur. Ex qua desperatione bellum interficium nepotemque eius, regnum jam quasi mortui vindicantibus, oritur: occiso filio, regnum nepos occupavit. Igitur Agathocles, cum morbi cura, & ægritudo grauiores essent, & inter se alterum alterius malo cresceret; desperatis rebus, vxorem suam Texenam, genitosque ex ea duos paruulos, cū omni pecunia, & familia, regalique instrumento, quo præter illum nemo regum dicitur fuit, nauibus impositos Ægyptum, unde vxorem acceperat, remittit timens de prædonem regni sui, hostem paterentur. Quanquam vxor diu, ne ab ægro diuelleretur, deprecata est, ne discensus suus adiungi nepotis parricidio posset; & tam cruenta hæc deseruisse virum, quam ille impugnasse auum videretur. Nubendo se non prospere tantum, sed omnis fortuna inisse societatem:

<sup>2.</sup> Quos Agathocles &c.] Sic ab Tullo Hostilio ex subtilium est legatis C. Cluiliij, Liu. 1. 22. 7. Siclegatis ipsis Romanis ab gente Achæorum, Paulan. lib. 7, pag. 423. addo Frontinum, 1. 4. 6.

<sup>4.</sup> Humore pestifero] Vel à veneno, vel ab alia pestifera causa; quæ maligna & venenaria putredine humores, virales spiritus, & substantiam cordis labefactauit.

<sup>6.</sup> Cum morbi cura &c.] Hæc planiora fuerint, si Freinsheim, re-scribentem sequare: cum morbo cura & ægritudo gr. e. Grauis morbus: sed animi ægritudo cura que granior. Bern.

Texenam] Vetus ms. Theonexam. forte Texoxenam. Bong.

<sup>7.</sup> Vxor diu, ne ab ægro diuelli] Id genus egregium fidei conjugalis exemplum est in Plutarchi Erotico, cap. 49. quod etiam Tacitus Hist. 4. 67. 4. tangit, & in iis quæ desiderantur, prescripsit. Plura Val. Max. 6. 7. Ph. Camerar. op. subcisi. centur. 1. 51. Certe Vell. Paterc. 2. 67. id notandum tradit, fusse in prescriptis fidem, ut filiorum nullam, seruorum aliquam libertorum medianam, sic vxorum summam. Bern.

<sup>8.</sup> Non prospere tant. sed omn. fort. ] Quæ causa, consortia rerum secundari aduersarique, conjugia dicuntur

societatem : nec inuitam periculo spiritus sui empturā, ut extremos viri spiritus exciperet ; & exequiarum officium ; in quod profecta se, nemo sit successurus, obsequio debita pietatis impleret. Discendentes paruuli, flebili vultu amplexi patrem tenebant. Ex altera parte vxor matritum, non amplius visura, osculis fatigabat. Nec minus senis lacrymæ miserabiles erant. Flebant hi morientem patrem ; ille exules liberos : hi discessu suo solitudinē patris, & gri senis ; ille in spem regni susceplos relinquī in egestate lugebat. Inter hæc regia omnis assistentium fluctibus tam crudelis discidij impleta, resonabat. Tandem finem lacrymis necessitas profectionis imposuit, & mors regis proficiscentes filios insequuta est. Dum hæc aguntur, Catthaginenses, cognitis quæ in Sicilia agebantur, occasionem totius insulæ occupandæ datam sibi existimantes, magnis viribus eo trajiciunt, multasque ciuitates subegisset, rex Siciliæ, sicut Epiri appellatur. Quarum terum felicitate latus, Heleno filio Siciliæ, velut auitum (nam suscepitus ex filia Agathoclis regis erat,) Alexandro autem Italiam regnum destinat. Post hæc,

CAP. III. Eo tempore & Pyrrhus aduersus Romanos bellum gerebat ; qui imploratus à Siculis in auxilium, sicuti dictum est, cum Syracusas venisset, multisque ciuitates subegisset, rex Siciliæ, sicut Epiri appellatur. Quarum terum felicitate latus, Heleno filio Siciliæ, velut auitum (nam suscepitus ex filia Agathoclis regis erat,) Alexandro autem Italiam regnum destinat. Post

dicuntur Tacito, 3. 14. & Quomodo Porcia, Bruto se datam, inquit, non sicuti pollices, ad lefft; rancum & mens conforiorum : sed etiam ad prosperorum aduersorumque societatem. Plutarchi in Bruto, c. 19. Alter Plancina, segregata à mari-  
to periclitante. Tacit. 3. 15. 2. Bern.

9. Seniū] Nempe 95. annos nati, juxta Lucian. in Macrobiis, sub initium. Bern.

CAP. III. 1. Pyrrhus aduersus] Vide Plutarchum in eius vita, c. 45. cum seqq. & Pausaniam in Atticis: qui cum primum Carthagin-

nenses insula fugasse referunt: tandem cum ob crudele imperium à sociis desereretur, cumque tenebre, sicut nauem agitaram, non valerer insulam, vocatus à suis, Italiam repetit, nauali prælio in irnere à Carthaginensibus superatus. Bong.

2. Sicuti dictum est ] Supra, 18. 2. II.

3. Heleno filio ] Plutarchus in Pyrrho, c. 17. non hunc, sed Alexandrum ait ex Lanassa Agathoclis filia suscepsum. Bong.

hæc, multa secunda prælia cum Carthaginensibus facit. Interjecto deinde tempore, legati ab Italicis sociis venere, nuntiantes, *Romanis resisti non posse, deditationemque futuram, nisi subueniat.* Anxius tam ambiguo periculo, incertusque quid ageret, vel quibus primum subueniret, in utrumque pronus consultabat. Quippe instantibus hinc Carthaginensibus, inde Romanis, periculoso videbatur exercitum in Italiam non trahere: periculosius, à Sicilia deducere; ne aut illi non lata ope, aut hi deserti amitterentur. In hoc astu periculorum, tutissimus portus consilio rum visus est, omnibus viribus decernere in Sicilia, & profligatis Carthaginensibus, victorem exercitum transponere in Italiam. Itaque cōferto prælio, cum superior fuisset, quoniam tamen à Sicilia abiret, pro vieto fugere visus est: ac propterea socij ab eo defecerunt; & imperium Siciliæ tam cito uamisit, quam facile quæsierat. Sed nec in Italia meliore felicitate usus, in Epirum reuertitur. Admirabilis utriusque rei casus, in exemplum fuit. Nam sicut ante secunda fortuna, rebus supra vota fluentibus, Italæ Siciliæque imperium, & tot de Romanis victorias adstruxerat:

ita

5. *Italicis sociis venere*] A Tarquinis & Samnitibus. Plutar. Pyrrho, c. 52

8. *Astu periculorum*] Vide notam ad t. 13. 3. ita Petronius: *Dum in hoc diolorum astu torus incedo.* Ammianus lib. 15. In hoc astu mense ancipitis.

9. *A Sicilia abiret*] Cum ad insulam respectans, comitibus suis dixisset: *O qualis amici, palestram Carethaginensibus & Romanis relinquimus!* Plutarch. Pyrrh. c. 52.

*Pro vieto fugere*] *Qui recedit, fugere creditur:* Curtius, 3. 8. 12. *Pro vieto, hoc est, tanquam vicitus.* Ita 24. 7. 5. *Milites ad occupanda omnia pro uteribus vagabantur,* h. e. tanquam si essent viciores.

Seneca de vit. beat. cap. 16. f. *Laxam catenam trahit, non iam liber, sed tamen pro libero.* Sueton. Aug. 24. 4. *ut equitem relegatum in agros, pro libero esse sineret.* Bern.

10. *Socij ab eo defecerunt*] Partim ad Carthaginenses, partim ad Mumertos. Plutarchus, Pyrrh. cap. 52.

11. *Nec in Italia*] Præter Plutarchum lege Florum, t. 18. & Orosium, 4. 2. & Frontinum, 4. 1. 13. apud quem pro Sarucnum, quod & mss. agnoscunt, ex Plutarcho Pyrrh. c. 54. legendum *Boneuacum.* Vicius autem magis prælio à Manio Curio consule. Bonz.

12. *Adstruxerat*] Vulgo attraxe-  
ras, & ita mss. quidam illud ad malo,

ita nunc aduersa, velut in ostentationem fragilitatis humanæ, destruens quæ cumulauerat, Siciliensi ruinæ naufragium maris, & fœdam aduersus Romanos pugnam, turpemque ab Italia discessum adjecit.

**CAP. IV.** Post profectionem à Sicilia Pyrrhi, magistratus Hiero creatur: cuius tanta moderatio fuit, ut consentiente omnium ciuitatum fauore, dux aduersus Carthaginenses primum, mox rex crearetur. Huius futuræ majestatis, ipsa infantis educatio quasi prænuntia fuit: quippe genitus erat patre Hieroclyto, nobili viro, cuius origo a Gelo, antiquo Siciliæ tyranno, manabat: sed maternum illi genus sordidum, atque adeo pudibundum fuit. Nam ex ancilla natus, ac propterea à patre velut de honestamentum generis, expositus fuerat. Sed parvulum, & humanae opis egente, apes, congesto circa jacentem melle, multis diebus aluere. Ob quam rem respōso aruspicum admonitus pater, qui regnum infanti

ti

statim enim destruens, inquit, quæ cumulauerat. Tacit. de vita Agric.  
44.5. Consularibus ac triumphalibus ornamenti prædicto, quid aliud adstruere fore una poterat? Bong.  
Ita Vell. Patrcul. 2.55. Virtus à Casare Pharnaces, vix quicquam gloria ejus adstruxit. Plin. Panegyr. c.74. Nihil felicitati sue putat adstrui posse. Bern.

*Aduersus Romanos pugnam]*  
Postrema Pyrrhi cum Romanis pugna fuit ad Beneventum, vbi vicitus est à M. Curio.

**CAP. IV. i.** *Hiero]* Postrema historiola huius libri narrat initia Hieronis, postremi regis Syracusani, qui celebratur à Theocrito, in Idyllo 16. Non est autem Hiero antiquior illo, quem laudat Pindarus in prima Olympiorum. *Strig.*

4. *Quippe genitus]* Quæ hic de Hierone referuntur, citat Saresbriensis. Polycratici lib. 1. cap. 13. De

eo Plautus Menæch. 2.3.59. *Bong.*  
*Hieroclyto]* Paul. Leopardus, Emendation. lib. 17. cap. 10. monet legendum *Hierocle*. & ita Pausanias lib. 6. pag. 365. 12. *Bern.*

*A Gelo]* Rectius à Gelone. *Bern.*  
5. *Pudibundum]* Malim pudendum. Sed in hoc librorum consensu nihil mutandum. Alia notione, 38.8.15. *Quo omni studio occultanda pudibundo viro erant.* *Bern.*  
7. *Apes congesto]* Simile est quod de rätone referunt.

*Apes &c. aluere]* Idem de räntato refert Aelianus var. hist. 12.45. & de Toue. Seruius ad Virg. Aen. 3. 104. *Bern.*

8. *Responso aruspicum]* Quam incerta & vana apum apud Gentiles auguria? Hic regnum portendunt. Ante Pharsalicam pugnam apes arce insidentes, & in nanibus conspectæ. Dion. & Pompeio Magno cladem paulo post secutam

ti portendi canebant, parvulum recolligit, omnique studio ad spem majestatis, quæ promittebatur, instituit. Eadem in ludo inter coæquales discenti, lupus tabulam, in turba puerorum repente conspectus, eripuit. Adolescenti quoque, prima bella ineunti, aquila in clypeo, noctua in hasta consedit. Quod ostentum, & consilium cautum, & manus promptum, regemque futurum significabat. Denique aduersus prouocatores sæpè pergnauit, semperque victoriam reportauit. A Pyrrho rege multis militaribus donis donatus est. Pulchritudo ei corporis insignis, vires quoque in homine admirabiles fuere: in alloquio blandus, in negotio iustus, in imperio moderatus: prorsus ut nihil ei regium deesse, præter regnum, videretur.

tam prænotarunt. Iccirco, cum in Brutii exercitum examen apum procubuisse, aruspices castra mutare eum jusserunt: ne in hoc loco damni aliquid & detrimenti acciperet. *vid. Peuc. de Augur.*

10. *Noctua in hasta*] Potest hoc accidisse, cum Agathocles, bello Punico, noctuas compluribus per castra locis clam emisit, quæ per agmen volitantes, dum clypeis galisque insident, animos militum confirmabant, pro felici id augurio accipientibus singulis, propterea quod Mineruæ sacrum id animal habetur. *Diodorus, 20. 11.* Videatur adagium *Noctua volat. Bern.*

*Noctua*] Incerta apud ipsos Gentiles hæc fuere auguria. *Noctuam*

enim, si volasset, victoriam nuntiare credebant: eademque in hasta Pyrrhi regis, contra Argos euntis, cum confedisset, fatum illi & discrimen extreum portendit & attulit. *Peuc.*

15. *In imperio moderatus*] Ea fuisse Hieronem modestia refert Liuius, ut nec vestis habitu, nec alio ylo insigni à ciuib[us] ceteris discerni potuerit.

*Ve nihil ei regium*] Ex hoc loco doctissimum Aduerſiorum scriptor, 46. 7. explicat illud Senecæ Thyest. ver. 470.

*Inmane regnum est, posse sine regno pati.*

Rectius admirandi iudicij vir. H. Grothus ad Lucanum, 5. 3. 14. *Bern.*

## B R E V I A R I V M   C A P I T U M .

- 1 Gracia ciuitates aliae in alias assurgunt.
- 2 Ptolemaei Macedonis in sororem Arsinoen conspiratio.
- 3 Incestuosa Ptolemaei & Arsinoes nuptia, tragicis casibus soluuntur.
- 4 Gallorum, qui Ptolemaeum vicerunt & interfecerunt, in Macedoniam irruptio.
- 5 Quo strategemate Ptolemaeum aggressi sunt, & oppresserint. Macedonum luctus & instauratio.
- 6 Alia Gallorum Brenno Duce in Graeciam expeditio: & de spoliacione Delphici templi consilium. Huius templi & oraculi descriptiones.
- 7 Brenni & aliorum consultatio, de templi oppugnatione; & hortatio ad milites.
- 8 Oppugnatio irrita, & clades Gallici exercitus, Brenno imperfecto.

## C A P . I .

- 1 **D**VM hæc in Sicilia geruntur, interim in Graecia dissidentibus inter se bello Ptolemaeo Cerauno, & Antiocho, & Antigono, & gibus: omnes ferme Graeciæ ciuitates, ducibus Spartanis, velut occasione data, ad spem libertatis erectæ, missis inuicem legatis, per quos in societatis foedera alligarentur, in bellum prorumpunt: &, ne cum Antigono, sub cuius regno erant, bellum cepisse viderentur, socios eius Aetolos aggrediuntur, causas belli prætendentes, quod consensu

CAP. I. 1. Ptolemaeo Cerauno, & Antiocho. ] Primus successor Alexandria in Aegypto fuit Ptolemaeus Lagus; Secundus fuit Ptolemaeus Philadelphus. Hulus frater fuit

Ptolemaeus Ceraunus, vulpinator ille. Strig.

Antiocho ] Antiochus Soter, Syriz & Afiz rex.

q. Cir

consensu Græciæ sacratum Apollini Cirræum campum, per vim occupassent. Huic bello ducem deligunt Arean; qui adunato exercitu, vrbes, sataque in his campis posita, depopulatur: quæ auferri non poterant, incendit. Quod cum è montibus conspicati Ætolorum pastores essent, congregati admodum quingenti, sparsos hostes, ignorantesque quanta manus esset, quoniam consper-  
etum illis metus & incendiorum fumus abstulerat, con-  
flectatur, trucidatisque adinodum nouem millibus, præ-  
dones in fugam verterunt. Reparantibus deinde Spar-  
tanis bellum, auxilium multæ ciuitates negauerunt, exi-  
stimantes, dominationem eos, non libertatem Græciæ,  
quærere. Interea inter reges bellum finitur: nam Ptole-  
mæus, pulso Antigono, cum regnum totius Macedonie  
occupasset, pacem cum Antiocho facit; affinitatemque  
cum Pyrrho, data ei in matrimonium filia sua, jungit.

CAP. II. Exinde externo in tu deposito, impium &  
facinorosum animum ad domestica sclera conuertit,  
insidiasque Arsinoë sorori sue instruit: quibus & filios  
eius vita, & ipsa Cassandreæ vrbis possessione priuaret.  
Printus ei dolus fuit, simulato amore, sororis matrimo-  
nium petere. aliter enim ad sororis filios, quorum re-  
gnum occupauerat, quam concordiæ fraude peruenire  
non poterat. Sed nota scelerata Ptolemæi voluntas so-  
roti erat. Itaque non credenti, mandat, *velle se cum fi-  
liis eius regni consortium jungere: cum quibus non ideo  
se armis contendisse, quoniam eripere his regnum; sed  
quod id facere sui muneric vellet.* In hoc mitteret arbi-  
trium

4. Cirraum campum ] De quo  
Pausanias in Phocicis, Diodorus  
lib. 16. & Plinius, 4. 3. Bong.

5. Arean] Ita veteres: Plutarch.  
in Pyrro, c. 52. & Pausan. Atticis,  
Rex Lacedæmoniorum est A'peus.  
Bong.

8. Filia sua] Antigone, quæ tamē  
Ptolemæi priuigua verius. Plutar-  
ch. in Pyrro, cap. 6. Bern.

C A P. I I. 2. Simulato  
amore ] Guntherus Ligurin. 10.  
291.

Nulla quidem postic magis est  
operosa nocendi,  
Quam simulariu amr. nimium-  
que domesticus hostis.

4. Id facere sui muneric ] Vide  
supra, 13. 4. 9.

5 trum iurisfundi: quo praesente apud deos patrios, qui-  
 6 bus velle obsecrationibus, se obligaret. Incerta Arsinoë  
 quid ageret: si mitteret, decipi perjurio: si non mitte-  
 ret, prouocare rabiem fraternalē crudelitatis timebat.  
 7 Itaque plus liberis, quam sibi timens, quos matrimonio  
 suo protecturam se arbitrabatur, mittit ex amicis suis  
 8 Chodionem: quo perducto in sanctissimum Iouis  
 templum, veterissimā Macedonum religionis, Ptole-  
 mæus sumptis in manus altaribus, contingens ipsa si-  
 mulacra & puluinaria deorum, inauditis ultimisque  
 9 execrationibus adjurat, se sincera fide matrimonium  
 sororis petere; nuncupaturumque se eam reginam; ne-  
 que in contumeliam eius se aliam uxorem, aliosve,  
 10 quam filios eius liberos habiturum. Arsinoë postquam  
 & spe impleta est, & metu soluta, ipsa cum fratre col-  
 loquitur: cuius vultus, & blandientes oculi, cum fidem  
 non minorem, quam iusfundi promitterent, recla-  
 mante Ptolemæo filio *fraudem subesse*, in matrimo-  
 nium fratris concedit.

1 C A P. III. Nuptiæ magno apparatu, lœtitiaque om-  
 2 nium celebrantur. Ad concionem quoque vocato exer-  
 citu, capiti sororis diadema imponit, reginamque eam  
 3 appellat. Quo nomine in lœtitiam effusa Arsinoë, quia  
 quod morte Lysimachii prioris mariti amiserat, recepi-  
 set; ulro virum in urbem suam Cassandream inuitat,  
 4 cuius urbis cupiditate fraus struebatur. Prægressa igitur  
 virum,

8. *Sumptus in manus altarib.*] Quod moris fuisse veteribus in  
 iurejurando, Brisonius Formul. I.  
 8 probat ex Plauti Rudente, 5.2.  
 49. & ex illo Iuuenal. satyr. 14.  
 218.

*Falsus erit testis, vender perju-  
 ria summa  
 Exigua, Corru tangens aram-  
 que pedemque.*

*Sumptus in manus altaribus]*  
 Vnde & Varro dicit aras antiqui-  
 tus anas dictas, vide Macrobius.

10. *Ptolemæo filio]* Lysimachum  
 & Philippum paulo post com-  
 memorat: Ptolemæi non memi-  
 nit. Id mouit quosdam, ut hoc  
 loco pro Ptolemæo, *Lysimachum*  
 reponerent. Ego nihil muto, cum  
 præsertim in prologo hujus libri,  
 Ptolemæum quendam Lysimachi  
 filium nominat. Bong.

C A P. III. 2. *Diadema im-  
 pon.*] De coronatione reginarum  
 operæ pretium est inspicere C.  
 Paschalium coron. 10.8. Bern.

virum, diem festum virbi in aduentum eius indicit: domos, templa, ceteraque omnia exornari jubet: aras ubique hostiasque disponi: filios quoque suos, Lysimachum sexdecim annos natum, Philippum triennio minorem, utrumque forma insignem, coronatos occurrere jubet. Quos Ptolemæus ad celandam fraudē, cupide & ultra modum veræ affectionis amplexus, osculis diu fatigat. Vbi ad portam ventum est, occupari arcem jubet; pueros interfici. Qui cum ad matrem confugissent, in gremio eius, inter ipsa oscula trucidantur. Proclamante Arsinoë, quod tantum nefas aut nubendo, aut post nuptias contraxisset, pro filiis saepe se percussoribus obtulit: frequenter corpore suo puerorum corpora amplexata protexit: vulneraque excipere, quæ liberis intendebantur, voluit. Ad postremum etiam spoliata funeribus filiorum, scissa veste, & crinibus sparvis, cum duobus seruulis ex viba protracta, Samothraciam in exilium abiit; eo miserior, quod mori cum filiis ei non licuit. Sed nec Ptolemæo inulta scelera fuerunt. Quippe diis immortalibus tot perjuria, & tam cruenta parricidia vindicantibus, breui post à Gallis spoliatus regno, captusque, vitam ferro, ut meruerat, amisiit.

CAP. IV. Namque Galli abundanti multitudine, i  
cum

4. Aras ubique hostiasque disponi] Eodem hanc adulacionem in aduentu virorum principum antiquitus usurpatam, Lipsius not. 77. ad Tacit. histor. docet ex Val. Max. 9. 1. 5. Cæsare bell. Gall. 8. 51. Suetonio Calig. 13. 2. & Plinio Panegyr. c. 23. Quibus adde Curtium, 5. 1. 33. Plutarchum in Dione c. 37. rursusque Suetonium Aug. 98. 3. Bern.

5. Iuber] Inepte repetitum videtur ex precedente timematio. Bern.

6. Ultra modum] Quantu[m] magis falsa sive que sunt, tanto plura faciunt. Sic annoal. 2. 77. Periisse Germanicum nulli jactantius ma-

rent, quam qui maxime letantur.

9. Scissa veste] Vetus ille in Ithemos, sicuti & squalido habitu crines spargere, nonnunquam & cineribus fodare.

CAP. IV. 1. Namque Galli abundanti multitudine.] Liuius libro, 5. decad. 1. & lib. 8. decad. 4. duas causas recitat, quæ Gallos impulerunt, ut relicta patria alias sedes quererent. Vna est inopia comediatuum. Cum enim gens Gallica esset populosâ, nō potuit ager Gallicus tantam multitudinem alere & sustentare. Quare, ut patrictm exonerarent prægrauante multitudines colonizæ Gallorum in alias gen-

2 cum eos non caperent terræ quæ genuerant, trecenta  
 millia hominum ad fedes nouas querendas, velut ver  
 2 sacrum miserunt. Ex his portio in Italia cōsedit, quæ &  
 3 vibem Romanam captam incendit; & portio Illyricos  
 finus,

tes deductæ sunt Altera causa fuit  
 spes prædæ. Etenim Galli freti  
 multitudine sua, quæ difficulter  
 arceri & reprimi poterat, spera-  
 bant sibi omnia cœssura esse, omnia  
 fore prona. Hac spe incitati non  
 modo Alpes, quæ diuidunt Ita-  
 liam à Gallia & Germania, trans-  
 cenderunt, sed etiam in Asiam  
 usque penetrarunt duce Brenno,  
 quibus sedes etiam tributa est à  
 regibus Asic in ea parte, quæ po-  
 stea Galatia dicta est. *Scrip.*

*Abundans multitudine] Cuius*  
*causam adducit Strabo sub ini-*  
*tium lib. 4. quia scilicet mulieres*  
*Gallice & fœundæ sunt, & edu-*  
*catries bonæ. Bern.*

*Cum eos non caperent terre]* Strabo lib. 4. pag. 139. f. verisimile  
 esse ait, Gallos (*Tectosages*) quoniam  
 potentia ac multitudine ho-  
 minum excelluisse adeo, ut obor-  
 ta seditione magnam multitudi-  
 nem suorum domo expulerint. *B.*

*Versacrum]* Primus hunc locū ex  
 vett. libris emendauit P. Pithœus  
 aduersari lib. 1. c. 6. Quid sit ver sa-  
 crum docent Festas in *versacrum*:  
 & in *Mamertini*: Linius 22. 9. 7. &  
 34. 43. 1. Sisenna, 4. *historiar.* apud  
 Nonium in *ver sacrum*, & in *dam-*  
*nare*; nam duo illa fragmenta con-  
 jungenda esse notarunt alii: Euse-  
 bius in *Chronico*: *Lacedamony*  
*ver sacrum definantes*, *Hera-*  
*cleam urbem condunt*. *B.* Adden-  
 dus Plinius 1. 3. c. 13. pr. Strabo 1. 5.  
 pag. 172. f. & præcipue Dionysius  
 Halicarnassensis, qui lib. 1. cap. 16.  
*More quodam*, inquit *antiquitas*  
 à multis tam Gracis quam barbaris  
 recepero quoniam v'gi multitudine in  
 aliquo ciuitate nimis exresceret,  
 nec alimenta domi omnibus suffi-  
 cerent, aut aliqua calamitas coge-

rer minui multitudinem, deo cui-  
 piens sacrantes quantum homi-  
 num annus pareret, emitebant  
 armis instructos ē suis finibus. Mihi  
 vero ut posthas cancri patria, nisi  
 aliā pararente qua se recipere,  
 quicquid terrarum armis acqui-  
 sissent aut gracia, habebant vice  
 patria: credicunque, est, eu adesse  
 deum cui dicabaneur, & supra hu-  
 manam spem prospicere huiusmo-  
 di colonias. Ideo initio libri 2. de  
 Aboriginis: Hi fuerunt qua-  
 dam dū sacra juuentus, patrio  
 ritu a parentibus missa ad incolen-  
 das sedes, quas fortuna datura es-  
 ser. Ex quoius apparent, ver sacrum  
 (επος iefor Straboni) non ideo sic  
 dici, quod emissa tali voto juuen-  
 tus execrabilis esset, vt vult vir-  
 doctus, hæc explicans ex Servio  
 ad illud Virgilij. auri sacrafames.  
 Vade & Sisenna *Histor.* lib. 4. ci-  
 tante Nonio, Ver hoc religiosum  
 appellat. *Bern.*

2. *Vibem Romanam capram]*  
*Xερινολογία* vibis Romæ capte à  
 Gallis δότῳ τε κτίστῳ, id est, à  
 condita vrbe anno 360. testibus  
 Linius in lib. 5. decad. 1. polyb. lib. 1.  
 & plurarchio in vita Camilli, Et si  
 autem multa sunt in historia dig-  
 na consideratione: tamen impri-  
 mis notandum est exemplum amo-  
 ris erga patriam in Camillo, qui  
 cum ab ingratis ciubus in exiliū  
 pulsus esset, non imitatus est Cori-  
 olanum inferentem bellum pa-  
 triæ, sed commoda patritæ sibi pri-  
 ma purauit, & vrbe Româ cap-  
 tam à Gallis excepto Capitolio,  
 fusis ac profligatis, vel, vt verius,  
 dicta, ad unum eaxis copiis Gallo-  
 rū recuperauit & in veterē liber-  
 tate ac dignitatē vindicauit. *Scrip.*

3. *Augis*

sinus, ducibus auibus (nam augurandi studio Galli p̄ter cæteros callent) per strages Barbarorum penetrauit,  
& in Pannonia confedit: gens aspera, audax, bellicosa,  
quæ prima post Herculē, cui ex res virtutis admiratio-  
nem & immortalitatis fidem de lit, Alpiū inuicta juga,  
& frigore intræstabilitia loca transcendit: ibi dœmitis  
Pannoniis, per multos annos cum finitimiis varia bella  
gesserunt. Hortante deinde successu, diuisis agminibus,  
alijs Græciam, alijs Macedoniam, omnia ferro proteren-  
tes, petiuere. Tantusque terror Gallici nominis erat, vt  
etiam reges non lacessici, vltro pacem ingenti pecunia  
mercarentur. Solus rex Macedoniæ Ptolemæus, ad-  
uentum Gallorum intrepidus audiuit; hisque cum pau-  
cis & incōpositis, quasi bella non difficilius, quam sce-  
lera patrarentur, patricidiorum furiis agitatus, occurrit.  
Dardanorum quoque legationem, viginti millia arma-  
torum in auxilium offerentem, spreuit; addita insuper  
contumelia: *altum de Macedonia dicens, si cum totum*  
*Orientem*

3. Augurandi studio Galli] Exempio De jorarii Gallorum in Aſia rex est, quam nihil unquam nisi auspicato geſiſſe, Cicero refert de diuinat. I. 15. Sed & consanguinios Gallorum Germanos auspicia ſorcesque ut quos maxi- me obſeruauſſe ſcribit Tacitus, G. r. n. c. 10. Bern.

Callent] Mallem clarent. Bong. Audax, bellicosa] Strabo lib. 4. pag. 135. 12. genus Gallorum ait esse bellicosum, & ferox, & ad pugnam promptum: ceterum ingenio simplici, ac nulli malignitate deuincto. Et Gallos natura bellicam genrem vocat Sallustius Cat. 40. 2. & gloria belli ante Romanos fuisse (sic enim est in vet. codice, Cat. 53. 3.) qui ſic habuere, alia omnia viri eti sua prona eſſe; cum Gallis pro salute, non pro gloria cereare. Iug. 114. 2. B. Addendi Cicero de prov. conf. cap. 13. Cæſar de bello Gall. 5. 24. Tacitus

in Germ. cap. 28. & in Agr. cap. 11. Bern.

Prima post Herculē] De quo Silius Italicus. 3. 496.

Primus inexpertas adiit Tiryn- thiu arces, &c.

Et Am. Marcellinus, 15. 26. Primam (per Alpes viam) Thebanus Hercules, ad Germonem exinguendum & Tauricum lenius gradiens, prope mariamq; compofuit Aples, &c. De eodem, Diodor. Sicul. 4. 19. Bern.

Inuicta] Forian inuia rectius eft. Bern.

6. Hortante successu] Pro quo veniſte. Sueton. Ner. 20. 4. blan- dente profectu. Virgilii Aeneid. 5. 210.

— ſucceſſe que acrior ipſo.

8. Ptolemæus] Pausanias in Atti- cis, & Phocis, quem lege de hac Gallorum in Græciam irru- ptione, & Delphorum obſidio- ne, Bong.

Orientem soli domuerint, nunc in vindictam finium.  
 10 Dardanis egeant: milites se habere filios eorum, qui sub-  
 Alexandro rege stipendia, toto orbe terrarum vñctores,  
 15 fecerint. Quæ vbi Dardano regi nuntiata sunt, incly-  
 tum illud Macedoniae regnum breui, immaturi juuenis  
 temeritate, casurum dixit.

1 C A P. V. Igitur Galli, duce Belgio, ad tentandos  
 Macedonum animos, legatos ad Ptolemaeum mittunt,  
 2 offerentes pacem, si emere velit: sed Ptolemaeus inter  
 suos, belli metu pacem Gallos petere gloriatus est. Nec  
 minus ferociter se legatis, quam inter amicos jactauit;  
 aliter se pacem daturum negando, nisi principes suos  
 obfides dederint, & arma tradiderint. non enim fidem  
 4 se nisi inermibus habiturum. Renuntiata legatione, ri-  
 fere Galli, vnde acclamantes, brevi sensurum, sibi an-  
 5 illi consulentes, pacem obtulerint. Interjectis diebus,  
 prælium conseritur, vñctique Macedones cæduntur.  
 6 Ptolemaeus multis vulneribus saucius capit: caput  
 cius amputatum, & lancea fixum, tota acie ad terrorem  
 7 hostium circumfertur. Paucos ex Macedonibus fuga  
 8 seruavit: ceteri aut capti, aut occisi. Hæc cum nun-  
 tiata per oīnem Macedoniam essent, portæ vrbium  
 clauduntur; luctu omnia replentur: nunc orbita-  
 9 tem amissorum filiorum dolebant: nunc excidia  
 vrbium.

11. Juueni temerit. cas.] Cicero  
 de inuent. 1. 3. Cum ad gubernacula  
 rei publ. temerarij arque auda-  
 ces homines accedunt, maxima ac  
 miserrima naufragia fiunt.

C A P. V. 1. Igitur Galli duce Bel-  
 gio.] Pausania hic est Bôlyj. Sed  
 male, ut puto. Voss.

Belgio [Vnde Belgæ putantur  
 dicti] Sed hec antiquitatibus obru-  
 sa. Etiam Belgites, populi Panno-  
 niaj apud Plinium lib. 3. c. 25.

3. Nec minus fer. se leg. ] Similli-  
 ma recordia Imp. Diogenes lega-  
 tionem Sultani, pacis conditiones

offerentem, contemptim relicit, &  
 timorem interpretatur, quæ con-  
 fidentia ac lenitas erat. Zonar.  
 tom. 3. Sapienter Aristhenus apud  
 Livium, 32. 21. 27. Achæos suos  
 hortatur, ne Romanos amiciriam  
 vlero petentes fassidiant, nec  
 enim eos id metu facere, sed quod  
 rogant, cogere posse. Bern.

6. Ptolemaeus multis vulneribus  
 saucius] Iustinus hic à Gallis reg-  
 no spoliatum caputque, vitam  
 ferro amississe ait: Plutarchus au-  
 tem in vita Pyrrhi, contra Galatas  
 profecium cum exercitu periisse.  
 12. Non.

vrbiū metuebant: nunc Alexandri, Philippique et  
gum suorum nomina, sicuti numina, in auxilium voca-  
bant. sub illis se non solum tutos, verum etiam vñctores 10  
orbis terrarum extirisse, ut tuerentur patriam suam, 11  
quam gloria rerum gestarum calo proximam readdis-  
sent; ut opem afflictū ferrent, quos furor & temeritas  
Ptolemai regis perdidisset, orabant. Desperantibus om- 12  
nibus, non votis agendum, Sosthenes vñus de Mace-  
donum principibus, ratus, contracta iuuentute, & Gal-  
los victoria exultantes compescuit; & Macedoniam  
ab hostili populatione defendit. Ob quæ virtutis bene- 13  
ficia, multis nobilibus regnum Macedoniæ affectanti-  
bus, ignobilis ipse præponitur: & cum rex ab exercitu 14  
appellatus esset, ipse non in regis, sed ducis nomen ju-  
rare milites compulit.

CAP. VI. Interea Brennus, quo duce portio Gallo- 11  
rum in Græciam se effuderat, audita victoria suorum,  
qui Belgio duce Macedones vicerant; indignatus parta  
victoria optimam prædam, & Orientis spoliis onustam  
tam facile relictam esse, ipse adunatis cl. millibus pedi-  
tum, & xv. millibus equitum, in Macedoniam irruptit.  
Cum agros villasque popularetur, occurrit ei cum in- 22  
structo exercitu Macedonū Sosthenes: sed pauci à plu-  
ribus, trepidi à valentibus facile vincuntur. Itaque cum 33  
victi se Macedones intra muros vrbium condidissent;  
victor Brennus, nemine prohibente, totius Macedoniæ  
agros deprædatur. Inde quasi terrena iam spolia sorde-  
rent, animum ad deorum immortaliū tempora conuertit,  
scutriliter jocatus, locupletes deos largiri hominibus opor- 44  
tere.

12. Non votis &c. ] Sallust. Catil.  
52. 26. Non votu, neque suppliciu,  
Decorum auxilia parantur &c.

13. Ignobilis ipse ] Non regio san-  
guine cretus: sed tamen vñus  
principū procerumue regni. Bern.

14. Non in regis, sed &c. ] Ita fere  
Mezterulus apud Liuium, 29. 29. 7.  
Vide supr. Notam ad 9. 4. 2. & Ami-  
git, disert. I. in Tacitum,

C A P. V I. 1. Et quindecim-  
millibus equitum] Mve] ut in mīcē:  
tantum recenset Diodorus in epi-  
tome lib. xxii. Voss.

4. Locupletes Deos, &c. ] Qua scur-  
rili cauillatione Dionyfius etiam  
vñs, mensas argenteas de omnib[us]  
delubris justis asserri: in quibus  
quod more veteris Gracia inscrip-  
tu esset, EONORVM DEORVM

tere. Statim igitur Delphos iter vertit, prædam religio-  
ni, aurum offensæ deorum immortalium præferens,  
quos nullis opibus egere, ut qui eas largiri hominibus so-  
leant, affumbat. Templum autem Apollinis Delphis  
positum est in monte Parnaso, in rupe vndique impen-  
dente

ut se eoru bonitate velle dicebat.  
Idem vitorialos aureas, & paceras  
coronasque, quæ simulacrorum  
porcellis manib[us] sustinebantur,  
sine dubitatione collebat, eaque se  
accipere, non auferre dicebat. Esse  
enim stulticiam, à quibus bona pre-  
caremur, ab iis porrigentibus &  
dantribus nolle sumere. Cicero de  
natur deor. 3. 34. Bern.

6. Templum autem Apollinis. ]  
Præter Pausaniam, vide & Stratoni  
lib. 9. pag. 288. B. Originem  
Oraculi Delphici refert Diodorus,  
16. 26. Bern.

Templum autem Apollinis Del-  
phis. ] Diodorus Siculus libro 16.  
refert, cum Delphis antiquis tem-  
poribus ingens terra hiatus exti-  
tisset, qua postea parte templi pe-  
netralia, id est, a dūra fuerunt, as-  
cendentes capellæ (nondum enim  
mons incolebatur) & accedentes  
propius ad hiatum mox cum fo-  
nos tum gestus mirificos edere co-  
perunt. Hæc custodem gregis mira-  
tum venisse & ipsum ad hiatum,  
eripi idem quod capris accidisse.  
Quo diuulgato alij de vicinia com-  
plures experiri volentes, quæ res  
esset, progressi ad hiatum illum,  
statim mente se alienari, & ut Græ-  
ci aiunt, ἵπποι ζεν, id est, numi-  
ne corripi senserunt. Quam terræ  
diuinitatem attribuentes, multis  
anuis in rebus quisque dubiis illo  
pro se oraculo fuit vsus, cum tel-  
lure esse χοντρού, id est, officinā  
quandam responsorum statuerent.  
Postea cum permulti in illo fur-  
to precipites in hiatum ferrentur,  
placuit vaticinandi munus virginis  
delegare, quam & θεοφόρη &  
πυθία appellarent. ut tamen hac

illo fungi tuto posset, machinam  
quandam extruxerunt, super qua-  
line periculo posset exultare &  
oracula reddere, quæ cum tres bas-  
tes haberet, Tripodis nomen obti-  
nuit. Addit etiam Diodorus, ali-  
quantisper huic muneri virginem  
præfuisse: deinde quinquagena-  
tiam feminam sacerdotem consti-  
tutam. Quod autem verissima res-  
ponda dari cederentar Delphis,  
tæ δέ τρίποδες proverbiali si-  
gura dici coepерunt, quæ vera &  
indubitate sunt. Strig.

Parnaso ] Græcos varie scribero  
hoc nomen obseruamus: Παρνα-  
σος, Παρνασσος, Παρνασσος, Παρ-  
νασσος, & Παρνασσος quoque, sit fi-  
des Hesychio, nec vicinitate duorum  
noiniuum deceptus, Parnethem  
Athidis monte cum hoc Phocidis  
confundat. Nugantur Græci Gram-  
matici parnassum quasi Larnassum  
fuisse dictum: quod in eo monte  
dilunij λαύραξ, hoc est, arca consti-  
tisset. Nos alibi dicebam⁹ & Bœotia  
& vicinx phocidis pleraque  
loca à Cadmo & aliis phœnicibus  
aut Syris fauise condita. Cuius rei  
etiam Plutarchus atque alij, hi-  
storici filiissent, appellations ta-  
men ipsorum manifestam fidem fa-  
cerent, ab ea origine esse huic moti  
nomen. פָּרְנָסָס Parnes Syris est ri-  
μαι. & פָּרְנָסָס Parnassus, Pasto-  
res, inde Pernassus ai ρομαι. Sic  
montem dixerunt, vbi greges suos  
pascebāt. Similiter à verbo פָּרְנָק  
Parnak sive Pharnak fuit in Asia  
vstatutus nomine Pharnaces: cui res-  
pondent Græca Hedycharis &  
Hedylus. Nam Syrum verbum  
significat

dente: ibi ciuitatem frequentia hominum facit: qui ad affirmationē majestatis vndique cōcurrentes, in eo saxo consedere: atque ita templum & ciuitatē non muri, sed præcipitia; nec manu facta sed naturalia præsidia, descendunt: proflus ut incertum sit, vtrum munimentum loci, an majestas dei plus hic admirationis habeat. Media saxi rupes in formam theatri recessit. Quamobrem & hominum clamor, & si quando accedit tubarum sonus, personantibus & respondentibus inter se rupibus, multiplex audiri, ampliorque quam editur, resonare soleret. Quæ res maiorem majestatis terrorem ignaris rei, & admirationem, stupentibus plerumque afficit. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planicies exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet: ex quo frigidus spiritus, vi quādam

significat ήσυραθεν. Mons quoque Helicon ab Ἡλα Halac videatur appellatus, quod eo loci convenienter, Citheron à Χιθων καθar rupes. Omitto similia non in eodem tractu multa, quæ ad eandem originem facile fuerit retrouare. Casaubonia.

In rupe] Qua causa Theocritus spigr. i. Διλοίδης πέτραι, similiter Orpheus in Argon. Πάρνυσσοι πέτραι appellat. Bern.

7. Informam theatri] Strabo lib. 9. pag. 389. m. θεατρογείδες. B. Lycophron in Cassandra, v. 600. locum ejusmodi θεατρόμετρον hoc est, theatriformem appellat, lib. 6. in descriptione Thessalie: hi omnes montes theatrali more curvantur. Bern.

9. Profundum terra for.] A mss. duobus Fuldenibus abest τὸ foramen: & puto eleganter dici posse profundum terra absolute: cum profundum nihil aliud sit, quam quod porro, id est, longe habet fundum. Vnde ridicule & more suo plautus Captiv. 1. 2. 79. parasiti theatrē, profundū vocabat. Modius.

*Frigidus spiritus*] qui spiritus vbi vetustate absitus, voluit plutarchus desisse oracula.

*Frigidus spiritus*] Eusebius lib. 5. vt opinor, de præparatione Euangelica, recitat querelam porphyrii, qui grauiter questus est, inde usque à nato Christo nullam posse utilitatem capi ex diis, properea quod miracula & oracula desierint. Et Plutarchus in quoddam libello querit anxie causas, cur sua oracula conticuerint oracula, & ridicule digitum intendit ad materiam, affirmans oracula Delphica & alia conticuisse propter mutationem meatarum subterraneorum, quos putat ruina aliqua aut verustate insigniter mutatos esse: & exemplum adfert de venis metallicis, quæ non sunt perpetuæ, sed suam habent periodum. Sed veram huius rei causam monstrarat vox diuina in Genesi cap. 2. Semen mulieris concerto caput serpentis, hoc est, ut Iohannes. 1. epist. cap. 3. interpretatur: Filius Dei apparuit, ut destruxat opera Diaboli, id est, ἵψα & τὰ ἵψα ἵψα sunt peccatum & mors, τελεῖσθαι sunt ludi & præstigia oraculorum.

dam velut vento in sublime expulsus, mentes va-um in  
vecordiam vertit; impletasque deo, responsa consu-  
io lentibus dare cogit. Multa igitur ibi & opulenta regum  
populorumque visuntur munera; quæque magnificen-  
tia sui, reddentium vota gratam voluntatem, & deo-  
rum responsa manifestant.

CAP. VII. Igitur Brennus cum in conspectu habe-  
ret templum, diu deliberauit, an confessim rem aggre-  
deretur: an vero fessis via militibus, noctis spatum ad  
resumendas vires daret. Emanus & Thessalorus duces,  
qui se ad prædæ societatem junxerant, amputari moras  
jubent, dum imparati hostes, & recens aduentus sui, ter-  
rori esset: interjecta nocte & animos hostibus, forsi-  
tan & auxilia accessura, & vias quæ tunc pateant, ob-  
structum iri. Sed Gallorum vulgus ex longa inopia, ubi  
primum vino, ceterisque commeatibus referta rura in-  
uenit, non minus abundantia, quam Victoria lœtum per  
agros se sparserat; desertisque signis ad occupanda om-  
nia pro victoribus vagabantur. Quæ res dilationem  
Delphis dedit. Prima namque opinione aduentus Gal-  
lorum prohibiti agrestes oraculis feruntur, messes, vi-  
naque villis efferre: Cuius rei salutare præceptum non.  
prius intellectum est, quam vini, ceterarumque copia-  
rum abundantia, velut mora, Gallis obiecta, auxilia fi-  
nitimorum

Et in Evangelio Luca Christus in-  
quit cap. 10. Foris rancissper rener  
domum, & ea, quæ sunt in domo,  
donec veniat aliquis foreior, qui  
cum exarmat & spolia ad se tra-  
ferr. Ex his dictis non est obscu-  
rum, quid hac de re existimatum  
sit. Strig.

CAP. VII. 2. Recens aduentus sui,  
terrori esset] Forte laborat hic lo-  
eus scribendumque, recens aduen-  
tu sui terror esset. Freinsh.

4.5.6.7.] Tacitus Hist. 4. 78. Ob-

stat vincentibus prauum inter ipsos certamen, hoste omisso spolia  
confandi. Quod genus exempla  
monitaque collegerunt, Amiratus  
in Tacit. 17. 9. Camerar. hor. subcis.  
3. 29. Piccartus obseru. 10. 8. Præ-  
dæ obiectu hostem sustinentium  
exempla alia sunt in Plutarch. Lu-  
cullo c. 34. Polyzeno strateg. lib. 7.  
vbi de Mithridate: Frontino,  
2. 13.

5. Pro victoribus.] Vide Notam  
33. 3. 9.

nitimorum conuenere. Prius itaque urbem suam Delphi, aucti viribus sociorum, permuniuere, quam Galli vino, velut praedae, incubantes, ad signa reuocarentur. 9  
Habebat Brennus lecta ex omni exercitu peditum sexaginta quinque millia: Delphorum sociorumque non nisi quatuor millia militum erant; quorum contemptu 10  
Brennus ad aquendos suorum animos, praedae libertatem omnibus ostendebat, statuasque cum quadrigis, quarum ingens copia procul visibatur, solido auro fusas esse: plusque in pondere, quam in specie habere  
praedae affirmabat.

CAP. VIII. Hac asseueratione incitati Galli, simul & hesterno mero saucij, sine respectu periculorum in bellum ruebloant. Contra Delphi plus in deo, quam 2  
in viribus reponentes, cum contemptu hostium resistebant, scandentesque Gallos à summo montis vertice, partim saxo, partim armis obruebant. In hoc partium certamine, repente vniuersorum templorum antitites, simul & ipsi vates, sparsis crinibus, cum insignibus atque insulis, pauidi recordesque in primam pugnantium aciem procurrunt: aduenisse deum clamant; eumque se vidisse desilientem in templum per culminis apertaz fastigia. Dum omnes opere dei suppliciter implorant, juuenem supra humanū modum insignis pulchritudinis, comitesque ei duas armatas virginis, ex pron-

pinquis  
10. Statuasque cum quadrigis] Herodotus narrat in lib. i. Cœlum regem Lydorum opuleatissimum, qui habuit divites venas auri & argenti, donasse templo Delphico mille lateres ex solido auro fusos; ex hac materia aurea facta est arata aurea, ἀρχαὶ οὐρανοῦ. Serig.

CAP. VIII. 1. Mero sanoy] Oivo-  
πλῆγες, & μεθυπλῆγες apposite dicuntur Grecis. vide Gruter. suspcion. 8. 13. & supr. not. ad 1. 8. 8.  
Bern.

3. Simul & ipsi vates] MSS. Ful-  
denses. simul & ipsi vates: quod

conuenit satis cum eo quod sequitur, sparsis crinibus, & erant omnino plereque feminæ Apollinis sacerdotes, eiusque instinctu responsa confulentibus dantes Virgil. Aen. 6. 65.

— inque, o sanctissima vates,  
Præscia venturi. —

Delphis in primis, ubi Phœbades vocabantur hæ vates, siue Pythia. Vide Strabonem lib. 9. Mod. Bern.

Sparsis crinibus] Quod est sanc-  
ticorum.

Insulis] Vide supra.

6. Audisse

6 pinquis duabus Diana Minerueque adibus occurrisse, nee  
 oculis tantum hac se perspexisse: audisse etiam stridore  
 7 arcus, ac strepitum armorum: proinde ne cunctarentur,  
 dissantes signans, hostem cedere, & victoria deorum so-  
 cios se attingere, summis obsecrationibus monebant.  
 8 Quibus vocibus incensi, omnes certatim in prælium  
 9 prosiliunt. Præsentiam dei & ipsi statim sensere, nam &  
 terræ motu portio montis abrupta, Gallorum struit  
 exercitum, & conseruissimi cunei non sine vulneribus  
 10 hostium dissipati ruerant. Insecuta deinde tempestas  
 est, quæ grandine & frigore saucios ex vulneribus ab-  
 sumpsit. Dux ipse Brennus, cum dolorem vulnerum fer-  
 11 re non posset, pugione vitam finiuit. Alter ex ducibus,  
 punitis belli auctoribus, cum decem millibus saucio-  
 12 rum citato agmine Græcia excedit. Sed nec fugienti-  
 bus fortuna commodior fuit: siquidem pauidis nulla  
 sub testis acta nox; nullus sine labore & periculo dies;  
 13 assidui iimbres & gelu, nix concreta, & famæ, & lassi-  
 tudo, & super hæc maximum peruigiliæ malum, miser-  
 14 ras infelicitis belli reliquias obtenebant. Gentes quo-  
 15 que

6. Audisse etiam strid. arc.] Virgil. Aen. 9. 659.

Agnouere deum proceres, diuinaque rela

Dardanide, pharctramque fuga  
sensere sonantem.

Vide de hoc auctoris loco Sares-  
beriens. Polycrat. 6. 17. Bern.

9. Et terramotu portio] Compara  
cum hoc loco Gallicæ cladi descrip-  
tionem, quæ est in Phocicis  
Pausaniz. Is xxvi millia Gallo-  
rum, partim ferro, partim tempe-  
state, & metu Panico, partim fame  
scribit in Phocide cecidisse. De  
Brenni morte vide præterea Va-  
ler. Max. 1. 1. 18. Bern.

Cunei] Conglobata moles intelli-  
gitu: c. neus autem propriæ instru-  
mentum ferreum, cuius prima pars  
acutior, altera amplior & latior.  
Hinc & ad alia deriuatur. Nam &

cunei militares & acutæ lapidum  
moles à similitudine dicatur.

11. Cum dolorem vulnerum ferre  
non posset, pugione vitam finiuit. Atqui Pausanias inquit, illum vul-  
neratum, veneno vitam finiisse,  
pudore scilicet acceptæ in Græcia  
cladis. Sed conciliat hos Diodorus:  
Επινοεὶς ἀνερτού πόλιων οὐ με-  
γάρειδη δύσθ, εἰσαγότες αὐτοὺς τέξει.  
Voss.

13. Pauidis nulla sub test. ] Ne-  
que enim illa metu enib[us] quies:  
supr. 2. 13. 11. sive, ut loquitur P. Sy-  
rus, Metus cum venit, rarum ha-  
ber somnum locum: Onosander. Stra-  
teg. cap. 42. Qui in periculis ver-  
santur, non si permitteatur quidem,  
somno frui: ve: ne. Nam metu peri-  
culi, etiæ quo tempore licet qui: esce-  
re, velut urbe iamiam capienda,  
inglare coguntur. Adde Marcellin.  
lib. 2. 5. princ. 16. №

que nationesque, per quas iter habebant, palantes velut  
prædam factabantur. Quo pacto evenit, ut nemo ex 16  
tanto exercitu, qui paulo ante fiducia virium etiam ad-  
uersus deos contendebat, vel ad memoriam tantæ cla-  
dis, supereret.

16. Nemo ex tanto exercitu Po-  
lybius, 4.49. eos qui superauerint,  
circa Byzantium constitisse, ibique  
imperium condidisse scribit. B.

Quin etiam auctor infr. 12.3.6. ipse  
sibi contrarius, partem horum Gal-  
lorum in Asiam, partem in Thra-  
ciam extorres fugiisse scribit. Bern.

## LIBER XXV.

## BREVARIUM CAPITVM.

- 1 Gallorum in Antigonum, Macedonia Regem, conspi-  
ratio.
- 2 Dum ad prædam currunt, preda sunt ipsi, & Anti-  
gonus pacem obtinet. Nomen Gallorum formida-  
bile & armorum iniusta felicitas.
- 3 Pyrrhus Macedonia potitur, Antigono ejecto.
- 4 Pyrrhus, dum monarchiam somniat, a Spartanis mu-  
lieribus atterritur.
- 5 Pyrrhus apud Argos occiditur, cuius elogium & re-  
rum summam Iustinus subiicit.

## CAP. I.

**I**ntra duos reges, Antigonū & Antiochum, 1  
statuta pace, cum in Macedoniā Antigonis  
reuerteretur, nous eidem repente hostis  
exortus est. Quippe Galli, qui à Brenno du-  
ce, cum in Græciam proficeretur, ad terminos gentis  
tuendos relicti fuerant, ne soli desides viderentur, pedi-  
tum quindecim millia, equitū tria millia armauerunt:  
fugatisque Getarum Triballorumque copiis, Macedo-  
niæ

CAP. I. 3. Getarum] Getas ad Pontum & Orientem habitare ait  
ytriusque Danubij ripam versus Strabo, & confirmat Ouidius. Sar-  
matiae

niæ imminentes, legatos ad regem miserunt, qui pacem ei venalem offerent, simul & regis castra speculareretur.

1 Quos Antigonus pro regali munificentia, ingenti appa-  
5 priatu epularum ad cœnam inuitauit. Sed Galli exposi-  
tum grande auri argenteique pondus admirantes, atque  
6 prædæ vberitate solicitati, infestiores quam venerant,  
reueruntur. Quibus & elephantes ad terrorem, velut  
7 inusitatas Barbaris formas, rex ostendi jusserat, & na-  
ues onustas copiis demonstrari: ignatus, quod quibus  
ostentatione virium, metum se injicere existimabat,  
8 eorum animos ut ad opimam prædam solicitabat. Ita-  
que legati ad suos reuersi, omnia in maius extollentes,  
9 opes pariter & negligentiam regis ostendunt: referta  
auro & argento castra; sed neque valllo, fossaue munita: &  
quasi satis mumenti in dicitis habent, ita eos om-  
nia officia militaria intermissero: prorsus quasi ferri au-  
xilio non indigerent, quoniam abundantem auro.

C A P. II. Hac relatione, audiæ gentis animi satis  
2 ad prædam incitabantur. Accedebat tamen & exem-  
plum Belgij, qui non magno ante tempore Macedonum  
3 exercitum cum rege trucidauerat. Itaque consentienti-  
bus omnibus, nocte castra regis aggrediuntur: qui præ-  
sentiens

matiz itaque Europæ populi sunt, cum Gotthis confudit Spar-  
tianus, an recte, non est hic disputandi locus. Vide tamen I. Pont.  
de Hist. Dan.

Tribalorumque] *Tribus*, Mœsis Inferioris populi sunt; te-  
stibus Ptolemæo, Plinio, & Strabone, qui eos dicit ad insulam Da-  
nubij Peucem usque pertingere. *Tribus*, uno λ, male, apud po-  
litenum, de Scythis, lib. 7. Seruū  
dicuntur a Niceta, sed Bulgares a  
Laconico, Sophiano, Lazio, Bonaci-  
ciolo, & Barletio. Oret.

*Castra specularentur]* De specula-  
toribus hoc genus legatis, in ejus  
argumenti libro cap. 41. Cal. Pal-  
chalius & alij.

3. 4. 5. ] Simillima referuntur à  
Niceta. Choniate sub finem libri  
1. de Alexio Angelo, principe By-  
zantino, qui legatos Imp. Henrici  
pacem venalem offerentes, osten-  
tatione diuinarum tam non ter-  
runt, ut dicentur, nihil capi aut  
affici Germanor. muliebrisbus istis  
spectaculus aut ornamenctus: atque  
ad eo jam tempus esse, ut hū sepo-  
sius, Graculiferro aurum commis-  
tarent. &c.

5. *Præda vberitate solicitati*]  
Hinc dicuntur audiſſima rapien-  
di gens. Liv. 3. 8. 27. 2. Nemini facit  
miter, ni subinde auro, cujus aut  
diſſima gens est, principum animi  
concilientur. Idem 21. 20. 8. Bong.

sentiens tantam tempestatem, signum pridie dederat, ut omnibus rebus ablatis, in proxima silua taciti se occularent. Neque aliter seruata castra, quam quod deserta sunt. Siquidem Galli, ubi omnia vacantia, nec sine defensoribus modo, verum etiam sine custodibus videntur, non fugam hostium, sed dolum arbitrantes, diu intrare portas timuerunt. Ad postremum integris & intactis munimentis, scrutantes potius quam diripientes, castra occupauerunt. Tunc ablatis quæ inuenierant, ad litus conuenituntur. Ibi dum naues incautius diripiunt, à remigibus, & ab exercitus parte, quæ eo cum coniugibus & liberis confugerant, nihil tale metuentes trucidatur: tantaque cædes Gallorum fuit, ut Antigono pacé opinio huius victoriæ; non à Gallis tantum, verum etiam à finitimorum feritate praestiterit. Quanquam Gallorum ea tempestate tantæ fœcunditatis iuuentus fuit, ut Asiam omnem velut examine aliquo implerent. Denique neque reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu villa bella gesserunt: neque pulsi regno ad alios quā ad Gallos confugerunt. Tantus terror Gallici nominis, & armorū inuicta felicitas erat. ut aliter neque maiestatem suam tutam, neque amissam recipere se posse sine Gallica

CAP. II. 4. *Omnia vacancia]*  
Quod idem olim iidem fecere  
capta Roma. Liu. 5. 41. 6. Flor. 1. 13.  
19. Bern.

7. *Opinio huius viet.*] Hoc est,  
existimatio ex victoria parta. Ta-  
cit. Ger. c. 13. Germani ipsa plerum-  
que fama bella profligant. Veget.  
præf. lib. 3. Nemo prouocare, nemo  
auder offendere. quem intelligit  
superiorem esse pugnaturū. Bern.

8. *Asiam omnem]* Vide Strabo-  
nem lib. 12. Oraculum de eorum  
in Asiam transitu extat in Pausa-  
niæ Phocicis. Bong.

10. *Tantu terror]* Gallorum qui-  
dem etiam corpora intolerantissi-  
ma laboris atque æstus fuere, pri-

maque eorum prælia plusquam virorū, postrema minus quam fe-  
minarum esse, Liuius & Florus scribunt. Apud Romanos nulli  
bello Gallico immunitas erat, ut ait Cicero pro M. Fonteio, & au-  
tore Appiano lib. 2. In sacerdotum & seniorum lege, quæ de im-  
munitate lata est, exceptum fuit,  
nisi Celticum bellum instaret eo  
enim instantे sacerdotes, seniores  
que in armis esse oportebat. nam  
Gallica gente nulla Romanis for-  
midabilior.

11. *Maiestatem suam tutam]* Quid  
si tutari? & ita quidam olim im-  
pressi. Bern.

11 Gallica virtute arbitrarentur. Itaque in auxilium à Bithyniae rege inuocati , regnum cum eo parta victoria diuferunt , eamque regionem Gallograeciam cognomi nauerunt.

1 CAP. III. Dum hæc in Asia geruntur, interim in Sicilia Pyrrus à Poenis nauali prælio victus , ab Antigono Macedoniæ rege supplementū militum per legatos petit: denuntians, *ni mittat, redire se in regnū necesse habere, incrementa rerum, quæ de Romanis voluerit, de ipso quaesturū.* Quod ubi negatū legati retulerunt, dissimulatis causis, repentinā fingit profectionē. Socios interim parare bellum jubet : arcis Tarentinæ custodiam Heleno filio, & amico Miloni tradit. Reuersus in Epirum, statim fines Macedoniæ inuadit : cui Antigonus cum exercitu occurrit; victusque prælio in fugā vertitur. Atque ita Pyrrhus Macedoniam in deditio[n]em accipit; & veluti damna amissæ Siciliæ Italæque acquisito Macedoniæ regno pensasset, relictū Tarenti filium & amicū arcessit. Antigonus autem cum paucis equitibus , fūgæ comitibus, repente fortunæ ornamentiis destitutus, amissi regni speculatorus euentus, Thessalonicam se recepit;

11. In auxilium à Bithyn. ] Strabo Gallos scribit Attaloru[m] re-gum terras diu populasse, tandem ab iis Bithyniam obtinuisse , quæ & Gallograecia. Bong.

*Gallograeciam]* Gallograecia, mixti Galli & Græci appellantur. Liuius, v. iii. i. v. Decadis.

CAP. III. 1. Pyrrhus] Quomodo Pyrrhus Italia & Sicilia excesserit, & in Græciam reuersus , Antigonum & Gallos strenue pugnantes vicerit, legendus in eius vita Plutarchus, & Pausanias in Atticis. Bong.

*Victus]* Exercitus pyrrhi viii millia peditum , & D equitum. Plutarchus.

3. Repentinam fingit profectio-nem ] pyrrhi ex Italia excessus: hunc Antigonus lusori adsimula-

bat, qui & multa & bene jaceret, sed cadentibus vti nesciret Plutar-chus.

7. *Thessalonicam se recep[er]it*] Θεσσαλονίκη, Macedoniae urbs, Ptolemaeo, in Amphaxitide regio-ne. prius *Halia A'lia*, dicta fuit, inquit Stephanus, Strabonis Epitome Laonicus & Tzetza scribit eam olim *Therma*, θέρμη, appellata. Idem asserit Sophianus ; qui eam quoque cum Zonara , Εμα-thiam vocat. Plinio tamen Thessa-lonica & Therma, duæ sunt. Hodie eius nomen *Salonici* est. Inter omnes Græciae urbes hactenus hanc vibem & magnitudine & incola-rum frequentia conspicuam esse, mihi dignus & oculatus testis Ioachimus Axenius Graianus Oret.

cepit; ut inde cum conducta Gallorum mercenaria manu bellum repararet. Rursus à Ptolemæo Pyrrhi filio funditus victus, cum septem comitibus fugiens, non iam recipiendi regni spem, sed salutis latebras, ac fugæ solitudines captat.

CAP. IV. Igitur Pyrrhus in tanto fastigio regni collocatus, iam nec eo, ad quod votis perueniendum fuerat, contentus, Græcia & Asiaque regna meditatur. Neque illi major ex imperio, quam ex bello voluptas erat: nec quisquam Pyrrhum, qua tulisset impetum, sustinere valuit. Sed ut ad deuincenda regna inuitus habebatur: ita deuictis acquisitisque celeriter carebat. Tanto melius studebat acquirere imperia, quam retinere. Itaque cum copias Cherroneso transposuisset, legationibus Atheniensium, & Achæorum, Messeniorumque excipitur. Sed & Græcia omnis admiratione nominis eius, simul & rerum aduersus Romanos Pœnosque gestarum gloria attonita, aduentum eius expectabat. Primum illi bellum aduersus Spartanos fuit: ubi majore mulierum, quam virorum virtute exceptus, Ptolemæum filium, & exercitus partem robu

CAP. IV. 1. Ad quod votis perv. ] Consulendi, Gruter. suspicion. 6. 14. & Briffonius in Formulis lib. 1. pag. 82.

3. Melius studeb. acquir. imp. quam ret. ] Ea de causa pyrrhum Antigonum aleatori similem esse dixit, qui spe lucri proprias opes prodigit: nec inquam contentus est eo, quod in aëa vicerit: sed quæcumque collusoribus superfunt, auditate magna cupit, inque ea relictis omnibus solum inhians, quæcumque ante quæsicerat, profundit. Simili ingenio fuit Alexander Magnus, cuius res in Oriente gestas cum legeret Imp. Augustus, admiratum ferant, non induisse eum in animum,

quomodo quæsita seruaret: sed tantum, ut alia quæsitis adjiceret. Plut apoph. Rom. c. 40. Bene Thucydides, 6. 2. 15. Amentis est, illos aggredi, quos licet vincas, non rāmen restringere possis. Et Cassiodorus lib. 1. var. epist. 25. Nihil prodest iniuria rei solidare, si valebit præsumptio, ordinata destruere. Illa sunt enim robusta, illa diuturna, qua prudencia incipit, & cura custodit. &c. Bern.

4. Cherroneso ] Glareanus ex historia legit Peloponneso, & sequentia comprobant. Vett. alij c. cerroneso: alij cerronesto. Vide plutarckum, & Pausaniam in Atticis & Laconicis. Bong.

robustissimam amisit. Quippe oppugnanti vrbem, ad tutelam patriæ tanta multitudo feminarum concurrit, vt non fortius victus, quam verecundius, recederet.

2 Porro Ptolemaeum filium eius, adeo strenuum, & manu fortē fuisse tradunt, vt vrbem Corcyram cum sexaginta ceperit, item prælio nauali quinqueremem ex scapha cum septem insiluerit, captamque tenuerit. In oppugnatione quoque Spartanorum usque in mediam vrbem equo procurrit; ibique concursu multitudinis interfectus sit. Cuius corpus ut relatum patri est, dixisse Pyrrhum ferunt, aliquanto tardius eum, quam timuerit ipse. vel temeritas eius meruerit, occisum esse.

1 CAP. V. Repulsus à Spartanis Pyrrhus, Argos petit ibi, dum Antigonus in vrbē clausum expugnare conatur, inter confertissimos violentissime dimicans, saxo 2 de muris iactus occiditur. Caput eius Antigono refertur: qui victoria mitius usus, filium eius Helenum, cum Epirotis sibi deditū, in regnum remisit, eique insepulti patris ossa in patriam referēda tradidit. Satis conīctans inter omnes auctores fama est, nullum, nec eius, nec superioris aeratis regem comparandum Pyrrho fuisse; raroque non inter regestantum, verum etiā inter illustres viros, aut vitæ sanctioris, aut iustitiae probatioris visū fuisse:

4 Scientiam certe rei militaris in illo viro tantam fuisse,

vt

8. Corcyram] Sicut hæc maris Iōnij insula, ita vrbem cognominem habet.

Scapha] Paruum nauigium sequens maiora nauigia.

CAP. V. 1. *Saxo de muris*] Probus, lapide ietus. Plutarchus, & Pausanius, & Strabo lib. 8. *xερξιδε*, id est, regulam vocant. B. Quomodo etiam Ouidius in Ibin, distich. 152.

*Aut ut Achilleidem cognato nomine clarum*

*Opprimat hostili regula iacta manu,*

*Saxo de muris*] Plotarchus ait, Pyrrhum à muliercula regulæ iacte interfectum esse in vrbē.

2. *Caput eius*] Valer. Max. lib. 5. cap. 1. Bong.

3. *Comparandum Pyrrho*] Et experientia bellica & manu; & audacia facile primus Regum sui temporis habitus. Plutarch.

*Comparandum Pyrrho fuisse.*] Pyrrho Annibalem inter imperatores secidas dedisse refert Liu<sup>9</sup>, quod castra metari prius docuerit, ad hoc nemo elegantius loca cœperit, praesidia dispositur &c.

4. *Bell.*

ut, cum Lysimacho, Demetrio, Antigono, tantis regibus bella gerens, inuitus semper fuerit. Illyriorum quoque, Siculorum, Romanorumque, & Carthaginensium bellis, nunquam inferior, plerunque etiam victor extiterit: qui patriam certe suam angustam, ignobilēmque, fama rerum gestarum, & claritate nominis sui, toto orbe illustrem reddiderit.

4. *Bella gerens]* MSS. Eulenses, *bellica gesserit*: quomodo cum habeant etiam omnes veteres scripti codices Bongarsij, puto geminata eadem voce & syllaba repo-

nendum: *ut cum Lysimacho, Demetrio, Antigono, tantis regibus bella gesserit, inuitus semper fuerit.* Mod.

## LIBER XXVI.

## BREVARIUM CAPITVM.

- 1 *Peloponnesij per proditionem Antigono traduntur. Aristotimus tyrannus Epirotas affigit, & Hellanicas prudentia opprimitur.*
- 2 *Antigonus Gallis occurrit, qui in furorem versi conjuges & liberos suos trucidant: deinde Numinis vindicta omnes internecione delentur. Antigoni varij casus.*
- 3 *Alexander, Pyrrhi filius, in regnum restituitur. Regni Cyrenarum turbulentus status.*

## C A P. I.

**P**ost mortem Pyrthi non in Macedonia tam verū etiam in Asia, Græciaque, magni bellorum motus fuere. Nam & Peloponnesij per proditionē Antigono traditi; & variā te hominū partim dolore, partim gaudio, prout singulæ ciuitates aut auxilium de Pyrro sperauerant, aut metus sustinuerant, ita aut cum Antigono societatem jungabant, aut mutuis inter se odiis in bellū ruebant.

Inter

- 4 Inter hunc turbatarū prouinciarum motum, Epirorum quoque vrbs ab Aristotimo principe per tyrannidē occupatur: à quo cum multi ex primoribus occisi, plures in exilium acli essent Aetolis per legatos postulatibus, conjuges liberosque exulum redderet, primo negavit:  
 5 postea quasi pœniteret, proficisciendi ad suos omniibus matronis potestatem dedit; diemque profectionis statuit. Illæ, quasi in perpetuum cum viris exulaturæ, pretiosissima quæque auferentes, cum ad portā, quasi uno agmine prefecturæ, conuenissent, omnibus rebus expoliatae, in carcerem recluduntur: occisis prius in gremio matrum paruulis liberis, virginibusque ad stuprū direptis. Ad tam sœuam dominationem stupentibus omnibus, princeps eorum Hellanicus, senex & liberis orbus, ut qui nec ætatis nec pignoris respectu timeret, contrarios domum fidissimos amicorum in vindictam patriæ  
 6 hortatur. Cunctantibus priuato periculo publicum finit  
 7 re,

C A R. I. 4. *Epirorum quoque vrbs*] Locus manifesto madosus: nec vett. auxilio sunt. Glareanus, nescio quo auctore, *Epidauriorum* legit. Ex Pausania Eliacis, & Plutarchi libello, de virtutibus mulierum, cap. 24. omnino legendum - *Eliorum*. Bong.

8. *Hellanicus*] Ita vett. & Pausanias, & Plutarchus, quos lege, vulgo *Helemaius*. Bong.

*Senex & liberis orbus*] A. Cæsarius cum multa de temporibus Cæsaris liberius loqueretur, amique ne id faceret, monerent: *Duas res, quæ hominibus amarissima* videntur, *magnam sibi liceniam præbere* respondit, *Senectutem & Orbitem*. Val. Max. 6. 2. 12. Ita Solon visitato tyranno querenti, *qua rāndem sibi frēs*, *sibi rām audacter resistere*; respondisse fertur, *Senectutē*: Cicero de senect. c. 2 e. Silius extrema senecta liber: Tacit. annal. 13. 42. Add. Statium Thebaid. 3. 214. iterum-

que Val. Max. 3. 8. 5. Rationem reddit in Plutarchi Cæsare c. 21. Confidius. nam quod superest vita, quia parum est, haud magnam cautionem desiderat. Quod ipsum de orbitate dici potest. Bern.

*Pignoris*] Duobus filiis ortatum Hellanicum scribit Plutarchus de virt. mul. cap. 24. Vnde pignorum hic legi forte rectius sit. Bern.

*Pignoris*] Sic edidi ex veteribus omnibus. Vide Priscian. lib. 6. Frequens est o, in e, mutatio. Inde Apellinem dicebant veteres pro Apollinem, Festus & amplecti pro amplecti apud Sallust. & à regendo roga dicta. Inde quod in vett. mss. semper legitur *Isolemaus*, est enim Græcis Πηλευδίς. Ut quæ iis est Κέρυξ, Latinis est Corcyra: & Bepeyan est Beronice. Pignus autem hic vocat uatos. Bong.

9. *Cundancibus priuata*] Simile quid à Plutarcho refertur fine relopidx. Bern.

re, & deliberandi spatum postulantibus, accessit scilicet  
jabet obserari forces; tyrannoque nuntiari, mitteret qui  
conjuratos apud se comprehendenderet; objectans singulis,  
se quia liberanda patria auctor esse non posset, desert &  
ultorem futurum. Tunc illi anticipati periculo circum-  
uenti, honestiorem viam eligentes, coniurant in tyran-  
ni necem: atque ita Aristotimus, quinto postquam ty-  
rannidem occupauerat mense opprimitur.

C A P. II. Interea Antigonus cum multiplici bello, 1  
& Ptolemæi regis, & Spartanorum, premeretur; nouus-  
que illi hostis Gallograecis exercitus affluxisset; in spe-  
ciem castrorum parua manu aduersus ceteros relicta,  
aduersus Gallos totis viribus proficiscitur. Quibus co- 2  
gnitis, Galli cum & ipsi se prælio pararent, in auspicia  
pugnæ hostias cedunt: quarum extis cum magna cedes,  
interitusque omnium prædiceretur, nō in timorem, sed  
in furorem versi, sperantesque deorum minas expiari  
cæde suorum posse; conjuges & liberos suos trucidant,  
auspicio belli à patricidio incipiētes. Tanta rabies feros 3  
animos inuaserat, ut non parcerent ætati, eui etiam  
hostes

ro. Quinto postquam Sex me-  
ses tyrannidem tenuisse refert  
Pausanias. Beng.

C A P. I I. 2. *Conjuges &*  
*liberos*] In hac narratione, de Gal-  
lis mactantibus humanas hostias  
pro salute exercitus, mensinger-  
imus historiolam recitatam à Julio  
Cæsare in 6. lib. de bello Gallico.  
Sic enim inquit Cæsar: Natio est  
omnium Gallorum admodum de-  
dita religionibus, atque ob eam  
causam, qui sunt affecti grauiori-  
bus morbis, quique in præliis pe-  
riculisque versantur, aut pro vieti-  
nis homines immolant, aut se im-  
molatuos vount, ad ministrisque  
ad ea sacrificia Druidibus vtun-  
tur, quod pro vita hominis nisi  
vita hominis reddatur, non posse  
Deorum immortalium numea pla-

carū arbitrantur, publiceque ejus-  
dem generis habent instituta sa-  
crificia: alij immane magnitudine  
simulacra habent, quorum contex-  
ta viminibus membra viuis honi-  
nibus compleant, quibus succensis  
circumueni flammæ examinantur  
homines. Supplicia eorum, qui in  
Furto aut fatrociniis aut aliquo no-  
xa sunt comprehensi, graviora Diu-  
immortalibus esse arbitrantur &  
sed cum eius generis deūcūt copia,  
etiam ad innocentium supplicia  
descendant. Strig.

3. Etati, cui etiam &c.] Ita  
fere supra, 18. 6. 12. & Luius, 24.  
26. 9. Humaniter ergo Pausanias  
Spartanorum princeps, cum Attar-  
ginus urbe Thebis profugisset, qui  
dedi debebat, cuius liberos ad se  
adiuvtos, cuius absoluuit, negan-

hostes pepercissent, bellumque interneicum cum libe-  
 ris, liberorumque matribus gererent, pro quibus bella  
 4. suscipi solent. Itaque quasi scelere vitani victorianque  
 redemissent, sicut erant crueti ex recenti suoūm cæde,  
 5. in prælium non meliore euentu, quam omne profici-  
 scuntur. Siquidem pugnantes, prius patricidioūm fu-  
 riæ, quam hostes circumuenere; obseruantibusque ante  
 oculos manibus interemptorum, omnes occidione cæsi.  
 6. Tanta strages fuit, ut pariter cū hominibus dij conser-  
 7. sisce in exitium patricidarum viderentur. Post huius pu-  
 gnæ euentum, Ptolemæus & Spætani, victorem hostiū  
 8. exercitum declivantes, in tutiora se recipiunt. Antigo-  
 nus quoque vbi eorum discessum videt, recēti adhuc ex  
 priori victoria militum ardore, bellum Atheniensibus  
 9. infert. In quo cum occupatus esset, interim Alexander  
 rex Epiti vlcisci morte patris Pyrrhi cupiens fines Ma-  
 10. cedoniar depopulatur. Aduersus quem cum reuersus à  
 Græcia Antigonus esset, transitione militum destitutus,  
 11. regnum Macedoniar cum exercitu amittit. Huius filius  
 Demetrius puer admodum, absente patre, reparato ex-  
 exercitu, non solum amissam Macedoniam recipit: verum

etiam

pueros factionis Medica esse parti-  
 cipes, inquit Herodot. 9. 87. Num  
 quis trascier pueru, quorum etas  
 nondum nouit rerum discrimina?  
 Senec. de ira, 2. 9. Bern.

Interneicum] Duobus præterea  
 locis, vocem hanc auctori re-  
 stitui, quæ & hic, & 6. 6. 2. & 11. 9.  
 4. varie corrupta erat. Alij in-  
 terneicum scribunt: sed Festus in-  
 terneicum dicit, & ita plerique  
 Ann. Marcellini locis edi-  
 tum est. Bong.

5. Furia] Rechte Cicero furiarum  
 nomine nihil aliud apud Gentiles  
 denotari scribit, quam animum  
 male conscient, & scelerum quasi  
 stimulis assidue exagitatum. Noli-  
 te, inquit, putare, quemadmodum  
 in fabulis sapientia videtur, eos  
 qui aliquid impie scelerateque

commiserunt, agitari & perturreri  
 furiarum eadis ardentiib: sua  
 quemque fraus, & suu terror ma-  
 xime vexat: suum quemque scel-  
 lu exagitat, amentiaque afficit:  
 sua mala cogitationes conscientia-  
 que animi terrent. Ha sunt im-  
 piis apud a domst. caue Furia;  
 quæ dies noctesque parentum pa-  
 nes a sceleratissimu filiu repetant.  
 Itaque illo vocabulo s̄pē &  
 Christiani auctores non male  
 vtuntur. vide epistolam Heinsij ad  
 Balzacum.

7. Ptolemæus] Ptolemæus Eus-  
 ytm., Aegypti rex III.

8. Bellum Atheniensibus] Eius  
 meminit Pausanias in Atticis.  
 Bong.

10. Transitione milit.] Transfu-  
 gius nudatus, inquit, Tacit. 2. 46.

etiam Epiri regno Alexandrum spoliat. Tanta vel <sup>12</sup> mō-  
bilitas militum, vel fortunæ varietas erat, ut vicissim  
reges, nunc exules, nunc reges viderentur.

CAP. III. Igitur Alexander, cum exul ad Acarna-  
nas confugisset, non minore Epirotarum desiderio, quā  
sociorum auxilio, in regnum restituitur. Per idem tem-  
pus rex Cyrenarum Agas decedit: qui ante infirmitatē,  
Beronicen vnicam filiam, ad finienda cum Ptolemæo  
fratre certamina, filio eius desponderat. Sed post mor-  
tem regis, mater virginis Arsinoë, vt inuita se contra-  
ctum matrimonium solueretur, misit qui ad nuptias vir-  
ginis, regnumque Cyrenarum, Demetrium fratrem re-  
gis Antigoni à Macedonia arcesserent: qui & ipse ex fi-  
lia Ptolemæi procicatus erat. Sed nec Demerrius mo-  
ram fecit. Itaque cum secundante vento celeriter Cy-  
renas aduolasset, fiducia pulchritudinis, qua nimis pia-  
cere socrui coepérat, statim à principio superbis, regiæ  
familiae, militibusque impotens erat; studiumque placé-  
di à virgine in matrē contulerat. Quæ res suspecta pri-  
mo virginī, dein popularibus militibusque inuisa fuit.  
Itaque versis omnium animis in Ptolemæi filiū insidiæ  
Demetrio comparantur: cui, cum in lectum socrus con-  
cessisset, percussores immittuntur. Sed Arsinoë audita  
voce filiæ, ad fates stantis, & præcipientis ut matris par-  
ceretur;

CAP. III. 2. Agas] Hic Pausanias  
est Magas. B. Atque ita legendum  
hoc loco, pridem monuit Paul.  
Leopardus, emendation. 17. 10.  
Bong.

Rex Cyrenarum Agas] Magam  
quoque vocant Polytænus, & Athe-  
næus. Voss.

Filiam ad finienda certam. de-  
pond.] Fere solenne, principum dis-  
cordias sopiri interueniente affini-  
tate. Quomodo Augustus reconcil-  
iatus post primam discordiam  
Antonio, postulancibus virtusque

militibus, ut & necessitudine ali-  
qua iungerentur, priuignam eum  
Claudiam duxit uxorem. Sueton.  
Aug. c. 62. Bern.

4. Fiducia pulchritud.] Proper-  
tius, 3. 23. 1.

Falsa est ista eua, mulier, fidu-  
cia forma,  
Olim oculis nimium falsa super-  
ba mea.

Aristænetus, 1. epist. 1. φίστη τῷ  
καὶ οὐτιστὶ τῷ πάποι. Naturæ  
forma superior esse amat.

Q. 2

8 ceretur, adulteriu[m] paulisper corpore suo protexit. Quo imperfecto, Beronice, & stupra matris, salua pietate, vita est, & in matrimonio sortiendo, judicium patris sequuta.

## L I B E R XXVII.

## B R E V I A R I U M C A P I T U M .

- 1 Seleucus nouercam & fratrem infantem interficie.
- 2 Classe naufragio amissa, ciuitates amissas recipit, pratio vicitus aufugit: auxilium noxiū à fratre Antiocho Hierace petit & impetrat.
- 3 Asie lacerus statutus. In Antiochum Hieracem & Seleucum Numinis vindicta.

## C A P . I .

1 **M**ortuo Syriæ rege Antiochœ, cum in locū eius filius Seleucus successisset, hortātē matre Laudice, quæ prohibere debuerat, auspicia regni à patricidio cœpit. Quippe Beronicę nosercam suam, sororem Ptolemæi regis Ægypti, cum par

CAP. I. I. Mortuo] Nempe dolo coniugis. Is enim est, de quo Plinius, 7. 12. m. & Val. Max. 9. 14. ext. 1. Bern.

Mortuo Syriæ] Liber 27. præter nouercalem cædem continet tragœdiam longe tristissimam duorum fratum Seleuci Callinici, & Antiochi Hieracis, filiorum Antiochi, cui cognomen fuit Æst. His fratres inter se dimicant de regno, ut in tragœdiis Græcorum Ereocles & Polynices. Quantum autem scelus sit contaminari fraterno sanguine, omnes facile judicare possunt, & Statius in Thébaide grauissime significat.

Fraternas acies alternaque re-

gna profanis.

Decerata odiis, &c.

Cum autem hæc Tragica historia satis commode recitata sit à Iustino, indicabo tantum præcipuum locum, ad quem lectio hujus libri referenda est. Et si enim præcipua utilitas est harum narrationum illustratio Danielis cap. 11. tamen etiam hæc utilitas, quæ ad mores spectat, non est negligenda. Accommodabimus igitur huius libri summam ad dictum grauissimum Seneca in Hercule furente, ubi Theseus sic inquit:

Quod quisque fecit, patiens  
Audire necu.

Rept.

paruulo fratre ex ea suscepito interficit. Quo facinore 3  
 perpetrato, & infamiae maculam subiit, & Ptolemæi bello se implicuit. Porro Beronice, cum ad se interficien- 4  
 dam missos didicisset, Daphnæ se claudit. Vbi cum obsi- 5  
 deri eam cum paruulo filio nuntiatum Asiae ciuitatibus  
 esset, recordatione paternæ, maiorumque eius, dignita-  
 tis, casum tam indignæ fortunæ miserantes, auxilia ei  
 omnes misere. Frater quoque Ptolemæus periculo soro- 6  
 ris exterritus, relicto regno, cum omnibus viribus ad-  
 uolat. Sed Beronice ante aduentum auxiliorum, cū vi- 7  
 expugnari non posset, dolo circumuenta trucidatur. In-  
 digna res omnibus visa. Itaque cum vniuersæ ciuitates, 8  
 quæ defecerant, ingente in classem comparassent, repen-  
 te exemplo crudelitatis exterritæ, simul & in ultionem  
 eius, quam defensuri erant, Ptolemæo se tradunt: qui  
nisi  
9

*Reperit, suoque premieut exemplum nocens.*

*Vidi cruentos carcere includi- duces,*

*Ec impotentis terga plebeia manu.*

*Scindi Granni. Quisque est plati- cide parenti.*

*Dominusque vita seruac inno- ciua manu.*

*Et incurrsum miti imperium regit.*

*Animoque parcit, longa per- mensu dia.*

*Felici cui spartia, vel colu petir,  
Vel lata felix nemoris Elysii loca.*

*Iudex fururii: sanguinchoma- no abstine.*

*Quicunque regnas: scelerata- xantur modo.*

*Majore nostra.*

*Rege Antiocho] Is. 9. dicesa- tur. Appianus lib. de bellis Syriac. qui cum ab uxore Laudice interfectum scribit, quod doloreret sibi adiunctam Berenicem, vel, ut est in nostris mss. Beronicem-Bong.*

*Seleucus] Cognomento Callini- cius, hoc est, egregius victor. quod*

cognomentum & Herculi tribuit cum Leccano Plutarchus, & Mar- tyribus Zonaras. Nepos hic fuit Seleuci Nicanoris, de quo auctor, 13.4.1. & alibi. Bern.

*Horeance macro] Appianus Sy- riac. pag. 130. si ipsi matri hæc tri- buit. An hæc idem valent, & que iubeas, ipse fecisse putandus es? Quomodo Tacitus annal. 1. 6. Agrippam à tribuno confectum scribit, quem Suetonius Tib. cap. 22. à centurione, scilicet jussu tri- buni. Bern.*

*4. Daphne] Daphne Stephano est suburbanum Antiochiae Syriae urbis ad Ortum Strabo lib. 16. op- pidum mediocre dicit esse. B. Si- tum eius & formam tradit Sozo- menus, 5. 18. Bern.*

*Daphna se claudit] Addit Strabo esse lucum coasitum, vmbbris opacum, xi stadiis distantem ab urbe Syria Antiochia, fontibus irriguum, in cuius medio fanum est, Asilu Apollinis. Ex lauro hunc lucu constitū fuisse innuit ipsu vo- cabulum. Δάφνη enim Laurum de- notat. Vulgo legitur paterna Daphna, quod patri fuerit in de- liciis.*

nisi in Ægyptum domestica seditione reuocatus esset;  
 10 totum regnum Seleuci occupasset: tantum vel illi  
 odium, parricidiale scelus, vel huic fauorem indigne  
 peremptæ mors sororis, attulerat.

**C A P. II.** Post discessum Ptolemæi, Seleucus cum  
 aduersus ciuitates, quæ defecerant, ingentem classem  
 comparasset, repente veluti diis ipsis parricidium vindic-  
 2 antibus, ora tempestate classem naufragio amittit; nec  
 quicquam illi ex tanto apparatu, præter nudum corpus,  
 & spiritu, & paucos naufragij comites residuos fortuna  
 3 fecit Misera quidem res, sed optanda Seleuco fuit: si  
 quidem ciuitates, quæ odio eius ad Ptolemæum transfe-  
 rabant, velut diis arbitris satisfactum sibi esset, repentina  
 animorum mutatione in naufragij misericordia versæ,  
 4 imperio se eius restituunt. Lætus igitur malis suis, &  
 damnis ditior redditus; veluti par viribus, bellum Pto-  
 5 lemæo infert: Sed quasi ad ludibrium tantum fortunæ  
 natus esset, nec propter aliud opes regni receperisset,  
 quam ut amitteret, victus prælio, non multo quam post  
 naufragium comitator, trepidus Antiochiam confugit.  
 6 Inde ad Antiochum fratrem literas facit: quibus auxilium  
 eius implorat, oblata ei Asia, inter fines Tauri  
 7 montis, in præmium latæ opis. Antiochus autem cum  
 esset annos xiv natus, supra ætatem regni auidus, occa-  
 sionem non tam pio animo, quam offerebatur, arripuit:  
 sed latronis more, totum fratri eripere cupiens, puer  
 8 sceleratam virilemque sumit audaciam. Unde *Hierax*  
 est

**C A P. II. 3. In naufragij misericordia.**] Cicero pro L. Manil. cap. 9. Sic fieri soleat, inquit, ut regum afflictæ for-  
 tuna facile multorum opes alliciant. Val. Max. 5. 3. 3. Etiam quæ iniuria iniurias faciunt, gratiosos miseria reddunt: Nam, ut inquit Seneca, de clem. 2. 5. Misericordia non causam, sed fortunam spettat:

Adde Liuium, 42. 63. 3. Tacitum, 15. 44. 10. & Hist. 2. 10. 6. Sueton. Cæs. 12. 1. Florum, 3. 21. 17. Flaccum Argon. 6. vers. 74,  
 4. Damnu dicitur Ita Marius clade mator. Flor. 3. 21. 16. De Mi-  
 thridate similia Noster infr. 37. 1. 8.  
 6. Tauri montu] De quo alibi egimus.

8. Ritu,

est cognominatus: quia non hominis, sed accipitris ritu, in alienis eripiendis vitam sectaretur. Interea Ptolémæus cum Antiochum in auxilium Seleuco venire cognouisset, ne cum duobus uno tempore dimicaret, in annos decem cum Seleuco pacem facit: sed pax ab hoste data interpellatur à fratre; qui conducto Gallorum mercenario exercitu, pro auxilio bellum; pro fratre hostem, imploratus exhibuit. In eo prælio virtute Gallorum victor quidem Antiochus fuit: sed Galli arbitrantes Seleucum in prælio cecidisse, in ipsum Antiochum arma vertere: liberius depopulaturi Asiam, si omnem stirpem regiam extinxissent. Quod ubi lensus Antiochus, velut a prædonibus, auro te redimit, sociatemque cum mercenariis suis jungit.

C A P. III. Interea rex Bithyniæ Eumenes, sparsis cōsumptisque fratribus bello intestinæ discordiæ, quasi vacantem Asiae possessionem inuasurus, victorié Antiochum, Gallosque aggreditur. Nec difficile laucios adhuc

8. Ritu, in alienū erip. vitam sectar. ] Corruptæ voces integro sensu. Quid est enim, accipiter ritu in alienis eripiendis vitam sectari? nisi hoc pro sustentare, tolerare, positum sit. Forte legi possit ritum alienis erip. sectari, ut vitam omitatur. Freinsb.

9. Ne cum duob. uno temp. &c. ] Vide supra Notam, 6.1.2.

10. Interpellatur à fratre ] Belli inter Seleucum Callinicum & Antiochum Hieracem meminit Strabo lib. 16. Bong.

11. In ipsum Antiochum &c. ] Cato lib. 4. Origin. citante Agellio, 5. 21. Milites mercenary compluries in Imperatorem imperium fecerunt: atque ita factum, quod è Vespis Aristophanis inter prouerbia referuntur, ἵζεται τοις ιχθύες την αἴματα. Pedamentum utrem decipit. Bene Liuius, 25. 3. 5. Non ira credendum externus auxiliis, mo-

net, ut non plus tui roboris tuarumque proprie virum in castris habeas. Quod ipsum inculta. Vegetius, 3.1. fin. Imp. Leo, Tactic. 20. 62. Polyb. 3. 66. & 67. Adde Liuium, 4. 2. 3. 1. 8. & 44. 25. 13. Nostrum, 4. 3. 5. ibique Notam. Bern.

C A P. III. 1. Bithynia ] Bithyniam, ut loquitur Strabo, lib. 1. ab Ortu definitum Paphlagones & Mariandyni, atque Epictetorum quidam, à Septentrione Ponticum mare, ab ostiis Sangarij, usque ad fauces intra Byzantium & Chalcedonem, ab Occasu Propontis; à Meridie Mysia & Phrygia, quæ eadem & Epictetus & Helleponitica dicitur.

1. 2. Vittorem Ans. &c. Ita fieri amat: & hoc ipso argumento dictator Albanus Tullio Rom. regi prælium dissuadens, Memor esto, inquit, jam quum signum pugnabitis, has duas acies spectaculo fore

adhuc ex superiorē congressione, integer ipse viribus  
 3 superat. Ea namque tempestate omnia bella in exitium  
 Asiae gerebantur: ut quisque fortior fuisset, Asiam ve-  
 4 lut prædam occupabat. Seleucus & Antiochus fratres  
 bellum propter Asiam gerebant. Ptolemæus rex Ægypti  
 5 et sub specie sororiæ vltionis, Asiae inhiabat. Hinc Bi-  
 thynus Eumenes, inde Galli (humiliorum semper mer-  
 cenaria manus) Asiam depopulabantur: cum interea  
 nemo defensor Asiae inter tot prædones inueniebatur.  
 6 Victo Antiocho, cum Eumenes maiorem partem Asiae  
 occupasset, ne tunc quidem fratres, perditio præmio,  
 propter quod bellum gerebant, concordare potuerunt:  
 sed omissione extremo hoste, in mutuum exitium bellum  
 7 reparant. In eo Antiochus denuo vicitus, multorum die-  
 rum fuga fatigatus, tandem ad sacerum suum Artame-  
 8 nem, regem Cappadociæ, prouehitur. A quo cum pri-  
 mum benigne exceptus esset, interie etis diebus cognito  
 9 quod insidiæ sibi pararentur, salutem fuga quaesivit. Ig-  
 tur cum profugo nusquam tutus locus esset, ad Ptole-  
 mœum hostem, cuius fidem tutiorem quam fratri existi-  
 mabat, decurrerit: memor vel quæ facturus fratri esset,  
 10 vel quæ meruisse à fratre. Sed Ptolemæus non amici  
 debito,

*ut fessos confectosque simul, victo-  
 rem ac vultum, Etrusci (vicini po-  
 tentes) aggrediantur. Hic presa-  
 gium S. Illustrij de excidio Imperij  
 Rom. in orat. 1. ad Cæs. Ego sic exi-  
 stimo; quoniam ora omnia inee-  
 reunte, qua tempestate urbi Roma-  
 na fatum excidij aduentarit, cives  
 cum ciuibus manu conservuros: ita  
 defessos & exsangues, regi aut na-  
 cioni præda futuros.*

*2. Sub specie sor. vlt. ] Quomodo  
 & Mithridates infra, 38. 1. 3. Vide  
 Notam ad 4. 3. 5.*

*3. Bithynus Eumenes] Regum Bi-  
 thyniaæ originem & successionem  
 lege lib. 12. Strabonis. Pern.*

*Galli semper] Vide supra.*

*7. Ad sacerū suum Ariamenē]*  
*Ms. habebat, Arimenem. Puto, ve-  
 rum esse Ariamenem. Nam Dio-  
 dori Epitome habet A'ri'menē.  
 Huius Antiochi sororem Stratoni-  
 een, vxorem duxerat Ariamenes.  
 Sacerum itaque eius Iaxius vocat  
 Justinus Voss.*

*10. Sed Ptolemæus non amici de-  
 bito quam hostiū f. ] Ea est bonorum  
 librorum scriptura, ex qua legen-  
 dum arbitror, non amici dedito,  
 quam hostiū factus, id est, non tam  
 amicus, &c. Similes locutiones no-  
 tauli supra ad 6. 1. 4. Bern.*

*Non amici debito, quam hostiis fa-  
 ctus ] Doctissimus Gronouius, in  
 Observationibus suis, ita huc locū  
 emendabat,*

debito, quum hostis factus, seruari cum artissima custodia jubet. Hinc quoque Antiochus opera cuiusdam metrificis adiutus, quam familiarius nouerat, deceptis custodibus elabitur, fugiensque, à latronibus interficitur. Seleucus quoque iisdem ferme diebus, amissore regno, e-<sub>12</sub> quo præcipitatus, finitur. Sic fratres, quasi & germanis casibus exiles ambo, post regna, scelerum suorum penas luerunt.

emendabat, non rā amicu dedito,  
quam hosti fratri. Quod quidam  
codices præferrent: non tam ami-  
cu ei dedito. Verum, nisi me ani-  
mus fallit, omnino, pro factus scri-  
bendum, funetus; hoc modo. Sed  
Ptolemaeu non amici debito, quam  
hosti funetus, &c. Subintelligitur  
vero, rā tam Certo certior hæc  
conjectura. Voss.

ii. *Familiarium*] Familiaritate  
scilicet turpi, nec dicenda. Similis  
verborum consueuisse & solere

notio est. Bern.

<sup>12.</sup> *Finitur*] Nihil ambigo scri-  
bendum finit. Si enim & Græci  
TEASUTA & præter alios Tacitus.  
6.50.16. *Tiberius* finitur, hoc est,  
mortuus est. Neque tamen, non  
addicentibus, libris, aliquid mu-  
tare sustineo. Bern.

*Germanu*] Mallem germani, vt  
germanos & fratres fuisse intelli-  
git non natura tantum; sed  
casibus etiam, & fortuna. Bong.

## LIBER XXVIII.

## BREVARIUM CAPITVM.

- 1 Olympias, Alexandri Epirotæ vidua, Demetrio Mucedoni Ptiām filiam dat uxorem; unde & tragœdia & bellorum initia.
- 2 Aetoli superbe respondent Romanis, qui Acarnanis auxilium præbebant; & armamouent intrepide.
- 3 Filius duobus morbo sublatiis Olympias non diu suspernuit, Laodamia filia interficita. Epirus grauiter affigitur. Demetrius Macedo moritur. Huius filij Philippi Antigonus tutelam suscepit, quam prudenter administrat.
- 4 Bellum Antigoni aduersus Spartanos, quorum Rex Cleomenes viribus attritis in Aegyptum profugit; ubi interficitur. Antigono mortuo, Philippus regnat.

1.  Lympias Pyrhi, Epitotæ regis, filia, amissa  
marito, eodemque germano fratre Alexan-  
dro, cum tutelam filiorum ex eo susceptorū  
Pyrhi & Ptolemæi regnique administratio-  
nem in se recepisset, ab Ætolis partem Acarnaniæ, quā  
in portionem belli pater pupillorum acceperat, eripere  
volentibus, ad regem Macedoniæ Demetrium decurrit;  
2. eique habenti uxorem Antiochi regis Syriæ sororē, fi-  
liam suam Ptiam in matrimonium tradit: ut auxilium  
quod misericordia nō poterat, iure cognationis obtine-  
ret. Fiunt igitur nuptiæ, quibus & noui matrimonij gra-  
tia acquiritur, & veteris offensa contrahitur. Nam prior  
uxor, velut matrimonio pulsa, sponte sua ad fratrem An-  
tiochum discedit; cumque in mariti bellum impellit,  
5. Acarnanes quoque diffisi Epirotis, aduersus Ætolos au-  
xilium Romanorum implorantes, obtinuerunt à Roma-  
no senatu, ut legati mitterentur, qui de nuntiarent Æto-  
lis, præsidia ab urbibus Acarnania deducerent: pateren-  
turque esse liberos, qui soli quondam aduersus Troianos,  
auctores originis sua, auxilia Gracis non miserint.

1. C A P. II. Sed Ætolis legationem Romanorum su-  
2. perbe audiuerere: Pœnos illis & Gallos, à quibus tot bel-  
lis occidione cæsi sint, exprobrantessidentesque, prius  
illius portas aduersus Carthaginenses aperiendas, quas  
classeris

CAP. I. 1. Arcanania] Est hæc  
Epiri pars, quam Achelous ab Ae-  
tolia diuidit.

2. Ptiam] Scribendim Phthiam,  
quomodo apud Plutarchum, in  
Pyrr. c. 1. vocatur Pyrhi mater.  
Bong.

6. Qui soli quondam aduersi Tro-  
jan. ] Strabo id ex Ephoro docet  
lib. 10. Bong.

CAP. II. 1. Ætolis legat. Rom. &c.]  
De vniuersa natione Liuius, 8. 22.  
9. Relatum à Gracis gente lingua  
magis strenua quam factit, ferox

reponsum. Hæc istorum hominum  
natura in canes quoque regionis  
eius transgressa est. Vnde Gratius  
Cyneget. vers. 186.

At clangore citat, quos nondum  
conficit apos  
Ætola quæunque canis de  
stirpe malignum  
Officium ] siue illa merui conui-  
cia rupit,  
Seu frustra nimis properat fu-  
ror.  
Audiuerere ] Fulenses, audire,  
Modio teste.

4. Reda

et auferit metus Punici belli, quam in Graciam arma  
transferesa. Meminisse deinde iubent, qui quibus minē-  
tur. Aduersus Gallos urbem eos suam tueri non potuisse;  
captamque non ferro defendisse, sed auro redemisse. Quā  
gentem se aliquanto maiore manu Greciam ingressam,  
non solum nullis externis viribus, sed ne domesticis quidē  
totis adiutos, uniuersam delesse; sedemque sepulcris eo-  
rum prabuisse, quam illis urbibus, imperioque suo propo-  
suerant. Contra, Italiam, trepidis ex recenti urbis sua in-  
cendio Romanis, uniuersam ferme à Gallis occupatam.  
Prīus igitur illis Gallos Italia pellendos, quam minentur  
Ætolis: priusque sua defendenda. Quos autē homines Ro-  
manos esse? nempe pastores, qui latrocínio iustis dominis  
ad epū solū teneant: qui uxores cū propter originis debo-  
nest amēta nō inuenirent, vi publica rapuerint: qui deniq;  
urbem

<sup>4 Redemisse</sup>] Mille pondō auri  
recessum suum venditasse scribit  
Florus. Plin. 33. 1. ita loquitur.  
Cum à Gallis capra urbe pax  
emereatur, non plus quam mille  
pondō effici posse. Nec ignoro  
duo milia pondō anni perisse,  
Pompey terro consulatu, ē Capito-  
lini Iouis satio, à Camillo ibi con-  
dita: sed quod accessit Gallorum  
præda fuit, decrastumque ab his  
in parte capta Urbis de lūbris. Hanc  
prædam à Camillo receptam Florus  
tradidit. Sed Strabo 1.v. Gallos  
à Cæritanis primo superatos fuisse  
tradit, inuitis extortum aurum,  
quod à volentibus Romanis rece-  
perant.

<sup>5 Viribus</sup>] Fuldeenses & Bongars.  
todd. urbibus.

<sup>8 Pastores qui latrocínio</sup>] Hiero-  
nymus in Chronico, pastorum &  
latronum manum dicit, inde For-  
te Gallica dictio, pastres, pro la-  
tronibus. B. De primordiis urbis;  
de rapto Sabinarum: de Remi cæ-  
de, Liuius, lib. 1. & alij. Bern.

<sup>Pastores</sup>] Inter alios, qui ad Af-  
ricam fugere, fuere Latini Tusciique

## Pastores.

<sup>10 Vi publica rapuerint</sup>] Numer-  
raptarū apud Dionysium 1.2. est DCL  
XXXVII. Apud plutarchū Romul. c.  
22. totidē raptas Iuba scribit. Vale-  
rius Antias DXXVII. alij XXX tantū.

Rapuerint] An propter coniugia  
negata raptus licitus, disquisitio-  
nis est. Videamus quid pro Romanis,  
quid pro Sabiniis dici possit. pro  
Sabintib[us] libera esse gentium coniugia,  
neque ullō jure ad matrimo-  
nia aliquem constringi posse. Col-  
luiū quādam & fecē perditō-  
rum scleratorumque hominū ad  
asylum à Romulo apertum primo  
configisse, ut quos innocentia tue-  
ri non poterat, loci sanctimonia  
defenderentur. Illos urbē potissi-  
mum Romanam constituisse. Quē-  
nam parentū æquis oculis videre  
posse filias latronibus misceri?  
Quin & mortum pro varietate  
gentium diversitas infelicitā solet  
efficere connubia. Violatum hos-  
piti fœdus, deum; cui ludi sacri,  
ixsum esse. Contra pro Romanis:  
inustam contumeliam. vniuerso  
populo, quasi nemo dignus esset  
illorum

urbem ipsam parricidio considerint; murorumque fundamenta fraterno sanguine affarserint. Aetolos autem principes Gracia semper fuisse; & sicut dignitate, ita & virtute ceteris præstissime; solos denique esse, qui Macedonas, imperio terrarum florentes, semper contempserint, qui Philippum regem non timuerint: qui Alexandri Magni post Persas Indosque deuictos, cu omnes nomen eius horrerent, edicta spresuerint. Monere igitur se Romanos, conteti sunt fortana præsenti, nec prouocent arma, quibus & Galatos casos, & Macedonas contemptos videant. Sic dimissa legatione Romanorum, ne fortius locuti, quam fecisse viderentur, fines Epiri regni & Acarnaniæ depopulatur.

C A P. III. Iam Olympias filiis regna tradiderat; & in locū Pyrrhi fratri defuncti Ptolemæus successerat, qui cu hostibus instructo exercitu obuius processisset, infirmitate correptus, in itinere decedit. Olympias quoque non magno post tempore, gemino funerium vuln-

re.

illorum coniugio. Si ferociores fuerint mores illorum, qui ad Asylum confugissent, iure & legibus mitigatos. sicuti plantæ quedam silvestres mitescunt, spinarumque acrimoniam deponunt, ita horridos atque agrestes mortalium animos optimis institutis ad melioram frugem deduci posse. Non esse eam morum in tanta vicinia diueritatem, ut coagulo quodam vinciri non posset, non violasse hospitij fœdus, qui filias in hospitium suū deduxissent. Necesse est eo compulso, ut eas abducerent. Ex iure gentium bellum iis indicere potuisse, sed noluisse sanguine se polluere, cum dolo vti possent. Examinitat hanc controvèrsiam diuus Augustinus lib. 2. de ciuitat. Dei, cap. xvii. In eam tamen abiit sententiam, raptum hunc iniquissimum fuisse. Utique tamē si inique fecerit Sabini, quod negauerint postulatas, quod & ipse Augustinus facili viuatur, si bellum hanc ob

causam indici potuit, ut concubitorum negatorum armis vlciscerentur iniuriam, quid iniquitatis hic raptus habuerit non video. Idem quoque Augustinus à recta via deflectisse videtur, cum existimat iustius fuisse bello victorem feminas ad se trahere, quam ante bellum raptu abducere. Utique Sabini certique postmodum prælio vici & in ciuitatem recepti, Romanorum veluti causam defendunt. *Thys.*

*Fraterno sanguine]*

*Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Lucanus.*

11. Aetolos autem ] Strabo ex Ephoro lib. 10. pag. 319. 14. Aetolos gentem ait fuisse, quæ nunquam aliis paruerit, sed toto quod memoratur tempore indomita manserit, propter locorum asperitatē, aditumque difficultem, & bellicam exercitationem: à qua Homerο μῆχας μει dicuntur. B. hoc est præium fortis animo sustinentes. Iliad. 9. 523. Bern.

CAP.

re afflcta, ægrum spiritum trahens, noa diu filiis super-  
uixit. Cum ex gente regia sola Nereis virgo, cum Lau-  
damia sorore supereret, Nereis nubit Geloni Siciliæ te-  
gis filio: Laudamia autem cum in aram Dianæ confu-  
gisset, concursu populi interficitur. Quod facinus dij  
immortales assiduis cladibus gentis, & prope interitu  
totius populi vindicauerunt. Nam sterilitatem, famem-  
que passi, & intestina discordia vexati, externis ad po-  
strem bellis pene consumpti sunt: Miloque Lauda-  
miæ percussor in furorem versus, nunc ferro, nunc saxo,  
in summa dentibus laceratis visceribus, duodecima die  
interit. His in Epiro gestis, interim in Macedonia De-  
metrius rex, relicto filio Philippo, parvulo admodum,  
decedit. Cui Antigonus tutor datus, accepta in matri-  
moniū matre pupilli, regē se constitui laborabat. Inter-  
jecto deinde tempore cū seditione minaci Macedonū,  
clausus in regia teneretur, in publicum sine satellitibus  
procedit projectoque in vulgus diadema ac purpura; 12  
dare hac eos alteri iubet, qui aut imperare illis nesciat,  
aut cui parere ipsi sciant: se adhuc inuidiosū illud regnū, 13  
nō voluptatibus, sed laboribus ac periculis sentire. Com-  
memorat

CAP. III:4. *Laudamia*] Ian. Par-  
thasius lib. de rebus per episto-  
lam quæstis, epist. 48. nomen hoc,  
ut alia in auctore plura, depraua-  
tum existimat, scribendumque  
*Deidamina*, Vide notam ad 14.6.4.  
*Bern.*

*Sicilia regis*] Scil. Hieronis. De  
hoc ita Paulanias lib. 6. pag. 365.  
19. Fuit Hieroni cum Iyrrho  
Facida filio hospitium prius,  
deinde affinitas, quod Iyrrhi filia:  
Nerei eius filio Geloni nupserat.

5. *In aram Diana*] Ex qua, quia  
asylum erat, nemo sine violatione  
numinis extrahi poterat.

11. 12. 13. &c. *Interiecto deinde  
temp. &c.*] Sic Audius Cassius. Is-  
tāca ingens sedatio in exercitu

exorta esset, processit nudus, cam-  
pestri solo tectus, & pereutico me,  
inquit, s̄ audetus, & corrupta dis-  
ciplina facinus addire. Tunc con-  
quiescentibus cunctis, meruit ti-  
meri, quia non timuit, ut scribit  
Vulcatius Gallicanus in Avid. Caff.  
c. 4. respiciens opinor, ad verba  
Lucani, 5. 3. 16. de Cæsare :

..... sternit aggere fulti  
Cessit, intrepidus vultu, me-  
ruitque timeri,  
Nil metuens.

Quomodo Menius etiam aduer-  
sus seditiones, præsidium ab au-  
dacia mucrone est Tacit. annal. 1.  
3. 8.

12. *Diadema ac purpura*] in-  
signibus Imperij.

memorat deinde beneficia sua : ut defectionē sociorum vindicauerit: ut Dardanos, Thessalosque exultates morte Demetrij regis compescuerit: ut denique dignitatem Macedonum non solum defenderit, verum etiam auxerit.

19 Quorum si illos pœnitentia, deponere imperium, & reddere

26 illius munus suum: ipsi regem querant, cui imperent. Cum populus pudore motus, recipere eum regnum juberet, tamdiu recusauit, quoad seditionis auctores supplicio tradicerentur.

1 CAP. IV. Post hæc bellum Spartanis infert: qui soli Philippi Alexandrique bellis, & imperium Macedonum, & omnibus metuenda arma contempserant. Inter duas nobilissimas gentes bellum, summis utriusque viribus fuit: cum hi pro vetere Macedonum gloria, illi nō solum pro illabata libertate, sed etiam pro salute certarent. Viæti Lacedæmonij, non ipsi tantum, sed etiam coniuges liberique, magno animo fortunâ tulere. Nemo quippe in acie saluti pepercit; nulla amissum conjugem fecit: filiorum mortem senes laudabant; patribus in acie cæsis filij gratulabantur: suam vicem omnes dolebant, quod non ipsi pro patriæ libertate cecidissent.

5 Patentibus omnes domibus saucios excipiebât, vulnera curabât, lassos reficiebant. Inter hæc nullus in urbe strepitum, nulla trepidatio; magisque omnes publicam, quam priuatam

15. *Ipsi regem querant*] Vett. omnes quia, forte, quare regem querant. B. Rex igitur Antigonus, quod negare videtur Liuius, 40. 54. 3. Bern.

*Ipsi regem querant, cui imperent.*] Ms. habebant quia, pro ipsi. Noli dubitare, quin Iustinus scripsit, quin Voss.

CAP. IV. 1. Bellum Spartani infere.] Vide Plutarchum in Cleomene & Arato; & Pausaniam Corinth. Bong.

3. *Magnō animo*] Ex precepto vericlis apud Thucydidem, 2. 11. 23. Oportet diuinatus, immisso necessario: ab hostiis illata, fortis

animo pati.

4. *Nemo quippe in acie*] Constatia Spartanorum in aduersa fortuna: φέπει γάρ χρή πάθη δυσπίκτια διαγνωσεις, το δέ το πότε πολεμίων ἀρδείνει. Thucydides.

5. *Pueribus omnes &c.*] Ita ex uno ms. legendum: ceteri, pueribus. Tacitus annal. 4. 63. Ceterum sub recentem cladem pacuisse præcerum domus, fomenta & medices passim præbici. Bong. Sic Liuius, 2. 47. 16.

6. *Magisque omnibus &c.*] Nec immerito. Rationem reddit Liuius, 26. 36. 9. Respub. incolumis

priuatam fortunam lugebant. Inter hæc Cleomenes rex post multas hostium cædes, toto corpore, suo pariter & hostium cruce madæs, superuenit; ingressusque urbem, non humi conseruit, non cibum aut potum poposcit, non denique armorum onus depositus: sed acclinis parieti, cum quatuor millia sola ex pugna superfluisse consperasset, horretatur ut se ad meliora res publica tempora reseruarent. Tū cum conjugè & liberis Ægyptū ad Ptolemæum proficiscitur: à quo honorifice suscepimus; diu in summa dignatione regis vixit. Postremo post Ptolemai mortē, a filio eius cū omni familia interficitur. Antigonus autē, cæsis occidione Spartanis, fortunam tantę urbis miseratus, à direptione milites prohibuit: veniamque his qui superfuerant dedit, præfatus, bellum se cum Cleomene, non cum Spartanis habuisse, cuius fuga omnis iraeus finita sit: nec minori sibi gloria fore si ab eo seruata Lacedaemon, à quo solo capti sit proderetur. Parcere

etiam priuatas res facile salvas praefat: publica prodendo, sua nequicquam serues. Ita Cæsar apud Dionem Calsum lib. 38. priuatum quidem nemo omnium ita potest latius rebus uel, ut non idem cum Repub. corruente percas: ad Respubl. si prospero successu uratur, etiam priuatorum omnes calamitates potest subleuare. Adde Thucyd. 2.11.2. Sallust. Catil. 52.5. Cicer. ad Attic. 1.17. fin.

7. Cleomenes rex] Tyrannum vocat Liuius, 34. 26. 9. & 34. 28. 1. Bern.

9. Acclinis] Impresi ceteri acclinis, quomodo iapius hæc vox deprauatur: cum acclinis propriè de inanimatis, acclinis de animatis dicatur, ut placet Ob. Gifanio in obseru. Lat. ling. Virgil. Aen. 10. 835. Arboris acclinis trunco. Tacit. 13. 16. ille ut erat reclinis, & infacio similis. Bern.

10. Vr se ad meliora &c.] Hoc ipsum Leonidas suos horretatur, supr. 2. 11. 5. Itenque rex Agis suos, apud

Diodorum, 17. 63. Antigonus rex aliquando cedens hostibus imminentibus, non se fugere dixit: sed opporem tam a ergo sitam persequi. Plutarch. apophtheg. c. 48. & Stobæus serm. 52. Bern.

10. Dignatione] Id est, dignitate. Vitetur Tacitus passim. Cicero ad Attic. 10. 10. Curtius, Seneca, alij. Videodus omnino Casaubonus ad Sueton. Cæs. c. 4. 2. Bong.

11. Interficietur] Cleomenem sibi ipsi manus attulisse, sausanius & Plutarchus auctores sunt. Bong.

14. Proderetur] Hoc est, memorie proderetur, ut plenus loquitur auctor. 12. 6. 16. Posteris prodi, est Plinio Paneg. c. 75.

15. Parcere se solo urbis &c.] Florus, 4. 12. 57. Cum in capream urbem Lanciam faces poscerentur, agredix imperavit, ut vicitur. Roma stans potius esset, quam incensa monumentum. Sulpitius Seuerus lib. 2. hist. Sacra: Deliberante Tito,

an vrbe capta templum Hierosolymitanum cuarteretur, nonnullis vilum.

agitur se solo urbis ac tellis, quoniam homines quibus  
16 parceret, non superfluissem. Nec multo post ipse decedit,  
regnumque Philippo pupillo, annos xiv. nato, tradidit.

visum est: adem sacram ultra  
omnia mortalia illustrerem, non de-  
bere deleri; que seruata modestia  
Romana testimonium; diruta, pe-  
rennem crudelitatis nocam prabe-  
rer. Bern.

16. Decedit ] De morte Antigo-

ni variantes sententias refert Plu-  
tarachus in Ag. & Cleom. c. 42. Bern.

Decedit ] Plutarchus ait, An-  
tigonum phthisi & catarrho labo-  
rantem in media pugna, cum cla-  
more pectus rupisset expitasse.

## L I B E R    X X I X.

### B R E V I A R I U M    C A P I T U M .

- 1 Orbis multa imperia noua Regum successione mu-  
tantur, nominatim in Africa, Aegypto, Mac-  
donia.
- 2 Philippus Rex Macedonia malo consilio impulsus, Ro-  
manis bellum inferre constituit.
- 3 Insanam hanc mentem speciosis verbis occultat.
- 4 Tandem apertus hostis apparet: unde cruentum  
bellum, ipsi Philippo perniciosum simul ac igno-  
miniosum.

### C A P .    I.

**I** Isdem ferme temporibus prope vniuersi orbis  
imperia, noua regum successione mutata sunt.  
Nam & in Macedonia Philippus mortuo An-  
tigono, tute eodemque vitrico, annorum qua-  
tuordecim

C A P . I. 2. Philippus] Philippus & eloquentia & suavitate orationis in militum concionibus, &  
in rebus bellicis calliditate atque  
audacia, non solum militum, sed  
omnium Peloponnesiorum iudicio  
præstebat, nec facile fuisset regem  
reperire pluribus naturæ dotibus  
ornatum. Solertia quidem & me-  
moria & gratia erat in hoc nomi-  
ne insignis: præterea aspectus im-

perio dignus, regia potentia maxi-  
mum robur & inaudita in rebus  
bellicis animi magnitudo, quibus  
tot tantisque virutibus cum im-  
perij fundamenta jecisset, quæ tan-  
dem causa naturam ejus peruerit,  
& ex justo & pio rege implum ac  
sceleratum tyrannum fecerit, haud  
facile est disserere. Quamobrem  
hoc in aliud tempus est reseruan-  
dum. Strix.

3. Inter

tuordecim regnum suscepit; & in Asia imperfecto Se- 3  
leuco, impubes adhuc rex Antiochus constitutus est:  
Cappadociæ quoque regnum Ariarathi, puero admo- 4  
dum, pater ipse tradiderat: Ægyptum, patre ac matre 5  
imperfectis, occupauerat Ptolemæus, cui ex facinoris  
crimine, cognomenum Philopator fuit. Sed & Spartani 6  
in locum Cleomenis sufficerunt Lycorgum. Et ne qua 7  
temporibus mutatio decesset, apud Carthaginienses  
quoque ætate immatura dux Annibal constituitur, non  
penuria seniorum, sed odio Romanorum, quo imbutum  
eum à pueritia sciebant. Fatale non tam Romanis, quam  
ipsi Africæ malum. His regibus pueris, et si nulli senio- 8  
ris ætatis rectores erant, tamen in suorum quisque ma-  
jorum vestigia intentis, magna indoles virtutis eniuit.  
Solus Ptolemæus, sicut scelestus in occupando regno, 9  
ita & segnis in administrando fuit. Philippum Dardani, 10  
ceterique omnes finitimi populi, quibus velut immor-  
tale odium cum Macedonum regibus erat, contemptu  
ætatis assidue lacescebant. Contra ille summotis hosti- 11  
bus, non contentus sua defendisse, utro etiam Ætolis  
bellum inferre gestiebat.

CAP. II. Quæ agitantem illum Demetrius rex Illy- 1  
riorum,

3. *Interfecto Seleuco*] Callinici fi-  
lio, qui Pharmaco ab amicis su-  
blatus est, relicto fratre Antiocho  
successore, qui Magnus dictus est.  
Appianus Syriaca. Bong.

5. *Philopator*] Hoc est pareatis  
amans per antiphrasin, Bern.

7. *Ætate immatura*] Minor  
quinque & viginti annis, cum no-  
uem annos natus odium Roma-  
norum patri jurasset. Probus.  
Bong.

8. *In suorum quisque maior*.] Cassiodorus lib. 9. var. epist. 22.  
Magnus verecundus stimulii est,  
laus parentum; dum illu non pa-  
temur esse impares, quos gaudemus  
auctores. Imp. Julianus in Mis-  
pog. Quemadmodum in planctis

venisimile est diffundi qualita-  
tes quam latissime, ac fortasse in  
eorum similia nasci, quæ gignun-  
tur iis quibus orta sunt: sic etiam  
in hominibus credibile est, nepotum  
mores antice affines esse. Adde infr.  
42.2.3.

10. *Philippum*] Plura de Philip-  
po apud Liuium. Eius stemma po-  
nit Plutarchus in Paulo Aemilio.

CAP. II. 1. *Demetrius*] De quo  
Appianus in Illyrica historia, Po-  
lybius, Liuius. Fuit autem L. Aemili-  
lius Paulus, consul cum M. Liui  
Salinatore. Bong.

*Demetrius*] Dicit hic Iustinus  
Philippum à Demetrio accensum.  
Ab Annibale dicit Aemilius Pro-  
bus; & T. Liuius lib. xxxiiii.

Deme

riorum, nuper à Paulo Rom. consule vicitus, suppliciis  
bus precibus aggreditur, iniuriis Romanorum que-  
tens: qui non contenti Italia & terminis imperium spe im-  
2 probatotius Orbis amplexi, bellum cum omnibus regi-  
3 bus gerant. Sic illos Sicilia, sic Sardinia, Hispaniaeque, sic  
denique totius Africæ imperium affectantes, bellum cum  
4 Pænis & Annibale suscepisse: sibi quoque non aliam ob-  
causam, quam quod Italia & finitimus videbatur, bellum  
illatum: quasi nefas esset, aliquem regem iuxta imperij  
5 eorum terminos esse. Sed & ipsi causendum esse exem-  
plum, cuius quanto promptius nobilitusque sit regnum,  
6 tanto sit Romanos acriores hostes habiturus. Super haec  
cedere se illi regno, quod Romani occupauerint, pro-  
fitterur, gratius habiturus, si in possessione imperij  
7 sui, socium potius quam hostes videret. Huiuscmodi  
oratione impulit Philippum, ut omissis Aetolis, bel-

*Demetrius] Lzinius Consul de  
his omnibus triumphauit. Florus.  
2. Imperium spe improba &c. 3. A-  
uida velerorum semper gens Ro-  
mana. Liuius, 9. 38. 6. Mithridates  
elatus animis ingentibus, Asia to-  
tius, & si posset Europe cupidita-  
to flagrabat. Florus, 3. 5. 5.. Antio-  
chus rex secunda fortuna ac po-  
tentia elatus, Orbis terra imperio  
adiecit oculos. Atque adeo in uni-  
versum hic mortalibus mos est, ex  
magnis maiora cupiendi. Senec. de  
Benef. 3. 3.*

*Spe improba] Hoc est, impuden-  
te, nimis auida, & audace: Florus,  
3. 10. 32. Improba Classis, naufragio  
caſfigata: Martialis, 8. epig. 2. : 4.  
Improba non fuerit si mea charta,  
dabo. Sic quod apud Homerum  
Odyſſ. 11. 597. est d. uide (impud-  
ens,) illud est improbus apud Vir-  
gilium Aeneid. 12. 687. Sicut probus  
apud Festum, quasi prohibus, qui se  
a delinquendo prohibet: sic im-  
probus, qui non inhibetur, & ad-  
mititur. Illud vero Virgilius  
Gorg. 1. 145. Labor omnia vincit*

improbus, in bonam partem sumi-  
tur. Quod idem fere cum isto re-  
tronit: Nihil est tam arduum, quod  
non improbus excorqueat. Bern.

*Bellum cum omnibus regib. ger.]  
Ita Mithridates: Romani omnia  
non serua, & maxime regna hosti-  
lia ducunt. Sallustius histior. lib. 4.  
Sic Perseus apud Liuium, 44. 24.  
Bern.*

*3. Sardinia] Insula in mari Ly-  
bie à Sardo Herculis filio nomen  
acepisse putatur.*

*5. Cuius quanto promptius nobil-  
iusque sit regnum?] In ms. erat  
proprius. Malum proprius, ut quo-  
que est in Verr. edit. Voss.*

*7. Thrasymenum lacum] Est hic  
lacus in agro perusino. Hannibal  
autem Arretium & caſtra Flami-  
ni præteriectus inter Crotonen-  
ses montes & lacum Thrasymen-  
um, qua hodieque celeberrimum  
est à Florentia perusia co-  
meantibus iter, in vallem, de qua  
Polybius 1. 3. contedit, quæ hodie-  
que secundum lacum inter vicum  
Oſſariam & oppidum rassianum  
longi*

Ium Romanis inferret minus negotij existimantem, quod iam viatos ab Annibale apud Thrasymenū lacum audierat. Itaque ne eodem tempore multis bellis detinéretur, pacem cum Ætolis facit non quasi alio bellum translatus, sed ut Græciæ quieti consulturus, quam nunquam in maiori periculo fuisse affirmabat. Siquidem consurgentibus ab Occidente nouis Pœnorum & Romanorum imperiis, quibus una hac à Græcia atque Asia sita mora, dum inter se bello discrimen imperij faciunt: ceterum statim vitoribus transitum in Orientem fore.

C A P. III. Videre se itaque ait consurgentem in Italia nubem illam trucis & cruentis bellis: videre tonantem ac fulminantem ab Occasu procellam, quam in quascunque terrarum partes vitoria tempestas detulerit, magno cruentoris imbre omnia fædaturam. Frequenter Græciam ingentes motus passam, nunc Persarum, nunc Galatorum, nunc Macedonum bellis: sed omnia illa levia fuisse existimariuros, si ea qua nunc in Italia concurrat manus, extra terram illam se effuderit. Cernere se, quam cruentaria & sanguinaria inter se bella, utrique populi, utribus copiarum, & ducum artibus, gerant: quarabies finiri solo partis alterius interitu, sine ruina finitimorum non possit. Feros igitur animos vitorum minus quidem Macedonia, quam Græcia timendos, quia & remotior, & in vindictam sui robustior sit: scire tamen

longitudine sua quinque fere occupat millia passuum. Hodie hic lacus dicitur Lago di Perugia, ab Urbe proxima Perusia. Arsisse aliquando eundem lacum Plinius auctor est l. 11. c. civi. Interalia prodigia hoc quoque Flaminio factum ante pugnam auctor est Silius l. v.  
Ac super hac diuum genitor, terra que fretumque  
Concurrens conseru, Cyclopum  
rapta caminis  
Plumna Tyrrhenus Thrasymeni  
torsit in undas:  
Ictu & aetheria per stagna pa-  
tentia flamma

Fumauit lacus, arque arserunt flutibus ignes. Clauer.

8. Ne eodem tempore &c. ] Supra,  
Nota 6. 1. 2. & Liulus, 29. 30. 11.

C A. P. I H. 2. Omnia illa levia fuisse ] Modius suos quoque mss. ita disertim habere faretur: censem tamen vulgatam olim scripturam recipiendam: omnia illa ludum fuisse, ut dixit in Eunucho, 2.  
3. 7. Ter.

— ludum jocumque

Dices fuisse illum alterum, præve  
huius rabies qua dabit.

Nobis lauria præ comicò illo pla-  
cat. Bern.

C A P. IV.

tamen se eos qui tantis viribus concurrant, non contentos hoc fine victoria fore; metuendumque sibi quoque certum  
 6 tam en eorum, qui superiores extiterint. Hoc prætextu finito cum Ætolis bello, nihil aliud quam Pœnorum Romanorumque bella respiciens, singulorum vires perpendebat. Sed nec Romani, tametsi Pœni & Annibal in certicibus erant, soluti metu Macedonico videbatur: quippe terrebat eos, & vetus Macedonum deuicti Orientis gloria, & Philippus studio Alexandri æmulationis incensus, quē promptū in bella industriūque cognouerant.

C A P. IV. Igitur Philippus, cum iterato prælio viatos à Pœnis Romanos didicisset, aperte hostem se his professus, naues, quibus in Italiam exercitum trajiceret, fabricare cœpit. Legatum deinde ad Annibalem, iungendæ societatis gratia, cum epistolis mittit: qui comprehensus, & ad senatum perductus, incolmis dimissus est, non in honorem regis, sed ne dubius adhuc indubitatus hostis redderetur. Postea vero, cum Romanis nuntiatum esset, in Italiam Philippum copias trajectum, Læuinum prætorem cum instructis nauibus ad prohibendum transitum mittunt. Qui cum in Græciam traiecisset, multis promissis impellit Ætolos bellum aduersus Philippum suscipere. Philippus quoque Achæos in Romanorum bella solicitat. Interea & Dardani Mecedoniæ fines vastare cœperunt, abductisque xx millibus captiuorum, Philippum à Romano bello ad tuendum regnum reuocauerunt. Dum hæc aguntur,

Læuinus

CAP. IV. 1. Iteratio prælio] Apud Trebiam, consule Sempronio.

2. Legatum deinde ad Annib.] Vide Liuium, 23. 35, qui in vincula conditos Philippi legatos scribit. Bong.

Legatum deinde ad Annibalem] Legationis huius princeps fuit Xenophanes, Liuius, lib. 3. Decadis 3.

4. Læuinum prætorem] M. Valerius Læuinus prætor M. Marcello

& Q. Fabio Maximo Coss. à Romanis, precibus Apolloniatum, contra Philippum missus. Liuius, 24. 40. &c. Bong.

Instructis nauibus] M. Valerius Læuinus ad Tarentum erat cum nauibus 111.

5. Ætolos] De fœdere inter Romanos & Ætolos facto, Liuius lib. 6. Dec. 3.

7. Attalo]

Lætinus prætor, iuncta cum Attalo rege societate, Græciam populatur. Quibus cladibus percussæ ciuitates, auxilium petentes, Philippū legationibus fatigant: nec non & Illyriorum reges, lateri eius hærentes, assiduis precibus promissa exigebant. Super hæc vastati Macedones, vltionem flagitabant. Quibus tot tantisque rebus obsestus, cui rei primum occurseret, ambigebat: omnibus tamen propediem auxilia se missurum pollicetur; non quia facere posset quæ promittebat sed ut spe impletos, in societatis iure retineret. Prima tamen illi expeditio aduersus Dardanos fuit: qui absentiam eius occupantes, maiore belli mole Macedoniae imminebāt. Cum Romanis quoque pacem facit, contentis interim bellum Macedonicū distulisse: Philopæmeni Achæorum

7. Attalo ] Attalus ita regnum administravit iustitia, beneficentia, liberalitate, & ceteris virtutibus regiis, ut quanquam non esset natus in familia regum, tamen posteri ipsius tenuerint possessionem regni multos annos. Serig.

Attalo ] Lætinus init foedus cum Attalo Asie, & Pleurato ac Scerdilelo Thracum & Illyriorum regibus.

9. Non quia facere poss. &c. ] Lilius, 3, 45.4. Et olicum spe magis, Romanis omnia pollicentibus, quam cum auxilio dimisi. Et 34. 12. 2. Cato auxilia rogantibus sociis spem pro re offensandam censeret, sive vana pro veris, maxime in bello valuisse, & credentem se aliquid auxiliij habere, perinde atque haberet, ipsa fiducia & sperando atque audendo seruatum. Adde eundem, 34. 59. 6. & Tacit. hist. 3. 25. 1. Bern.

11. Romani quoque pacem ] Philippus pacem cum Romanis, v. Sompronio in prouincia proconsule facit. Liuius lib. 9. Decadis 3. aut 29. 12.

Concensus] Ita scripsi de sententia Modij, ipsiusque in variantibus Hungariorib[us], ex fide miss, omnium

notæ melioris, cum editiones quas viderim omnes contineant habeant, contra mentem auctoris, de Romanis enim hæc accipienda, non de Philippo: qui Romani cum distinserunt bello Punico secundo, et si iniurias sibi illatas à Philippo purabant, tamen satisfieri sibi passi sunt, ne ille quoque ad Annibalem hostis accederet; in tempore & per occasionem de Macedonum rege vindictam sumpturi. Bern.

12. Philopæmeni ] Polyb. lib. 2. describens Rempub. Achæorum, hoc est, maximæ partis in Peloponneso, quæ fuit optimis legibus temperata, & plurimarum rerum similitudine cuncta, tres Achæorum duces potissimum laudat, & his titulis ornat. Primus, inquit Aratus fuit αἰτιοῦ, id est, primus fundator. Secundus fuit philopæmenes, quem polybius appellat τετραγόνον, id est, perfectorem & consummatorem inchoati operis ab Arato. Tertius fuit Lycortas, quæ nominat Λυκόρτης πρύμνα, id est, confirmatorem stabilem illius status, quem superiores duces constituerant. Ut autem Aratus Sicyonius

rum duci, quem ad Romanos, sociorum animos sollicitare didiccerat, insidias prætendit. Quibus ille cognitis vitatisque, discedere ab eo Achæos auctoritate sua coëgit.

Sicyonius excelluit Politicis virtutibus & iis artibus, quibus studia hominum conciliantur: ita Philopæmenes fortiorer pro patria dimicans ab hostibus captus est, ut infra audiemus. Qui autem plura de Arato & Philopæmene cupit co-

gnoscere, legat vel Polybiūm vel Plutarclum, qui descriptis vitam vtriusque ducis Arati & philopæmeni. *Scrips.*

*Discedere.] Modius desiscere mauuit, quomodo ē mss. Bongar-ianis unus haber.*

## L I B E R XXX.

## B R E V I A R I V M C A P I T U M .

- 1 Ptolemai Regis Ægyptij luxuria, vecordia, & parricidia.
- 2 Miserrimus Ægypti status sub turpisimo Principe: eius meretrix & lenones crudeli fato pereunt.
- 3 Mortuo Ptolemeo, Romani tutelam pupilli aduersus Antiochum Syrum, & Philippum Macedonem suscipiunt: Philippumque prius bello reducunt ad humiliorem mentem.
- 4 Terramotus ingentes. Romani pacem repudiant. Philippus & Flaminius suos ad pugnam accendunt. Macedonas Romana fortuna vincit, & Philippus spoliatur.

## C A P . I.

**D** Hilippo in Macedonia magnis rebus intēto, in Ægypto Ptolemai diuersi mores erāt. Quippe regno parcidio parto, & ad necē vtriusque parētis, cæde etiā fratribus adiūcta, velut rebus feliciter gestis, luxuriæ se tradiderat;

Regisque

CAP. I. 2. Adiuncta] Parum abfuit quin mss. omnium lectionem, quam vocē Nostro supra quoque 23. 3. 12. ex bonis auctoribus adstruximus. *Bern.*

Regis

Regisque mores omnis sequuta regia erat. Itaque non 3  
 amici tantum præfectique, verum etiam omnis exercitus, depositis militiae studiis, otio ac desidia corrupti  
 marcebant. Quibus rebus cognitis, Antiochus rex Sy- 4  
 riæ, veteri inter se regnorū odio stimulante, repentino  
 bello multas vrbes eius oppressit, ipsamque Ægyptum  
 aggreditur. Trepidare igitur Ptolemaeus; legationibus 5  
 missis, quoad vires pararet, morari Antiochum. Magno 6  
 deinde in Græcia exercitu conducto, secundum præliū  
 facit, spoliassetque regno Antiochum, si fortunam virtute  
 iuuisset. Sed contentus reciperatione vrbi quas 7  
 amiserat, facta pace, aude materiam quietis arripuit; re-  
 uolutusque in luxuriam, occisa Eurydice yxore eadem  
 que sorore sua, Agathocle meretricis illecebris capitur.  
 Atque ita omnem magnitudinē nominis ac maiestatis 8  
 oblitus, noctes in stupris, dies in conuiuiis cōsumit. Ad- 9  
 duntur instrumenta luxuriæ, tympana & crepundia: nec  
 jam

*Regis mores secuta regia]* Cicero  
 fam. 1. epist. 9. ex Platon, lib. 4. de  
 legib. hoc dictum refert: *Quidales*  
*in repub. Principes essent, tales reli-*  
*quos solere esse cives.* Cuius dicti  
 veritatem pluribus & testimoniis  
 & exemplis confirmat Gruterus  
 dissert. 6. ad Tacitum. Bern.

*4. Antiochus rex Syriæ]* Appianus  
 Syriaca, Hieronymus in 11. cap. Da-  
 nielis. Bong.

*7. Agathoclea]* Meminit Plutar-  
 chus in Erotico cap. 10. vulgo  
*Agathoclea.* quomodo habet &  
 Hieronymus in Daniele. B. Quomo-  
 do promiscue *Darius & Da-*  
*reus, Media, & Medea* in mss. in-  
 uenias: Nam et Græcorum vtrali-  
 bet vocali Latinis effertur. Bern.

*8. Maiestatis oblitus]* Ovidius  
 Metamorph. 2. 18.

*Non bene conueniunt, nec eadem*  
*sede morantur,*  
*Maiestas & amor.*

*9. Tympana]* Tympanum est In-

strumentum quod pulsatur, ex una  
 parte planum, membrana clausum,  
 intus vacuum. Vt eo maxime sole-  
 bant in sacris Martis Dei. Deduci-  
 tur ab Hebraico שְׁנִיר.

*Crepundia]* Vulgo tripudia. lec-  
 tionem veterem in tanto libro-  
 rum consensu si non amplectar,  
 impudens sim. *Nimis basilicum est,*  
*& Alexandria, quod solueat no-*  
*possum, rescindere.* Crepundia viden-  
 tur his esse οργοτατην, crepitacu-  
 la, sistra Aegyptiaca, crotala, qui-  
 bus in saltationibus vibrabantur ve-  
 teres, maxime orientales populi: ut  
 apud Maronem Syra,

*Crispum sub crotalo docta moue-*  
*re laetus.*

Crepundia Plauto Mil. gloriof. 5. 1.  
 6. sunt instrumenta puerilia.

*Ve faciam quasi puero in collo*  
*pendeant crepundia.*  
 Martialis Apophor. (14.54.) cre-  
 pitacula vocat. Vulgata lectio  
 confirmari potest loco Sallustij,  
 qui

iam spectator rex, sed magister nequitiae, neruorum oblectamenta modulatur. Hæc primo laborantis regis tacitæ pestes & occultæ fuere.

C A P. II. Deinde crescente licentia, iam nec parientibus regiæ domus contineri meretricis audacia potest: quam proteruiorem, sociata cum Agathocle fratre, ambitiosæ pulchritudinis scorto, quotidiana regis stupra faciebant. Accedebat & mater Oenanthe, quæ geminæ subolis illecebris deuinctum regé tenebat. Itaque non contentæ rege, iam etiam regnum possident, iam in publico visuntur, iam salutantur, iam comitatur. Agathocles regis lateri iunctus, ciuitatem regebat: tribunatus, præfecturas, & ducatus mulieres ordinabant; nec quisquam in regno suo minus, quam ipse rex poterat. cum interim, relicto quinquenni ex Eurydice sorore filio, moritur: sed mois eius, dum pecuniam regiam mulieres rapiunt, & imperium inita cū perditissimis societate occupare conantur, diu occultata fuit. Re tamen cognita, concursu multitudinis, & Agathocles occiduntur, & mulieres in ultione Eurydicis patibulis suffiguntur. Morte regis, suppicio meretricum velut expiata regni infamia, legatos Alexandrini ad Romanos misere, orantes ut tutelā pupilli susciperent: tuerenturque regnum Egypti,

qui est in Catil. 25. 3. Psallere, saltare eleganter, quam necesse est proba: multa alia, quo sunt insfrumenta luxurie. Sed et canora quæ decu arque pudicitia semper omnia fuere. Ita in mss. libris Salustij legi. B. Videndus omnino Scaliger pag. 255. commentar. in Copiam incerti auctoris, quæ extat in appendice Virgiliana: itemque notata ad Sueton. Calig. 54. 4. Bern.

C A P. II. 3. Oenanthe] Hujus meminerunt Plutarchus Cleomenes c. 46. Polybius, 15. 27. & 31. Athenaeus, 6. 13. In vulgatis editionibus Eu'anthe corrupte legitur.

3. 4. 5. Deuinctum regem teneb. &c. ] Ptolemæi mores Claudius egregie retulit apud Sueton. cap. 29. qui libertu uxoribusque addidit, non principem se, sed ministri egerit, compendio cuiusque horum veterium studio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, supplicia largitus est, & quidem inscius plerumque & ignarus: tallis & Imp. Arcadias apud Zonarā in eius vita.

4. Regnum possident] Quid enim interesset, utrius semina gubernent; aut qui gubernant, gubernentur à fe- minis? inquit Aristotle Polit. 2. 7.

B. Tuerenturque regnum] Quippe

*Egypti, quod iam Philippum & Antiochum, facta inter se pax sive diuisisse discebant.*

C A P. III. Grata legatio Romanis fuit, causam belli aduersus Philippum querentibus, qui insidiatus eis, temporibus Punici belli, fuerat. Huc accedebat, quod & Poenis & Annibale superato, nullius magis arma metuebant, reputantibus, quantum motum Pyrrhus parua magna Macedonum in Italia fecisset, quantasque res Macedones in Oriente gessissent. Mittuntur itaque legati, qui 3 Antiocho & Philippo denuntiēt, regno *Egypti* abstineat. Mittitur & M. Lepidus in *Egyptum*, qui tutorio nomine regnum pupilli administret. Dum hæc aguntur, 4 interim legationes Attali regis, & Rhodiorum, iniurias Philippi querentes, Romam venerunt. Quæ res omnem cunctationem Macedonici belli senati exempt. Statim 6 igitur, titulo ferendi sociis auxiliij, bellum aduersus Philippum

*jam gentium reges, duces populi, nationes, præsidia sibi ab hac urbe petebant. Florus, 2.7.8.*

C A P. III. 4. *M. Lepidus &c.* Hoc exemplum est imitatus Tiberius, referente Tacito, 2.67.6. De Lepido ita Val. Max. 6.6.1. Cum Proleme suu rex tutorum populum Romanum filio reliquisset, Senatus & M. Emilium Lepidum Pont. max. bis consulem, ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit: amplissimumque & integerissimi viri saeculariem reipub. usibus & sacris operatum, externe procurans vacare voluit; ne fides ciuitatis nostra frustra peccata existimatetur. Huic narrationi suffragantur antiqui denarij argentei, representantes in vao latere, yrbis Alexandriæ faciem, cum corona murali turrata, cui subscriptum antique, ALEXANDREA: in altero M. Lepidum togatum senem calvum, qui à dextris statim adolescentulum cum sceptro in manu, diadematè regio coronat, hoc

adscripto titu. 3. C. M. LEPIDVS  
PONT. MAX. TUTOR REG. vt testatur Steph. Vin. Pighius annalium Rom. tom. 2. pag. 404. vt i. tamen Nostro prochroni mihi item mouet. Vide locum & expende. Bern.

6. Legionesque cum confi. Ita manuscripsi duo: ceteri omnes, legacionesque cum conditionibus pacis. Error ex notarum compendio: cum CONS. interpretati sunt cum conditionibus: & ad id sequentia iaurabant, deinde cum exposita conditiones pacis à Rom. essent Mislus autem est consul post P. Su. pitium Galbam, & P. Villium Tappulium r. Quintius Flamininus. ita vett. libri: & recte, ne Flami inos patricios cum Plebeiiis Flaminis confundamus. Hoc non animadversum, auctorem libelli de virtutis illustribus, siue is Aur. Victor, siue quis alius, in foedum errore induxit, vt hunc, Flaminij eius qui ad Thraeymenum lacum occubuit, filium arbitraretur, vt alijs docuerant. inepte.

7 lippum decernitur, legionesque cum consule in Macedoniam mittuntur. Nec multo post tempore, tota Græcia, fiducia Romanorum, aduersus Philippum, spe pri-  
 8 stinæ libertatis erecta, bellum ei intulit: Arque ita cum rex vndique vrgeretur, pacem petere compellitur. Deinde cum expositæ conditiones pacis à Romanis essent, repetere sua, & Attalus, & Rhodij, & Achæi, & Ætolii  
 9 cœpere. Cōtra Philippus adduci se posse, ut Romanis parat, concedebat; ceterum indignū esse, Gracos à Philippo  
 & Alexandro maioribus suis victos, & sub iugum Macedonici imperij subactos, veluti victores, leges pacis sibi dicere, quibus prīus sit seruitutis ratio reddenda, quam  
 10 libertas vindicanda. Ad postremum tamen petente eo, induciæ duorum mensium datæ, vt pax, quæ in Macedonia non conueniebat, Romæ à senatu peteretur.

**I CAP. IV.** Eodem anno inter insulas Theramenem & Therasiam, medio vtriusque ripæ & maris spatio, terræmotus

Hic tamen Plutarcho vbiue Φλαμινος dicitur. Bong.

8. Conditiones pacis ] De pacis conditionibus vide Liliam in fine lib. 2. belli Macedonici.

9. Concedebat] Putida oratio, concedebat se adduci posse. Quin scribendum contendebat. Hec Val. Acidalius ad Veileium, 2. 130. 8. quem vix tamen est ut sequamur. Bern.

**CAP. IV. 1.** Theramenem & Therasiam ] Theramenis insula, hic, vt & supra 13. 7. 2. pro Thera accipitur. Strabo lib. 1. pag. 36. f. Medio inter Theram & Therasiam loco. Vide & Plinium, 2. 87. & Eusebium in Chronico, & Senecam natural. quæst. 6. 21. cuius locus mendosus est, nec satis explicatus ab annotatore. B. Adde Lilium, 39. 56. 6. Plinium, 4. 12. m. Bern.

Eodem anno inter insulas Theramenem & Therasiam. Illo jam multis annis, antequam hęc gesta sunt, fuit motus ille terræ. Contigit enim Olympiadis cxxxix, anno 1. vt constat ex Polybfo, & Eusebij Chtonico. Plinius tamen 1. II.

cap. LXXXVII, Inquit. Automaram sine Hieram ( de qua omnino capienda verba Iustini ) enatam esse inter Theram, & Therasiam insulas, Olympiadis CLVI. anno 11. Quod quomodo fieri potuerit, non video. Voss.

**Terramotus]** Lilius refert lauram in prætoria naui enatam eodem quoque tempore.

**Terramotus]** Omisūs aliis antiquorum sententiis de causa terramotus, illa probabilior, spiritu inclusu & coactato terram moueri. Ex Archelao ita loquitur Seneca lib. 6. Natur. Quæst. Venni in concava terrarum deferuntur, deinde ubi jam omnia spatia plena sunt, & in quantum poruit aer densatus est, ut qui superuenient spiritus priorem premit & elidit, ac frequentibus plagu prīmo cogit, deinde perturbat. Tunc ille querens locum omnes angustias dimouet, & claustra sua conatur effringere. Sic evenerit, ut terra spiritu luitante, & sanguinem quaerente moueantur.

2. Naui

temotus fuit. in quo , cum admiratione nauigantium, 2  
 repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit. In 3  
 Asia quoque eadem die idem motus terræ Rhodum,  
 multasque alias ciuitates graui ruinarum labe concussit,  
 quasdam solidas absorbuit. Quo prodigo territis omni- 4  
 bus, vates cecinere, *orans Romanorum imperium vetus*  
*Gracorum, ac Macedonum voratum.* Interim à senatu 5  
 repudiata pace, Philippus in societatem belli Nabin ty-  
 taunum solicitat. Atque ita , cum in aciem exercitum 6  
 instructis è diuerso hostibus ploduxisset , hortati suos  
 cœpit, referendo Persas, Bactros, Indosque , & omnem 7  
*Asiam, Orientis finem, à Macedonibus perdomitam.* tan-  
 toque fortius hoc bellum quam illa sustinendum, quanto  
 sit libertas imperio carior. Sed & Flamininus Romanus 8  
 consul, relatione rerum recentissime gestarum, suos stimulabat in prælium, ostendendo, hinc Carthaginem cum Sicilia, inde Italiam & Hispaniam Romana virtute perdomitas : nec Annibalem quidem Alexandro Magno 9  
 postponendum, quo Italia pulso, Africam ipsam tertiam  
 partem mundi superauerint. Sed nec Macedonas veteri 10

2. *Nauigantium ] an habitant-*

*zium: Freiush.*

*Calidus aqua] Seneca lib. 2. Nat.*  
*Qd. Majorum nostrorum memoria,*  
*ut Posidonius scribit, cum insula*  
*in Egeo mari surgeret, spuma-*  
*bat interdui mare & fumus ex*  
*alio serebatur. Nam demum pro-*  
*debat ignem non conuinum sed*  
*ex interuallu emicantem, fulmi-*  
*nun more, queiens ardor infe-*  
*rius jacens superum pondus eu-*  
*cicerat. Deinde saxa renoluta, ru-*  
*pesque partim illesa, quas spiri-*  
*tus, antequam veniererat, expule-*  
*rat; partim ex ea & in levitatem*  
*pumicu versa nouissime cacumen*  
*exusti montis emicunt. Postea alter-*  
*tiuum adiectum, & saxonum illud*  
*in magnitudinem insula crevit.*  
*Idem nostra memoria Valero. A-*  
*sianico consule iterum accidit.*

3. *Insula emersit.] Sen.lib. 6.*

*In Asia &c. Rhodum] Quam in-*  
*fulam tamen Europa Diodorus,*  
*18.8. annumerat. Sed Asia contribu-*  
*buit etiam Epitome Liuij, 78. B.*

*Labe] A labendo latrem dixit, vt*  
*& iupa, 17. 1. 5. & Cicero de legib.  
 2. 15. Quam obremille quidem sa-*  
*piens, sumus Gracia vir, longeque*  
*dotti simus, valde hanc labem ve-*  
*retur, Labem etiam χρεία esse,*  
*& hiatum, notatum est ex Iuri-*  
*consultorum libris & Cicerone*  
*de diuinat. 1. 25. & 43. Hac vox*  
*cum librariis esset insolens, verit*  
*in mole. HOC terræmotu Rhodium*  
*colosum ruisse Pusebi refert. Pon.*

5. *Nabin [Alij legunt. Onabin,*  
*fuit is tyranus Lacedæmonio-*  
*rum: Plutarctus.*

9. *Terram partem] ita credi-*  
*tum veteribus. Nobis & alia pars*

11 fama, sed presentibus viribus estimandos: quia non cum  
 Alexandro Magno, quem iniustum audierat, nec cum exercitu eius, qui totum Orientem devicerat, bellum gerant;  
 12 sed cum Philippo puer immatura aetate, qui regni terminos aduersus finitos agre defendat, & cum his Mace-  
 13 donibus, qui non ita pridem preda Dardanis fuerunt. Illos  
 14 maiorum decora se suorum militum commemorare. Non enim alio exercitu Annibalem & Poenos, & totum ferme Occidentem, sed his ipsis, quos in acie habeat, militibus,  
 15 subaltos. His adhortationibus utrinque concitati milites, prælio concurrunt, alteri Orientis, alteri Occidentis imperio gloriates; ferentesque in bellum, alij maiorum suorum antiquam & obsoletam gloriam, alij virentem recentibus experimentis virtutis florem. Sed Macedonas  
 17 Romana fortuna vicit. Fractus itaque bello Philippus, pace à Flaminio consule petita, nomen quidem regium retinuit; sed omnibus Graeciae vibibus, velut regni membris extra terminos antiquæ possessionis, amissis,  
 18 solam Macedoniam retinuit. Offensi tamen Aetoli, quod non ex arbitrio eorum Macedonia quoque adempta regi, & data sibi in præmium belli esset legatos ad Antiochum mittunt, qui cum adulazione magnitudinis,

in  
orbis America detecta est, quæ à Vespucio Americo nomen accepit. Innotuit & Magellanica.

15. *Antiquam & obsol. glor.*] Plutarchus in præceptis reip. gerend. c. 45. cum videmus puerulos parentum crepidas contrari subligare sibi, aut coronas eorum capitibus suis imponere, per jocum ridemus. at urbani magistratus majorum opera, arduos concursum, & falla præsenibus temporibus ac rebus non congruentia stulte jubentes imitari, multitudinem concitant; & cum ridicula sunt moliti, non risu jam digna paruntur, nisi planci sint contempti.

16. *Romana fortuna vicit*] Ad Cynocephalas. Vide Liuium, 33. 4. 6. Plutarchum in Titi Flaminij

vita c. 11. Florum 2. 15. 17. qui locū illum Cynocephalus vocat: Pausaniam in Atticis & Achaicis: & Strabonem extremo libro 9. Bong.

37. *Gracie vibibus*] Debetur hec lectio codici Culadiani. nam ceteri optimæ notæ Thracie, contra historiam Plutarchus in Flaminio, cap. 4. Regnum Macedonia quidem ei reliquæ imperavit auctem, ut Gracia abstineret. Bong.

18. *Legatos ad Antiochum*] Astaticum bellum Romanis suscitauit Thoas Aetolite princeps, & Annibal. Florus, 2. 8. 6. Bong.

*Adulatione magnitud.*] Curtius 3. 2. 18 Purpuratis solita vanitate Darij spem inflam. Seneca, Benef. 6. 30. Principes, dum ignorante vires suas, & dum se tam magnos, quam

in Romana bella, spe societatis vniuersitatem Græciæ, impellerent.

quam audiunt, credunt, accruxere nium peruenturabellum. Bern.  
Superuacua, & in discrimen om-

## LIBER XXXI.

## BREVARIUM CAPITVM.

- 1 Romanis Antiochum Syrum legatione coercent. Nabide Graciam liberari jubent. Annibalis nomen Romanis formidabile.
- 2 Annibal Romanorum insidias fugiens ad Antiochum corsum dirigit.
- 3 Nabis duobus præliis fractus, post Romanorum discessum arma mouet. Annibal ad Antiochum de opprimendis Romanis consilium.
- 4 Cartaginem ab Antiocho solicitati rem Romanis significant, qui politico stratagemate Annibalem ab Antiocho disuellsint.
- 5 Iteratum Annibal consilium de bello in Italia Romanis inferendo.
- 6 Antiochi adulatores Annibal sana consiliarident: inde subverso Antiochi, qui terrestri & nauali prælio à Romanis superatur.
- 7 Scipiones, ducto in Africam exercitu, pacis leges Antiocho prescribunt, quas ipse repudiat.
- 8 Bello reparato, & pugna commissa, casis quinquaginta Asiaticorum milibus, Antiochus subactus pacem perit & obtinet.

**M**ORTUO Ptolemeo Philopatore, rege Ægypti, contemptaque paruuli filij eius ætate, qui in spem regni relicta, præda etiam domesticis erat, Antiochus rex Syriæ occupare Ægyptum statuit.

CAP. I. Mortuo Ptolemeo] Hæc latius & accuratius persequitur Appianus in Syriaca. Bern.

Ptolemao Philopatore] Ptolemaeus Philopator sic dictus est ironice, cum patrem, matrem & fratrem interficerit. Ignavia eius Antiocho Magno spem fecit recuperandarum urbium in Syria, quas Seleuco Callinico Euergestes ademeret. Quare Antiochus Magnus, innuenis incensus cupiditate gloria militaris, bellum intet huic regi Ægyptio, & multas civitates recipit. Tandem vero occurrit Philopator, & cum vterque magnas haberet copias, vicit Antiochum, & propter legnitiem & luxum statim in Aegyptum redit. Erant autem Iudei initio coniuncti Antiocho, postea mutata fortuna hospitio victorem Aegyptium exceperunt, ac placarunt data pecunia. Cum autem Ptolemaeus Philopator visurus templum, in vestibulum ingressus esset, sacerdotes obnixi erant, ne perget, nec penetraret in adytum interius, quo non erat fas ingredi cuiquam præter pontificem; et negat se obtemperaturum piis monitis rex superbus, tamen Deus templum defendit, & mox subito terrore consternatum regem ita reprimit, ut semiuius ex templo exportaretur. Quare Iudeos ieratus, cum Alexandriam rediisset, crudelias edicta proponat: Iudeos iuber in vincula rapi & mulros elephantis conculcandos obici in spectaculis. Interea domi ipse imperfecta coniuge nefandis se libidinibus contaminat, & regebatur aula non ab ipso aut principibus, sed à turpissimis & à flagitiosissi-

mis libidinum sociis. Talis furor nunquam est diuturnus, ut dicunt de peccatis clamantibus in cælum. Quare post victoriam, de qua dictū est, non fuit diu superstes. Senz.

Contemptaque paruuli filii ætate] Procurat amar fieri. Quia causa Romanis audita morte Hieronim, anxij ne quid ex contemptu ætatis relitti pueri, rerum nouarum moueretur Syracusis &c. Polybius excepit legat primo. Cœlularunt Sallust. Ing. 6.7. Florus. 4.4.3. Polybius, 5.34. & 41. Herodianus, 1.7. Zonaras tom. 3. sub imperio Constantini, Leonis filii. Hinc intelligitur, quantum laudet Stiliconem Claudianus, 2.64. Bern.

Præda etiam] Prætulerim præda, quod ē mss. Bongarsius inter variantes retulit. Ita Liuius, præda futura legio. Sallust. Catil. 21. 5. Quibus vitoria præda fuerat. Bern.

Antiochus rex] Antiochus Magnus fratrem habuit Seleucum maiorem natu, qui statim postquam regnare coepisset, in transitu Tauri imperfectus est à suis, ve narrat Polybius lib. 4. apud quem extant initia rerum gestarum Antiochi Magni. Primum bellum gesit Antiochus adolescens cum Molone duce, qui ab ipso defecera. Hunc tandem acie viatum & captum in cruce egit. Postea Syriæ ciuitates Seleuciam & alias, quas Aegyptij priore bello occuparant, partim vñ recepit, partim ad deditiōnem certis pactionibus adegit. Hæc fuit causa noui & magali belli inter Antiochum & Ptolemaeum Philopatorem. Ceterum à polybio lib. 5. apparatus belli & prælia regum describuntur.

statuit. Itaque Phœnicem , ceterasque Syriæ quidem,<sup>2</sup>  
sed iuris Ægypti, ciuitates cum inuasisset, legatos ad eū  
Senatus mittit, qui denūtiarent ei, abstineret regno pupil-<sup>3</sup>  
lis, postremis patris precibus fidei sua traditi. Quib' spre-  
tis, interjecto tēpore alia legatio superuenit, quæ, omis-  
sa pupilli persona, ciuitates, iure belli factas populi Ro-  
mani, in integrū restitui subebat. Abauēti, bellū denun-<sup>4</sup>  
tiatum: quod ille facile susceptum, infeliciter gessit. Eo-  
dē tēpore & Nabis tyranus multas Græciæ ciuitates oc-  
cupauerat.

describuntur : Ptolemæus exerci-  
tum duxit in Syriam 70000 pedi-  
tum , 5000 equitum. Antiochi  
copiae fuerunt 6000 equitum, &  
60000 peditum. Hi exercitus in Sy-  
ria ad Raphiam conlixerunt, siue  
que viator Ptolemæus & amissas  
ciuitates recuperauit. Antiocho  
perenti pax data est. Nam Ptole-  
mæus eti progrederi , & plures re-  
gai partes Antiocho eripere po-  
terat : tamen propter ignauiam  
gaudebat se labore militiæ libera-  
ri. Cum autem post paucos annos  
domi mortuus esset Ptolemæus  
Philopator, exilio filio Iouubero,  
Ptolemæo Epiphane, rursus bellum  
mouet Antiochus. Nam propter  
hostis infantiam videbat se faci-  
llius inclinaturum voluntates ciui-  
tatum ad defectionem. Misérunt  
autem Ægyptij legatos Romanos,  
ac petierunt, ut Senatus Romanus  
tunciam pueri regis fulciperet.  
Quod cum esset factum : Senatus  
julsiit Antiochum ab Ægyptio ab-  
stinere. Id agre serens & hospitem  
habens Annibalem, qui erat hortator,  
vt ceteri reges le longe gerente  
ad reprimendos Romanos, societa-  
te cum Philippo Macedonum rege  
fecit. Hec fuerunt ferina belli cum  
Romanis, quod à Lilio, <sup>4</sup>. Decad.  
describitur. Tandem autem vicitus  
Antiochus cessit Romanis tota  
Asia citra Taurum montem. Co-  
actus est & obsides dare duos filios,  
Antiochum Epiphanem, & Deme-  
trium. Aliquanto post spoliaturus

templum quoddam in Syria à suis  
interfectus est. Strig.

2. Phœnicem Syriæ regio Ptole-  
mæo, Straboni, Plinius, Melæ, aliis-  
que, à Phœnico ita appellata. Ne-  
que enim est tam vanum, vt non  
nulli putant, à Phœnico Phœnicas  
appellare. Phœnix idem est , qui  
rex Erythras , Erythras qui Edom  
sive Esauus. De quo sacra Scriptu-  
ra : prodidit autem prior, (almirum  
Esauus) rufus , similis totus togæ  
villoſæ, quam ob causam vocatum  
est nomen eius Esauus. Dicitur ita-  
que Esauus rubicundi vel potius  
rutili coloris fuisse, eo quod refe-  
ret **רֹאשׁ אֶדָם**, vñi Exod. 25. cap.  
habetur, id est , pelles arictum ru-  
tilantium. Quin & addit postea  
sanctissimus legislator Moes : &  
dixit Esau Iacobo : Sine me hau-  
rire de isto edulio rufa admodum,  
quia venatione tessus sum. Ieclito  
vocabat iterum quisque nomen  
Edom. Edom itaque & Erythras  
idein est, qui Phœnix. Φενίξ enim  
significat Ερυθρός πόταν, id est,  
rubrum , rufum. atque hinc mare  
rubrum sive Erythrum, unde sci-  
licet in Syriæ litora migrauerunt  
primi phœnices. Thys.

3. Nabis tyranus ] Bellum hoc  
Romanorum cum Nabide , Laca-  
demoniorum tyramo.

Nabis tyranus ] Lilius lib. 34.  
Plutarchus in Flaminius & philo-  
pœmene, Paulanias in Messeniacis,  
Achaicis, & Arcadic. Bong.

6. cupauerat. Igitur senatus, ne uno tempore duplici bello Romanæ vires detinerentur, scripsit Flaminino, si ei videatur, sicuti Macedoniam à Philippo, ita Græciam  
 7. à Nabide liberet. Ob quam causam imperium ei prorogatum est. Terribile quippe Antiochi bellum Annibal is nomen faciebat, quem æmuli eius, *occultis mandatis cum Antiocho inuisse societatem*, apud Romanos  
 8. criminabantur: negantes eum aquo animo sub legibus  
*vixere, assuetum imperio, & immoderata licentia militari semperque, radio quiesceris urbanae, nouas bellis causas circumspicere:* Quæ eti falsa nuntiata fuissent, apud  
 timentes rāmen pro veris habebantur.

9. CAP. II. Denique senatus metu perculsus, ad speculandos actus Annibal is, legatum in Africam Gnæum Scruilium mittit: eique tacitis mandatis præcipit, si posset, eum per amulos eius interficeret, metuque inuisi non minis tandem populum Romanū liberaret. Sed res Annibalem non diu latuit, virū ad prospicienda cauendaque pericula peritū; nec minus in secundis aduersa, quā in aduersis secunda cogitantē. Igitur, cum tota die in oculis principum, legati que Romani, in foro Carthaginīcum obuersatus in supremum fuisset, appropinquante vespere,

7. Annibalis] Appianus & Lilius  
lib. 34.B.

8. Assuetum imperio] Ita Lilius,  
2. 2. 4. Nimum Tarquinios regno  
assueſſe &c. nestire Tarquinios pri-  
natos vivere. Sueton. Cæs. 30. 8.  
Capere imperii consuerudine Ca-  
ſar. De Iūtiae Probus in eius vi-  
ta, Multum in imperiis magistra-  
tibusque versari, non videbatur  
posse esse priuatum; praescrim cum  
consuerudine ad imperii cupidita-  
tem trahi videbatur.

9. Falsa apud timantes pro veris  
hab.] Seneca de ira 2.22. Quæ in-  
niti audimur, libenter credimus.

CAP. II. 2. Peritum] Malum para-  
tum, quod in mss. omn. esse testa-  
tur Bong.

In secundis aduersa] Idem Ro-  
manæ constantiz mos erat, in ad-  
uersis vultum secundas fortuna ge-  
rere: moderari animos in secundis:  
Lilius, 42. 67. 9. Adde infra, 3. 1. 8. 9.

3. Principum] Procerum, Senato-  
rum. Ita Seneca Consol. ad Helu-  
cap. 11. pr. & 12. m. item, de Benef.  
2. 12. & alibi: Capitolinus in Gor-  
dianis cap. 13. Ceterum Senatores  
ab Augustæ historiæ scriptoribus  
appellatos etiam optimates, sum-  
mates, optimati nobilium, proceres,  
ipsumque

vespere, equum conscendit: & rus urbanum, quod propter litus maris habebat, ignaris seruis, iussisque ad portam reuerentem oppelli, contendit. Habebat ibi naues cum remigibus, occulto sinu litoris absconditas: erat & grandis pecunia in eo agro preparata, ut, cum res exegisset, nec facultas fugam nec inopia moraretur. Lecta igitur seruorum iuuentute, quorum copiam italicorum captiuorum numerus augebat; nauem consondit, cursusque ad Antiochum dirigit. Postera die ciuitas principem suum, ac tum temporis consulem, in foro exspectabat. Quem ut prefectum nuntiatum est, non aliter quam si vires capta esset, omnes trepidauere, exitiosamque sibi fugam eius ominati sunt. Legatus vero Romanus; quasi bellum iam illatum Italiam ab Annibale esset, tacitus Romam regreditur, trepidumque nuntium refert.

C A P. III. Interim in Græcia Flamininus, iuncta cum quibusdam ciuitatibus societate, Nabidem tyrannum duobus continuis pæliis subegit; & grauiter fractum, velut exsanguem, in regno reliquit. Sed libertate 2. Græcia

Ipsumque Senatum Nobilitatem docet ad illos scriptores, pag. 93. Salmatius. Bern.

Rus urbanum ] Forte suburbatum. Freinsh.

5. Italic. capriu. ] Atqui Liuius, 30, 27. 2. scribit inter conditio-nes pacis & hanc fuisse, Carthaginenses Romanis capiueros omnes exaderent. Quomodo ergo hi numerum seruorum Annibal auxerunt? Freinsh.

6. Ac tum temporis consulem] Suffetes. Curthaginensibus erant, qui Romæ consules, Liuius, 30. 7. 5. quos Aemilius Probus in Annibale, bnos Reges vocat. Erat & apud illos Dictatoris imperium, Liuius, 23. 13. 11. & Quæstorum dignitas, habebantur hi proximi iudicibus, idem Liuius, 33. 32. 4.

Judices erant centum, supr. 19. 2. 5. & senatus erat triginta seniorum confessus, Liuius, 30. 16. 3. Erant apud eos & prætores, Probus Annibal. Liuius, 33. 32. 3. Bong.

8. Trepidum nuncium] Romani enim Annibalem, et si senio & exilio fractum, pro igni habebant, cui abesset nihil, nisi qui eum exierat. Plutarch. Flaminio, cap. 37. Bern.

CAP. III. 1. Interim ] Liuius: de hoc bello, Decadis 4. libro 4.

In Gracia Flamininus:] De hoc bello copiose Liuius, 34. 22. &c. seqq. Bern.

Et grauiter fractum, velut exanguem, in regno reliquit. ] In mss. est, & grauibus fractum, &c. Et ita lege. Hoc quod non intelli-

Græciæ restituta, deductisque ab viibibus præsidiis, cuncti  
Romanus exercitus in Italiam reportatus esset, velut, va-  
cua rursus possessione solicitatus, multas ciuitates repa-  
3 tino bello inuasit. Quibus rebus exterriti Achæi, ne vi-  
cinum malum etiam ad se serperet, bellū aduersus Na-  
bidem decernunt, ducemque prætorem suum Philopœ-  
4 menem, insignis industriæ virum, constituant: cuius in-  
eo bello tanta virtus eniuit, ut opinione omnium Fla-  
5 minino Romano imperatori compararetur. Eodem  
tempore Annibal, cum ad Antiochum peruenisset, velut  
6 deorum munus excipitur: tantusque eius aduentu ardor  
animis regis accessit, ut non tam de bello, quam de præ-  
7 miis victoriæ cogitasset. Sed Annibal, cui nota Romana  
8 virtus erat, negabat *opprimi Romanos nisi in Italia posse*.  
Ad hoc sibi centum naues, & decem millia peditum, &  
mille.

gerent librarij, rescripserant *gra-*  
*nibus vulneribus. Inepit. Voss.*

3. *Achæi.* Achaia proprie dicitur Peloponnesi regio Septentrionalis secundum litus sinus Corinthiaci, ab ipso Isthmo usque ad Araxum promontorium & Eliorum agrum ad Occidentem extensa. De illorum Rep. vide Vbbobonem Emmium, & Thysij memorabilia veterum Rerumpublicarum.

4. *Philopœmenem.* Erat autem Philopœmenes præcipue in du-  
cendo agmine locisque capiendis,  
solertiz atque usus, nec belli tan-  
tum temporibus, sed etiam in pa-  
ce ad id maxime animum exer-  
cuerat. Vbi iter quopiam faceret,  
contemplatus ab omni parte loci  
naturam, cum solus ire, secum ip-  
se agitabat animo, cum comites  
haberet, ab iis querebat, si hosti  
eo loco apparuisset, quid si à fron-  
te, quid si ab latere hoc aut illos  
quid si à tergo adoriretur, capien-  
dum consilii foret. His curis cogi-  
tationibusque ita ab incunabula  
animum agitauerat, ut nulla et-

nora in tali re cogitatio esset.  
Strig.

4. *Flaminino Rom. imp. comp. per. T.*  
Quod Flamininum male habebat  
& plutarchus (philopœm. c. 25. &  
flamin. c. 23. ) inter causas finitum  
cum Nabide belli recenset Flami-  
nini inuidiā & xmulationem ho-  
norum Philopœmenis. Bong.

7. *Negab. appr. Rom. nisi in Ital.*  
p. J. Hoc ipsum fatus demonstratur  
infra cap. 5. Ita Liuius, 34. 59. Sen-  
tientia Annibalū una aequa ea-  
dem semper erat, ut in Italia bel-  
lum gerereur. Italiam & com-  
meatu & militem prabituram  
externo hosti, si nihil ibi mouearur,  
licetque populo Rom. viribus &  
copiis Italia extra Italiam bel-  
lum gerere, neque regem, neque  
genitrem ullam, partem Romanii es-  
se. Apud Velleium, 2. 27. Pontius  
Teleinus, Samnitium dux, vocifer-  
rabatur eruendam delendamque  
Romam; adiiciens, nuncquam defu-  
reros raptores aliena libertatu lu-  
pos, nisi silua, in quam refugere so-  
lerent, esset excisa. Bern.

mille equites poscebat, promittens hac manu non manus bellum, quam gesserit, Italia restauraturum: & in Asiam, regi sedenti, aut victoriam de Romanis, aut aquas pacis conditiones relaturum: quippe & Hispanis bello flagrantibus, ducem tantum deesse; & Italiam notiorem sibi nunc, quam pridem fuisse: sed nec Carthaginem quieturam, sociamque se ei sine mora prebituram.

CAP. IV. Cum regi consilia placuerint, mittitur Carthaginem vnu ex comitibus Annibal, qui in bellum cupidos habet, Annibalemque cum copiis affuturum nuntiet: nihil dicat, partibus, nisi animos Carthaginensium deesse, Asiam & vires bellis, & sumptum prebituram. Hæc cum relata Carthaginem essent, nuntius ipse ab inimicis Annibal comprehenditur, & perductus in senatum cum interrogaretur, ad quem missus est, Punico ingenio respondit: se ad uniuersum senatum missum, nec enim hoc opus singulorum, sed uniuersorum esse. Dum multis diebus deliberant, an eum Romanum ad purgandam publicam conscientiammittant, tacitus consensu naue ad Annibalem reuertitur: quo cognito, Carthaginenses ulterius rem Romanam per legatum deferunt. Romani quoque ad Antiochum

<sup>4.</sup> 8. Mille equites] Vett. plerique equorum, unde mendosum locum esse suspicor. Et sane in IC. Pelerini vet. cod. legitur etia mille equorum. B. Vulgatam affirmat Lilius, 34.59.5. Sibi centum reūt as naues, fideicim millia pedicuum, mille equites deposcebar. Illud vero mille equitem, pro mille equites, Latine dico, & mille hic esse substantium singularē, sicuti chilliz, docet ē bonis anterioribus Agellius, 1.16. ut mihi vix temperauerim, quin idem in Justinum reciperem. Bern.

9. Regi sedenti] Id est, otioso. Cic. ad Attic. 10.8.m. & 10.12.m. Bong.

CAP. IV. 1. Vnu ex comitebus] Aristonem, mercatorem Tyrium, specie negotiorum missum scribit Appianus pag. 90. quem le-

ge, & Lilius, 34. 60. B. Hoc ipsu astu Pelopidas usus, ad Sphodriam Spartanum misit quemdam mercatorem cum pecunia & mandatis magna de re: Plutarch. Pelop. c.24. Prudenter ergo cautum est Honorij ac Theodosij rescripto, mercatores. C. de commerc. & mer. Ne mercatores tam Imperio Rom. quam Persarum regi subiecti, ultra ea loca, in quibus foderis tempore cum memorata natione Imperatoribus conuocati, nundinas excrceant: ne scil. alieni regni scriveniur arcana. Bern.

z. Inimici] Hannonem intelligit, qui inimicus Barchinæ factionis erat. Plutarch. in Annib.

; Dum multū diebus] Lilius hoc paulo aliter & copioius narrat.

tiochum legatos misere , qui sub specie legationis, & regis apparatum specularentur, & Annibalem aut Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectum inuisumque regi redderent. Itaque legati cum Ephesi conuenissent ad Antiochum , mandata ei senatus trahunt. Dum responsum exspectant, omnibus diebus assidui circa Annibalem fuere : dicentes, timide eum à patria receſſe, cum pacem Romani, non tam cum re publica eius , quam cum eo factam , summa fide custodiunt: nec bella eum Romanorum magis odio, quam Patria amore gessisse, chi ab optimo quoque etiam spiritus ipſe debeatur. Has enim publicas inter populos, non priuatas inter duces, bellandi causas esse. Inde res gestas eius laudare. Quorum sermone latus , ſæpius cupidiusque cum legatis colloquebatur, ignarus quod familiaritate Romana odium ſibi apud regem crearet. Quidippe Antiochus, tam assiduo colloquio reconciliatam eius cum Romanis gratiam existimans , nihil ad eum ſicuti ſolebat referte ; expertemque totius confilij , veluti hominem proditoremque ſuum, odiſſe cœpit. Quæ res tantum apparatum belli, cessante imperatoria arte, corrupit. Senatus mandata fuerant, ut contentus terminis Asia effet, ne ipſis ingrediendi Asiam necessitatem imponeret. Quibus ſpretis, non accipiendum bellum statuit, ſed inferendum.

C A P. V. Dicitur, quum frequenter de bello confliuum habuiffet, remoto Annibale , tandem eum vocari iuſſiſſe, non ut ex ſententia eius aliquid ageret, ſed ne per-

4. Ad. *Antiochum legatos*] Inter quos erat P. Scipio, qui Annibalem deuicerat. Præter Liuum, 35. 14. & Appianum pag. 91. & 92. vide Lucianum in dialogis Mortuorum, & Plutarchum in Flaminio sub finem. Confliuum autem legatorum explicat & Frontinus, 1. 8. 7: Bong. Legatos misere] Qui apparatum legis specularentur, ut inquit Po-

lybius lib. 3. Horum nomina legatorum, P. Sulpitius, & P. Julius, apud Liuum. Dec. 4. lib. 5. Plutarchus vero in T. Quinctio Flaminio alterius nomen male profert. vocat enim P. Vellium, cum Iulium dicere debuerit. Sed non mirum. Homo enim Græcus & in eo ſpare parum diligens, Romanorum nomina peruerſit.

per omnia cum spreuisse videretur; omnibusque perrogatis postremum interrogasse. Quo ille animaduerso, intelligere se professus est, non quia egeat consilio, sed ad supplendum numerum sententiarum se vocatum: tamen & odio Romanorum: & amore regis, apud quem solum tuum sibi exilium relictum sit, se viam gerendi belli edis ferturum. Veniam deinde libertati praefatus, nihil se aut c. nsiliorum, aut corporum presentia probare ait: neque sedem belli Graciam sibi placere, cum Italia ruberior materia sit, quisque Romanos vincere non nisi armis suis posse; nec Italiam aliter, quam Italici viribus subiugari: siquidem diuersum ceteris mortalibus esse illud hominum & bellis genia. Aliis bellis plurimum momenti habere, priore aliquam cepisse occasionem loci temporisque, agros diripiisse, urbes aliquas expugnasse: cum Romano, seu occupaueris prior aliqua, seu viceris, tum etiam cum victo & incende luctandum esse. Quamobrem si quis eos in Italia lacepsat, suis eos opibus, suis viribus, suis armis posse vincere sicut ipse fecerit. Sin vero quis illis Italia velut fonte

virium

CAP. V. 1. *Omnibus perrogatis*] Appianus, pag. 93. Annibalem primum sententiam rogatum scribit. B. Sicuti perspectare Suetonio, D. 4. 7, est à principio ad finem usque spectare: ita perrogare est omnes peragere sententias, Eo verbo vuntur & Liu.: 9. 19. 10. Tacit. 4. 9. 3. Sueton. Aug. 35. 9. (vbi prorogare vitiouse legitur) Plin. 6. Epist. 22. & Panegyr. c. 60. Læpidius in Commodo, c. 21. Bern.

4. *Italiam aliter*] Non expectandum, sed inuadendum hostem potius recte censuere Politici, ita tamen ut locorum situs cognitus sit, & ut Imperator sciat, vnde expediti commeaturo possit. Quin imo semel hostem graui clade affecisse, est patriam vniuersam viciisse. Bodem motu ciuitates omnes percutiuntur, & respirare non possunt, cum in jugulo hostile ferrum est. Accedit agrorum hostilium deuastatio, dileptio bonorum,

aliaque belli incommoda. Quin & sive ex hostium agris commeatum & alimenta quis capit. Recte alibi Rust. 1. 22. Quippe aliter domi, aliter foris bella trattari, domi auxilia esse, quae patre vires subministrant, foris etiam hostem suis viribus vinci. Ita sensit Annibal, ita & Scipio. Frontinus lib. 1. strategem: Scipio, inquit, manente in Italia Hannibale, transmissis in Africam exercitu, necessitatem Carthaginibus hostiis transtulit bellum.

5. *Eriam cum victo &c.*] Herennius Pontius apud Liuium, 9. 3. 13. Ea est gens Romana, quae ultra quiescere nesciat, &c.

6. *Suis eos opibus*] Quid in Africa contra Carthaginientes jam antea fecerat Agathocles. Eleganter Appianus: Bella domi, ob famam inde oriri solitam, omnibus esse grauia, foris autem leniora. Bong.

8. M. 2

virium ceſſerit, perinde falli, ac si quis amnes non ab ipſis fontium primordiis deriuare ſed concretis iam aqua-  
 rum molibus auertere vel exſiccare velit. Hac & ſe-  
 creto ſe cefuiſſe, ultroque ministerium consilijs ſai obtu-  
 liſſe: & nunc preſentibus amicis ideo reperiſſe, ut ſcirent  
 omnes rationem cum Romanis gerendi belli: eosque foris  
 inuitos, domi fragiles eſſe. Nam prius illos urbe quam  
 imperio; prius Italia quam prouincias exiſt posſe: quippe  
 & à Gallis captos, & a ſe prope deletos eſſe: neque ſe un-  
 quam viſtum prius, quam terris eorum ceſſerit. Reuerto-  
 Carthaginem ſtetim cum loco fortunam belli mutatam.

CAP. VI. Huic ſententiæ obreſtatores amici regis-  
 erant: non utilitatem rei cogitantes; ſed verentes, ne  
 probato conſilio eius, primum apud regem locum gra-  
 tiæ occuparet. Et Antiocho non tam conſilium, quam  
 auctor diſplicebat, ne gloria victoriæ Annibal is, non  
 ſua eſſet. Omnia igitur variis aſſentationum adulatio-  
 nibus corrumpebantur: nihil conſilio vel ratione age-  
 batur. Rex ipſe per hyemem in luxuriam lapsus, nouis  
 quotidie nuptiis deditus erat. Contra Achilius Roma-  
 nus consul, qui ad hoc bellum miſſus erat, copias, arma  
 ceteraque bello neceſſaria, ſumma induſtria parabat: ci-  
 uitates ſocias conſirmabat: dubias illiciebat: nec aliud  
 exitus belli, quam apparatus viriusque partis fuit. Ita-  
 que prima belli congreſſione, cum cedentes ſuos rex  
 cerneret,

2. Ministerium] ita mſſ. vt ſupra  
 2.4.2.5. arbitrium pro arbitrum. Et  
 lib. 6.2. 15. poſtularat ſibi dari mini-  
 ſterium impene, vt eſt in vulgaris  
 libris. nam ibi mſſ. miniftrum.  
 邦。

C A P. VI. 1. Verentes, ne  
 &c.] Laco conſilij quamvis ege-  
 gys, quod non ipſe afferret, immi-  
 cus, & aduersu petas peruicax.  
 Tacit. hist. 1. 26.

3. Aſſentationum adulatio[n]ib[us].  
 Aſſentarium, quod eſt in vet.  
 cod. Peterini rectum puto.邦.  
 4. Achilius Romanus] Manius Aci-

lius Glabrio. Apud Appianum men-  
 doſe legitur A'xim. in ueroſo ,λ,  
 pro A'xim. Erat hic consul cum  
 P. Corn. Scipione Nasica. Vulgo,  
 Attilius, inepte, vt apud auctorema  
 de viris illiſtribus. Vide Livium,  
 36.1.1. &c. Florum, 2.8.14. Fronti-  
 num, e. 4.4.邦.

5. Prima belli congreſſione] Om-  
 nes omnino inſſ. conatiōne. Forte  
 legendum coſtrōne, vt dixit Teren-  
 tius Phor. 2. 2.34. Prima coſtrō eſt  
 acerrima. Mod. Victus eſt Antio-  
 chus ad Thermopylas. Lit. 36.19.

6. Fani

cerneret, non laborantibus auxilium tulit: sed fugientibus se ducem præbuit, castraque ditia victoribus reliquit. Deinde cum in Asiam, præda Romanis occupatis, 6. fugiendo peruenisset, pœnitere neglecti consilij cœpit; reuocatoque in amicitiam Annibale, omnia ex sententia eius agere. Interim nuntiatur, Æmilium, Romanum ducem, octoginta rostratis nauibus in bellum nauale à senatu missum aduentare: quæ res illi spem restituendæ fortunæ dedit. Itaque priusquam sociæ ciuitates ad hostes deficerent, decernere nauali prælio statuit, sperans cladem in Gracia acceptam, noua posse victoria aboleri. Tradita igitur Annibali classe, prælum 9. committitur: sed nec Asiatici milites Romanis: neque naues eorum pares rostratis nauibus fuere: minor tamen clades ducis solertia fuit. Romam nondum opinio 10. victoriæ venerat, & idcirco in consulibus creandis. suspensa ciuitas erat.

CAP. VII. Sed aduersus Annibalem ducem quis melior quam Africani frater crearetur, cum vincere Pœninos opus Scipionum esset? Creatur igitur Consul Lutius Scipio: eique datur legatus frater Africanus, ut intelligeret Antiochus, non maiorem fiduciâ se in Annibale vieto, quam Romanos in viatore Scipione habere.

Trajicientibus

6. Panieræ negl. cons.] Nimirum hoc haber mortalitas: tunc demum sentit se male de rebus suis staruisse, cum id nihil jam prodeft, vt ait Cicero apud Dionem Calsium lib. 44. Adde Aufodi; epigramma xii. in simulacrum Occasione. Bern.

7. Æmilium] Ita vet. cod. Pelegrini. Cuiacionos, Æmilium, E pro A. Veteres enim Æmilius scribebant. Ceteri varie corrupti: quidam ei viuum: alij ei Ltiuum. Scripsisse auctorem arbitror, non sicut ei Lucium Æmilium, pro quo impresserunt quidam Ltiuum Mene-

nium. Est autem hic L. Aemilius Regillus Litiuo, 37. 58. 1. & Floro, 2. 8. 18. Appiano, Syriac. pag. 102. d. Λέυκος Αἰμιλίος Ρηγελός, pro Ρηγελός. Bong.

Rostratis nauibus] Quæ in protra ætro erant munitione rostro, quo in hostium naues summo cum impetu compactæ sepe eas dissoluebant. Græcis χαλκεοῖσιν.

CAP. VII. 2. Consul. L. Scipio.] Et cum eo C. Iulius, præter citatos Gellius, 16. 4. Scipio hoc bello confecto Asiaticus dictus. Bong.

q. Legato;

3 Trajicientibus in Asiam Scipionibus exercitum, iam  
vtrobiique profigatum bellum nuntiatum est, victum-  
que Antiochum terrestri, Annibalem nauali bello in-  
4 uenerunt. Primo igitur aduentu eorum, legatos, pacem  
petentes, ad eos Antiochus mittit, peculiare donum  
Africano ferentes ipsius filium, quem rex parvo nau-  
5 gio trajicientem ceperat. Sed Africanus priuata benefi-  
cia à rebus publicis secreta esse dixit; aliaque esse patris  
officia, alia patria iura, que non liberis tantum, verum  
6 etiam vita ipse praeponantur. Proinde gratum se munus  
accipere, priuatoque impendio munificentia regis respon-  
surum Quod ad bellum pacemque pertineat, nihil neque  
gratia dari, neque de iure patris decidi posse, respondit.  
7 Nam neque de redimendo filio vñquam tractauit, nec  
senatum de eo agere permisit; sed ut dignum maiestate  
8 eius erat, armis se recepturum filium dixerat. Post hæc  
leges pacis dicuntur: ut Asia Romanis cederet: conten-  
tus Syria regno esset: naues universas, capriuos & trans-  
fugas traderet; sumptumque omnem bellum Romanis resti-  
9 tueret. Quæ cum nuntiata Antiocho essent, nondum ita:  
victum se esse respondit, ut spoliari se regno pateretur;  
bellisque ea irritamenta, non pacis blandimenta esse.

10 CAP. VIII. Igitur cum ab vtrisque bellum parare-  
tur, ingressique Asiam Romani Ilion venissent; mutua  
gratulatio Iliensium ac Romanorum fuit. Iliensibus Æ-  
neam, ceterosque cum eoduces à se profectos Romanis se-  
z ab his procreatos referentibus. Tantaq; letitia omniū fuit  
quanta

4. Legatos] Antiochi legatus By-  
antius Heraclides ad Consules pro-  
pace petenda fuit.

Ipsius filium] P. Aemilius qui Per-  
seum vicit, natura filium; P. Scipio-  
nis, adoptione, inquit Appianus  
Syriac. pag. 105. c. contra quam ce-  
teri; non enim ipse Africanus, sed  
eius filius, Pauli Aemilius filium,  
eum qui Carthaginem euerit, ad-  
aptauit. Plutarchus in Aemilio,

cap. 7. Cicero, alij. B. Adde Liuium;  
44. 44. 1. Idem auctor. 37. 37. 6. non-  
nihil à Nostro discrepans, ait, An-  
tiochum Scipioni Elæz ægrotanti,  
post istam demum legationem, fi-  
lium captum misisse: neque solum  
patro animo gratum manus, sed  
corpori quoque salubre gaudium  
fuisse. Bern.

5. Priuata beneficia &c.] Vide:  
Camerar. oper. subcif. cent. 1. 32.

CAP. VIII.

quanta esse post longum tempus inter parentes & liberos solet. Iuuabat Ilienses, nepotes suos, Occidente 3 & Africa domita, Asiam ut auitum regnum vindicare, opribilem Troja ruinam fuisse dicentes, ut tam feliciter renasceretur. Contra Romanos, auitos lares, & incunabula maiorum templaque ac deorum simulacra, inexplebile desiderium videndi tenebat. Profectis ab 5 Ilio Romanis, Eumenes rex cum auxiliis occurrit: nec multo post prælium cum Antiocho commissum. Cum 6 in dexteriore cornu pulsa legio Romana, maiore decore, quam periculo ad castra fugeret, M. Æmilia tribunus militum ad tutelam castrorum relictus, armare se milites suos, & extra vallum progrederi iubet, striisque gladiis fugientibus minari, morituros dicens, nisi in prælium reuertantur; infestioraque sua, quam hostium castra inuenturos. Attonita tam ambiguo periculo legio, comitantibus commilitonibus qui fugere eos prohibuerant, in prælium reuertitur, magnaue cæde edita, initium victoriarum fuit. Cæsa hostium quinquaginta millia; capta xi. Antiocho pacem petenti, 8 nihil ad superiores conditiones additum, Africano prædicante, neque Romanis, si viucautur, animos minui;

CAP. VIII. 3. Opribilem Troje ruinam &c. ] Senec. Epist. 91. in Sapo majori fortuna locum fecit iniuria: mulea ceciderunt, ut alii surgerent & in matru.

4. Auitos lares, & incunabula maiorum ] Hac ipa de re Liuius, 37.37.2. Inde Ilium Scipio processit, castrisque in campo, qui est subiectus manibus, positis, in vibem arcemque cum ascendisset, sacrificauis Mineruæ præsidi arcis, & Iliensibus in omni rerum verborumque honore ab se oriundis Romanis præferentibus, & Romanis latissim originis sua. Tacitus annal. 12. 38. Nero ut eloquentia gloria nescieret, causa Iliensium suscepit, Romanum Troja demissum, & Iulie

stirpis auctorem e Eneam, aliaque haud precul fabulis verera, facunde exsecratus, impeccat ut Ilienses omni publico munere soluerentur. Adde Suetonium, Claud. 25. 14. Strabonem lib. 13. pag. 408. item 1.17.5.1. ff. de excus. tutor. Bern.

5. Prælium cum Antiocho ] Ad montem Sipylum, absente Africano, qui Elæz ægrotabat. Appian. Syriac. pag. 106. B. Huius prælii, circa Magnesium quæ ad Sipylum est, instructi commissaque luculentæ descriptio extat in Liuio, 37.37. & seqq. Bern.

6. Dexteriore cornu ] Dextro latere aciei.

Fugientib. minari ] Hoc genus exempla sunt apud Tacitum Hist.

minui; neque si vincant, secundis rebus insolescere.  
 9 Captas ciuitates inter socios diuise Romani, aptio-  
 rem gloriam, quam possessiones voluptarias iudicantes,  
 quippe victoriae gloriam Romano nomini vindican-  
 dam: opum luxuriam sociis relinquendam.

2.41.6. Frontinum, 2. 8. 11. & 14.  
 Item 4.1.29. Adde supr. 1.6. 10. ibi-  
 que notata.

8. Neque si vincant &c.] Neque  
 felicitare insolescimus; nec alienum  
 calamitatum insultamus, inquit  
 Africanus apud Appianum, Syriac.  
 pag. 112. Bong. Lluius, 42.62.9. Ro-  
 manam constantiam celebrans. Ita  
 cum morus erat, inquit, in aduersis  
 vulnus secunda fortuna gerere,  
 moderari animos in secundis. Et  
 apud eundem, 45.8.6. Paulus Cos.  
 In secundis rebus nibil in quem-  
 quam superbe ac violenter confu-  
 sere decet, nec presenti credere for-  
 tuna: cum, quid vespferat incer-  
 tum. Is denum vir erit, cuius ani-  
 mus nec prospera statu suo efficeret:

nec aduersa infringet. Adde supr.  
 31.2.2.

9. Apriorem gloriam] Ea est duo-  
 rum tantum mss. lectio: ceteri vul-  
 gatam confirmant, nisi quod vulgo  
 voluntarias legitur. Bong.

Possessiones voluntarias iudican-  
 tes] Malum legere, violentias, aut vo-  
 luntarias.

Possessiones voluntarias] Manlius  
 ad milites suos apud Lluium, 38.  
 17.18. Vobis mehercule Mariis vi-  
 tri cauenda ac fugienda quam pri-  
 mum amaritas est. Asia: tamcum  
 ha paregrina voluptates ad extin-  
 guendum vigorem animorum  
 possunt, tamcum conrazio discipli-  
 plina morisque accolatur valer-  
 Bern.

CAP. I.

## L I B E R    XXXII.

### B R E V I A R I V M    C A P I T U M .

1. *Aetoli libertate spoliantur. Bellum inter Messenios  
 & Achaeos. Philipæmenes captus, & veneno in-  
 teremptus: Unde Messeniorum clades.*
2. *Antiochus Syrus, dum sacrilegio sibi prouidere pun-  
 tat, interficitur. Senatus Romanus Philippo par-  
 cit, ob Demetrij filij virtutem, cui Perseus fra-  
 ter inuidet, & Demetrium impiis artibus de  
 medio tollit.*
3. *Philippi obitus: & bellum apparatus aduersus Roma-  
 nos, Gallis ad huius bellis societatem pertractis:  
 de quorum migrationibus subjicitur narratio.*
4. *Bellum inter Prusiam & Eumenem, in quo Anniba-  
 lis opera Prusias superior euadit. Pace inter  
 Reges*

Reges sancita, Romani Annibalem persequuntur Is hausto veneno legationem morte praeuenit. adiunctum eiusdem Annibalis elogium.

## C A P. I.

**A**etoli, qui Antiochum in bella Romana impulerant, victo eodem, soli aduersus Romanos, & viribus impares, & omni auxilio destituti, remanserunt, Nec multo post victi, libertatem, quam illibatam aduersus dominationem Atheniensium & Spartanorum, inter tot Græciæ ciuitates soli retinuerant, amiserunt. Quæ conditio tanto amarior illis, quanto scior fuit, reputantibus tempora illa, quibus tautis Persarum opibus, domesticis viribus restiterant; quibus Gallorum violentiam, Asiae Italique terribilem, Delphico bello fregerant. Quæ Gloriosa recordatio, maius desiderium libertatis augebat. Dum hæc aguntur, medio tempore inter Messenios & Achæos de principatu primo dissensio, mox bellum ortum est. In ea nobilis Achæorum Philopæmenes imperator capit: non quia pugnando vitæ pepercerit, sed dum suos in prælium reuocat, in trâstu fossæ equo præcipitatus, à multitudine hostium oppressus est; quem iacentem Messenij, seu metu virtutis, vel verecundia dignitatis, interficere

CAP. I. 1. *Aetoli]* De Aetolico bello, quod gesxit M. Fulvius Nobilior cos. cum Gn. Manlio Vulso, lege Liuium, 38. 3. &c. Florum, 2. 9. Bong.

*Aetoli]* Aetoli cum Populo Romano arma sociauerant bello Philippico, atque cum ibi parum honoraram militiam suum fuisse accusarent, ad Antiochum deficiunt, quem missio Thoante multis promissis foedereque percussò ad Helium sollicitauerunt: sed Antiocho

victo & ipsi à Romanis perdomiti, coactique sunt imperata facere, M. Fulvio Nobiliore consule. Aetolia autem Græciæ pars, à Septentrione Corace monte, à Meridie Ionio sinu, ab Ortu Locris Ozolis, ab Occasu Acheloo fluvio diffingitur.

5. *Philopæmenes]* Præter Liuium, 39. 49. cù seq. & Plutarchum in vi-

tis, lege Pauliani Arcadicis. Bong.  
6. *Verecundia dign.*] Vide supr. notam ad 14. 6. 10.

7. *Velut*

7 interficere ausi non fuerunt. Itaque velut in illo omne bellum consecrissent, captiuum per vniuersam ciuitatem, in modum triumphi, circumduxerunt, effuso obuiam populo, ac si suus, non hostium imperator aduentaret.

8 Nec vietorem Achæi audius vidissent, quam victum hostes viderunt. Igitur eundem in theatrum duci iussi-  
serunt, ut omnes contuerentur, quem potuisse capi in-

9 credibile singulis videbagur. Inde in carcerem ducto, verecundia magnitudinis eius, venenum dederunt: quod ille laetus, ac si vicisset, accepit; quæsito prius, *an*  
*Lygortas prefectus Achæorum*, quem secundum à se esse scientia rei militaris sciebat, in columis effugisset: Quem  
vt accepit evasisse, non in totum dicens *consultum ma-*  
*lo le Achæis, expiravit*. Nec multo post, reparato bello, Messenij vincuntur: pœnasque imperfecti Philopœ-  
menis pepererunt.

II CAP. II. Interea in Syria rex Antiochus, cum graui tributo pacis à Romanis victus oneratusque esset, seu inopia pecuniae compulsus, seu auaritia solicitatus, qua sperabat se, sub specie tributariæ necessitatis, excusatius sacrilegia

7. *Velut in illo omne bell. &c.]*  
Tantum instar scilicet est in uno belli duce. Cicero pro L. Muræna cap. 16. de Mithridate: *Ipsæ Pompeius, regno eius possesto, ramen tantum in unius anima posuit, ut eū omnia qua ille renuerat, velle- ria possidere, ramen non ante, quā illum vita expulit, bellum confe- luum iudicaris.* Tacit. annal. 4. 25. Quo ipso argumento plutarchus in Flamin. c. 78. qualitercumque Romanos Annibalem quamvis decrepitum & exulem, ad mortem usque persequentes excusat. Adde Linius, 45. 7. 1. Florum, 4. 2. 29. Curtium, 5. 13. 4. Bern.

9. *Lygortas.]* MSS. *Lygorias*, facili lapsu i pro t. Græci *Auxōptæc.* Bong.

CAP. II. 1. *Didymai]* Strabo lib.

16. pag. 512. 40. *interfectum à bar- baris, cum templum Beli spoliare conaretur.* Auctor de viris illustri- bus, à sodalibus quos temulentus in coniuvio pulsuera, occisum esse refert. D. Heronymus in 11. Daniel, cum aduersus Elymæos pugnaret, cum omni exercitu de- letum. B. Iosephus antiq. 12. 13. nar- rat, Antiochum templum Diana in Elymaide spoliare conantem, magna clade accepta, Babylonem re- cessisse: ubi cum paulo post accep- pisset nuntium de altera clade à suis accepta in Iudea, dolore fit confectus. Consonat lib. I. Maccha- bæor. cap. 6. Hæc auctorum diuersi- tas à non distinctis Antiochorum cognomentis orta videretur. Antio- chi Soteris interitum reperies apud nostrum, 38. 10. 14. Bern.

6. *Insig-*

sacrilegia commissorum, adhibito exercitu, nocte tempium Didymæi Iouis aggreditur. Qua re prodita, concursu insularium, cum omni militia interficitur. Romæ, <sup>2</sup> cum multæ Græciæ ciuitates, questum de injuriis Philippi regis Macedonum venissent, & disceptatio in senatu inter Demetrium Philippi filium, quem pater ad satisfaciendum senatui miserat, & legatos ciuitatum esset; turba querelarum consulus adolescens, repente obticuit. Tunc senatus verecundia eius motus, quæ probata etiam antea, cum obles Romæ esset, omnibus fuerat, causam illi donauit: atque ita modestia sua Demetrius veniam patri, non iuste defensionis, sed patrocinio pudoris obtinuit: quod ipsum decreto senatus significatum est, ut appareret, non tam absolutum regem, quam donatum filio patrem. Quæ res Demetrio, non gratiam legationis, sed odium obtestationis comparauit. Nam apud fratrem Perseum æmulatio illi inuidiam contraxit; & apud patrem nota absolutionis, causa offensæ fuit, indignante Philippo, plus momenti apud senatum personam filij, quam auctoritatem patris, ac dignitatem regiæ maiestatis habuisse. Igitur Perseus perspecta patris ægritudine, quotidie absentem Demetrium apud eum criminari; & primo inuisum, post etiam suspectum reddere: nunc amicitiam Romanorum, nunc proditionem ei patris objectare. Ad postremum, insidias sibi ab eo paratas configit: ad cuius rei probationem immittit indices testes subornat, & facinus quod objicit, admittit. Quibus rebus compulso ad parricidium patre funestam omnem regiam facit.

## CAP. III.

<sup>2</sup>. *Insularium*] Impressū incelatum, quod placet. Bern.

*Qua re prodita concursu insularium*] Narrat quoque hanc rem Polybius in excerptis porphyrogenetz, & Diodorus Siculus. Unde patebit, legendum esse, Iouis Elymeti. *Insulares autem vocas*

templi custodes, & accolæ. Templo enim, & fana, locaque secreta, insulas appellari, nemo nescit. Sic Delphi insula à quibusdam dicuntur. Voss.

<sup>8</sup>. *Igitur Perseus*] Extrant pulcherrime veriusque orationes apud Li-

gium, 40.

## CAP.

C A P. III. Occiso Demetrio , sublatoque æmulo , non negligentior tantum Perseus in patrem , verum etiam contumacior erat ; nec heredem regni , sed regē se gerebat . His rebus offensus Philippus , impatientius in dies mortem Demetrij dolebat , tunc & infidiis circumuentum suspicari , testes indicesque torquere . Atque ita cognita fraude , non minus scelere Persei , quam innocentia Demetrij morte cruciabatur ; peregrissetque vitionem , nisi morte præuentus fuisset . Nam breui post tempore , morbo ex ægitudine animi contracto , decessit , relicto magno belli apparatu aduersus Romanos , quo postea Perseus usus est . nam & Gallos Scordiscos ad belli societatem perpulerat : fecissetque Romanis graue bellum , nisi decessisset . Namque Galli bello aduersus Delphos infeliciter gesto , in quo maiorem vim numinis , quam hostium senserant , amissio Brenno duce , pars in Asiam , pars in Thraciam extorres fugerant . Inde per eadem vestigia qua venerant , antiquam patriam repetiuere . Ex his manus quædam in confluente Danubij & Sabi confedit , Scordiscose se appellari voluit . Tectosagi autem , cum in antiquam patriam Tolosam venissent , comprehen-

C A P. III. 1. Occiso Demetrio] De Persei in fratre Demetrium fraudem & Philippi morte , vid. Licium lib. 40. & Pausani. m in Corinthiacis. Bong.

Non negligentior tantum Perseus] In MSS. legitur negligenter . Vetus lectio proculsum iio fuit negligitor . Voss.

3. Nisi morte præuentus esset .] Philippus moritur , poliquam regnasset annis 42.

5. Scordiscos] Hos ad Istrum habita esse , etiam Strabo auctor est lib. 7. Bong.

6. Namque Galli] Videtur hic deminuisse Iustinus eorum , que dixerat supra .: 4.8.16. Bern.

8. Danubij & Sabi] Danubium scribit Seneca , 6. Natural . Europam Asiamque distingui : pro quo Tanaïm restituendum , nisi obstitit auctoritas Acronis ad Horatii , vbi dicit Tanaïm etiam Danubium dicunt . De hoc flumine legendus Strukius ad Arriani Periplum maris Euxini : etiam quæ scripsimus ad Dacie Parergi nostri tabulam . Oriel.

Sabi] Fluvius is Straboni Σάβη est ; & Plinio , 9.3. : 5. Satis Bong.

9. Tectosagi] Tectosagi , scilicet Plinio & Straboni , Gallie Narbonensis populi Tectosagi sunt Togo , 12. Tolistobogi dicuntur à Floro . Eorum viri apud Plinium Tolosa vocatur

comprehensique pestiferalue essent, non prius sanitatem reciperae et, quam aruspicum responsis moniti, aurum argentumque bellis sacrilegiisque quæsitum, in Tolosaensem lacum mergerent. Quod omne magno postio tempore Cepio Romanus consul abstulit. Fuere autem argenti pondo centum decem millia, auri pondo quinque decies centum millia. Quod sacrilegium causa

excidiij

vocatur. Hodie Toulouse dicitur. Pro his Tectosagibus Narbonensis, quidam Teutones legunt apud Ausonium, in Descriptione eius Narbonæ. Tectosax, Tectosax, numero singulari, habet Stephanus. Idem multitudo etiam Tectosaga. Tectosages Cæsari Germanis populi sunt circum Hercyniam siluam. Ad Nicri fluminis ripam eos accolluisse putat Rhenanus: ubi adhuc hodie vetusta arx est, Teck dicta. Cæsar eorum meminat 1.6. belli Gallici, sic: Germania loca circum Hercyniam siluam, quam Eratostheni, & qui busdam Gracis fama notam esse videro, quam illi Orciniam appellant, vulgo Tectosages occuparunt. pro valgo Fulvius Vrinius Volca legendum pronunciat, idque ex Ptolemiti auctoritate, Scio non solum apud Ptolemaeum, sed etiam Plinius & Strabonem Volcas nominari, sed in Gallia Narbonensi: & non ad Hercyniam siluam, ubi Cæsar suos describit. Puto tamen eosdem esse, ex ipsius Cæsaris traditione; qui eos ex Gallia in Germaniam transmigrasse dicit. Oret.

Tectosagi ancem ] Lege Strabonem lib. 4. Fuit autem Q. Seruilius Cepio consul cum Atillo Serrano, & in sequenti anno à Cimbris victus, epitome Liuiana lib. 67. Orosius, 5. 15. Sallustius extremo Iugurthino, ubi pro C. Manlio vetus codex legit M. Mallio. De eius morte Steabo, & Valer. 6. 9. 13. qui inter se variant: & ipse Valerius secum pugnat, 4. 7. 3.

B. De adagio Aurum Tolosanum Agellius, 3. 9. De huius auri rapta questionem aliquando habitam Romæ, scribunt Cicero de natura. 3. 30. Orosius, 5. 15. & alij. Porro lacrimam pecuniam non impune temerari, ostendit preter alios Linius, 29. 8. 8. itē 29. 18. 3. & 4. B.

Tolosam] Tectosagum urbs in ea parte Narbonensis Galliae, quæ ad Pyrenæos montes vergit.

10. Argents pondo &c.] De hoc loco ita Budæus lib. 4. de Asse, pag. 152. Hæc summa vix dicere ausum quanti estimanda sit. Auri singula pondo minoris estimari centum aureis solatis non possunt, etiam ut undecima pars æris in eo mixta fuerit. Quia ratione aurum illud Tholotanum centies & decies centenæ millibus aureorum valuit. quod si obryzum fuerit, id est centenæ & duodenis solatis in libras estimabile, centies vices ter centenæ & viginti milibus valuit. Quod autem ad argentum pertinet, Trogum existimarum non quinque decies centena millia pondo scripsisse, quæ summa quinquagies milles mille aureos valet: sed quindecies centena millia, quæ quindecies milles mille aureis coronatis estimantur à nobis, id est, centies & quinquagies centenæ milibus. Q. od si quis Trogum quinque decies scripsisse malit, tamen pro quindecies intelligam, quomodo apud Suetonium in Aug. 101. 6. quaterdecies milles, pro bis sepiet, id est, quæ tuordecies. Steabo ex Posidonio quinde

excidijs Cepioni exercituque eius postea fuit. Romanos quoque Cimbrici belli tum: Itus, velut vltor sacræ penitentiæ, insecurus est. Ex gente Teutonagorum non mediocris populus prædæ dulcedine, Illyricum repetiuit, spoliatisque Istris, in Pannonia confedit. Istrorum gentem fama est originē à Colchis ducere, missos ab Aeta

rege,

quindecim millibus talentum argenti & stimasse aurum argentumque simul videtur: quæ summa minor est minima prædictarum, id est, nonages centena millia aureorum. Hæc Budæus, sed usus editione veteri, quæ nosrē contraria, summam argenti tribuit auro. Constatit tamen ratio, sed inuersa.

Bern.

11. *Cimbrici Belli*] Cimbros Teutonosque è Germania veteri in Galliam transiisse bonitate agri illectos arbitror, nā illos auitarum sedium ad Germanicum mare prope Saxonas jam tædebat. Proinde factio per Chaucos & Frisos itinere trans Rhenū, in ultimis Galliarum oris ad Septentrionalem Oceanum confedere. Vbi cum diutius manere non possent ob maris Gallici inundationem, quod velut longius extrudebat nouos hospites, per Galliam errabundi ad Rhenum usque venere, ibique sedes figere constituerant. Dum autem vagarentur in Gallia, conjunxerant se illis Tigurini Ambonesque, Gallicæ nationes, & ipse regnis suis pulcherrimas sedes quarantes. Itaque ferociores facti virium incrementis, cum terram à Romanis tanquam stipendum dari sibi postulassent, & repellerentur, contra legatos armis insurrexerunt, Syllanoque & Servilio Cepione ac M. Manlio fugatis, castrensi præda, & quidem ingenti potiti sunt. Hos postea vicit C. Marius, partim in tractu Cotiarum Alpium ad Aquas sextias, partim in Italia, in campo Raudino ut ex historiis notum est. Tacitus quoque veterem Germaniā describit.

bens: Eundem, inquit, Germaniæ si-  
nuu proximi Oceano Cimbrî te-  
nent, parua nunc ciuitas, sed glo-  
ria ingens, veterisque famæ late  
vestigia manent, vtraque ripa ca-  
stra ac spatia, quorum ambitu  
nunc quoque metlaris molem ma-  
nusque gentis, & tam magni exi-  
tus fidei. Sexcentesimum & qua-  
dragesimum annum urbs nostra  
agebat, quam primum Cimbro-  
ru auditæ sunt nomina. Ioh. Pagan.

Vltor sacra pecunia] Etiam ipse Cepio ob rem male gestam & sacra violata in carcere coniectus.

12. *Illyricum*] Habebat Illyrici prouincia integris rebus Romanis Pannoniam secundam, Sauiam, Pannoniam primam, Noricum me-  
diterraneum & Noricum Ripense, etiam Dalmatias. B. *Rhenanus*.

*Istri*] Istria Italiz regio & terminus versus Dalmatiam. huius luculentam descriptionem habet Casiodorus, 1z. Variar.

*Pannonia*] Erat Pannonia prima & secunda, & postmodum inter Danubium & Drauum Pannoniæ pars Valeria appellata est, in honorem Valeriaz filii Diocletiani, vt Marcellinus prodidit. Croatia hodie vocant.

13. *Aeta*] Græcis est Amnis. Quod autem statim dicit. Argonautas nauem humeris tulisse, vide Apollonium l. 4, ver. 13. 83.

T' μητε το πέρι δι & c hoc est.  
Vox supra modum optimi filij regum.

Qua vi, qua virute, Libye per  
cumulos arenæ deferos.  
Nauem sublimem, queque in  
nauis fecisti.

Sufci

rege, ad Argonautas raptorésque filiae persequendos : qui ut à Ponto intrauerunt Istrum, alveo Sabi fluminis <sup>i4</sup> penitus inuecti, vestigia Argonautarum insequētes, nauis suas humeris per juga montium, usque ad litus Adriatici maris transtulerunt; cognito quod Argonautæ idem propter magnitudinem nauis priores fecissent : quos ut auctos Colchi non reperiunt, siue metu regis, <sup>i5</sup> siue tædio longæ nauigationis, iuxta Aquileiam consdere, Istrique ex vocabulo amnis, quo à mari concesser-

Suscipientes humeris, ferre duos decim integratos.

Dies, simulque noctes &c. v.

<sup>i4.</sup> Quod Argonauta idem propter magnitudinem nauis ] Nauis, Bongarsius interpretatur, nauigationis. Non recte. Simpliciter ita capiendum, quod humerum Sabus tritemem illam Argonautarum non caperet, propter magnitudinem. Adeo ut illis necesse fuerit illam fluvio elatam humeris suis in litus Adriaticum deportare. Nota est Historia Voss.

<sup>i5.</sup> Aquileiam] Α'κουλια, ιωνία, Fori Iulij urbs primaria, Pelemeo, Straboni, Plinio, Lilio, & aliis. Incolis nomen retinet Germanis Aglar vocari putto. Aquilam quoque vocatam, testatur Eustachius. Acyleia A'milia, est Stephano. colonia dicitur in Vespasiani nemmo. Romarianam aliquando dictam lego. Orel.

Istrique ex vocabulo amnis, quo à mari concesserant] Non possum persuaderi, hanc esse veram letionem : neque illam, quam ex Isidoro Cluverius exposuit. Solenne enim Isidoro, ut quicquid non intelligeret, aut deferret, aut praece corrigeret, in miss. erat: quo à mari concesserant. Vnde conicio, scriptum fuisse : quo à Narico concesserant. Naricuni, siue Naracum est osium istri, quod tradiderunt Apisyrum ingressum esse, cum Argonautas persequeretur,

Nāpniō. τόπος est Apollonia Rhodio lib. iv.

— ἀρφὶ τὸ δέσμῳ  
Σχίζονται περιχοῖς τυπού μηδὲ  
κεκίκοι Νάρηνθο,  
Τυπού δι τὸν τὴν ναΐτη Καζ  
λὸν σόμα &c.

Meminere eius ostijs omnes Geographi. Alij tamen per pulchrum osium in Istrum vectos esse Colchos, aiunt. Voss.

Istrique ex vocabulo amnis Diodorus, 4. 58. Strabo lib. 1. pag. 39. m. vt & Plinius, 3. 18. continent eorum errorem, qui purane sunt esse quandam flumum Istrum cognominem, qui in Adriam exeat ab illo diuulsus, ab eoque denominari gentem Istros per quos destituit. Quo in errore hæsi etiare Aristoteles in historia animal. 8. 13. 8ern.

Quo à mari concesserant] Phil. Cluverius Ital. antiq. 1. 21. rectius censem, quo à mari recesserant: id est, quo amne à mari pontice recesserant, scilicet Istrum subeuntes. Nam ad mare Hadriaticum accesserant, ubi Polam urbem condidisse teruntur. Et inde siue ex ipso Trogó, transcriptis Isidorus Origin. 9. 2. Histrorum, inquit, gens originem à locis (lege, ut apud Iustinum, à Colchis) ducit, qui misi ad Argonautas persequendos, ut à Ponto intrauerant. Histrum suum à vocabulo amnis, quod à mari recesserant, appelle-

rant, appellati. Daci quoque suboles Getarum sunt  
 16 qui, cum Orole rege, aduersus Bastarnas male pugnassent, ad ultionem segnitiae, capturi somnum capita loco pedum ponere jussu regis cogebantur: ministeriaque vxoribus, quae ipsis antea fieri solebant, facere. Neque haec ante mutata sunt, quam ignominiam bello accep-  
 tam virtute delerent.

1 CAP. IV. Igitur Perseus, cum imperio Philippi patris successisset, omnes has gentes aduersus Romanos  
 2 in societatem belli solicitabat. Interim inter Prusiam regem, ad quem Annibal post pacem Antiocho à Romanis dataim, profugerat, & Eumenem, bellum ortum est; quod Prusias, Annibal's fiduciarupto fædere, prior  
 3 intulit. Namque Annibal, cum ab Antiocho Romani,  
 4 inter ceteras conditiones pacis, deditionem ejus depo-  
 scerent, admonitus à rege, in fugam versus, Cretam de-  
 fertur; Ibi cum diu quietam vitam egisset, inuidiosum-  
 que

*Istis sunt. Ergo non ab Histriz aliquo fluvio, sed ab ipso Danubio id nominis eos adsumpsisse voluit Iustinus. Istria porro ister eti sine aspiratione plerumque legitur: ex antiquis tamen aliquot lapidum inscriptionibus, itemque Castiodori libro de Orthographia patet, veteres adspirationem adscripsisse. Bern.*

Daci ] De Dacis & Getis lege Strabonem lib. 7. Bong.

16. Qui, cum Orole rege, aduersus Bastarnas male pugnassent] Mirum quam turpiter depravatum sit nomen hoc Dacici regis. In minori epitome Trogi dicitur Rubobostus: Et hoc male. Legendum cum Barabista rege, &c. Vide Strabonem lib. vii. cui est Boileius. Voss.

Bastarnas] Peucini & bastarnæ sinitimi Dacis.

Ad ultionem segnitiae ] Non dissimiles in disciplina militari animaduersiones, plus ignominiaz

quam cruciatus habentes, est obseruare apud Diodorum Siculum, 12. 16. Plutarchū in Agephilao, c. 51. Liuium, 27. 15. 8. Tacitum, 13. 36. 5. Suetonium in Aug. c. 24. Val. Max. 2. 7. 9. & 15. Frontinum, 4. 1. Plato quoque sub initium lib. 9. de legib. inter leuiores poenam numerat αγιόρες. Ηρακλετον sessio-  
 nes, stationes de formes & ignominiosas: quales etiam Augusto suo Liuia commendat apud Dionem lib. 55. pag. 642. Bern.

CAP. IV. 3. Cretans defertur] Vide de Probum in Annibal's vita. Quo commento Eumenem vicerit, refert & Fronticus, 4. 7. 10. Et de eius morte Plutarchus in Flaminio, c. 35. Appianus in Syriaca. Liuius, 39. 51. vbi & Africani mortem conuni: morat. Val. Max. 9. 2. 2. Varro οὐεὶ ἔχει γέγονες apud Nonium: Quare ibidem ab Annibale, cur liberis medicamentum Quia Romanis inquit, me Prusias tradere volebat. Bong.

5. Velut

que se propter nimias opes videret, amphoras plumbo repletas in templo Diana, quasi fortunæ sua præsidia, deponit: atque ideo nihil de illo solicita ciuitate, quoniam velut pignus opes eius tenebat, ad Prusiam contendit, auro suo in statuis, quas secum portabat, infuso, ne conspectæ opes vita nocerent. Dein, cum Ptiusias terre stri bello ab Eumene vicitus esset, & prælium in mare transtulisset, Annibal nouo commento auctor victoriae fuit. Quippe omne serpentium genus in fistiles lagenas coniici iussit: medioque prælio in naues hostium mittit. Id primum Ponticis ridieulum visum, fistilibus dimicare, qui ferro nequæant. Sed ubi serpentibus repleri naues coepere, ancipiti periculo circumuenti, hosti victoriæ cessere. Quæ ubi Romam nuntiata sunt; missi à senatu legati sunt, qui utramque regem in pacem cogerent, Annibalemque deposcerent. Sed Annibal re cogita, sumpto veneno, legationem morte præuenit. Insignis hic annus trium totu Orbe maximoru imperatorum mortibus fuit, Annibal, & Philopœmens, & Scipionis Africani. Ex quibus constat Annibale, nec tu cum Romano tonantem bello Italia contremuit, nec cum reuersus Carthaginem summum imperium tenuit, aut cubantem cœnasse, aut plus quam sextario vini induisse.

<sup>5.</sup> Velut pignus &c.] Agellius, 16.  
<sup>10.</sup> Quoniam res pecuniaque familiaris &c. Ita Vegetius, 2. 20.  
 Miles qui sumptus suos scit apud signa depositos, de deferendo nihil cogitat: magis diligat signa: pro illis in acie fortius dimicat, more humani ingenii, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam vider poscam esse sufficiam. Vnde callidi Principes à sibi suspectis mutuam pecuniam accipientes, eorum sibi fidem obstringunt: id quod feliciter expertus est Eumenes, narrante Diodoro, 19. 24. & Plutarcho in Eum. c. 24. Item Leucon apud Polyznum lib. 6, Ra-

tioñem explicat Arist. in Ethicis Nicom. 9. 7. Bern.

<sup>6.</sup> Nouo commento ] Strategemæ hoc imitati Atreni, cum observentur à Seuerianis, vasa fistilia, volucribus quibusdam, venenatisque bestiolis oppleta deiecerunt in oppugnantes, quæ cum aut oculis inuolitarent, aut inapertas corporis partes sensim obrepererent, grauiter eos fauciabant. Herodian. 3. 18. Bern.

<sup>9</sup> Insignis hic annus] Adde Liu- um, 39. 50. 10. Similia idem 40. 37. I. Tacit. 12. 64. 3. Dio. Cass. lib. 60. fin.

11 dulsisse; pudicitiamque cum tantam inter tot captivas  
12 habuisse, ut in Africa natum quivis negaret: Moderationis certe eius fuit, ut cum diuersarum gentium exercitus rexerit, neque iusidiis suorum militum sit peritus  
vnquam, neque fraude proditus, quum vtrumque hostes  
sepe tentassent.

12. *Moderationis*] Mortuus au-  
tem est, aetatis sue anno.

*Neque insidiis suor.*] Eadem Li-  
ulus, 28.12.3. Rationem reddit Ta-

citus hist. 2. 37. Quia exercitus  
lingui moribusque dissensi, quales  
Annibali fuerunt, in conuersum  
non facile coalescunt.

### L I B E R XXXIII.

#### B R E V I A R I V M C A P I T U M.

- 1 *Macedonicum bellum. Persei & consulum Romanorum animus.*
- 2 *Pugna, in qua Macedones fusi fugati que sunt. Perseus & filij capti in fuga. Macedonia in prossimum redulta: & Atoli oppressi.*

#### C A P. I.



In ore quidem terum motu Romani Macedonicum, quam Punicum bellum gesserunt; sed tanto clarius, quanto nobilitate Macedones Poenos antecesserunt.

Quippe cum gloria Orientis domiti, tum & auxiliis omnium regum iuabantur. Itaque Romani

CAP.I.1. *Minore quidem*] Cum diuini illustre contineat, breuiter eam ex Lilio reperam. Perseus ex quo regnum adeptus est, verbis quidem renouauit foedus factum inter Romanos & Philippum patrem, sed re multipli citer violavit. Itaque Romani bellum ei denuntiant, quod a duobus consulibus gestum Aemilius tandem confecit. Ante postremum prælium, ut alia

breuitatis causa omittam, C. Sulpicius Gallus tribunus militum secunda legionis, qui prætor superiori anno fuerat, consulis permisso ad concionem militib. vocatis pronuntiavit, nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ab hora secunda usque ad quartram horam noctis lunam defecturam esse? id, quia naturali ordine statim temporib. fiat, & sciri ante & predici posse. Itaque quemadmodum, quia certi solis

ni & legiones plures numero conscripserunt; & auxilia à Massinissa rege Numidarum, ceterisque sociis omnibus acciuerunt; & Eumeni regi Bithyniae denuntiatum, ut bellum summis viribus juuaret.

Perseo

solis lunæque & ortus & occasus sunt, nunc pleno orbe, nunc senescente exiguo cornu fulgere lunæ non mirarentur: ita ne obscurari quidem cum condatur umbra terre, trahere in prodigium debere. Nocte, quam pridie nouas Septembres insecura est dies, edita hora, luna cum defecisset, Rom. militibus Galli sapientia prope diuina videri. Macedonas, ut trieste prodigium, occasum regni perniciemque gentis portendens, monit, & clamor viuaciusque in castris Macedonum fuit, donec luna in suam lucem emersit.

Postero die prælio commissi vieti sunt Macedones ac casa ad viginti millia hominum, ad sex millia, qui Pidnam ex acie profugerant, viuunt in potestatem peruerunt, & vagi è fuga quaque millia hominum capta. Ex victoribus ceciderunt non plus centum: vulnerati aliquanto plures sunt. Quod si matribus pugnari coepit, ut satis diei victoribus ad persequendum supercesset, deletæ omnes copia forent. Nunc immensus nox & fugientes texit, & Romanis pigritione ad insequendum locis ignotis fecit. Perseus cum regio comitatu in Samothraciam fugit, ad quem persequendum Octavius à consule missus est. Cum autem iussu Octavij pronuntiatum esset per præconem, regios pueros Macedonias, quæ alios, qui Samothracie essent, si transierint ad Romanos, incolumitatem libertatemque & sua omnia seruatuos, quæ aut secum haberent, aut in Macedonia reliquissent; ad hanc vocem transilio omnium facta est, nominaque dabant ad Caium Posthumium tri-

bunum militum. Liberos quoque patruos regios Ion Thessalonicensis Octauio tradidit, & cum neminem quemquam, præter Philippum, maximum natu è filiis, cum rege reliquisten: cum se se filiumque perseus Octauio tradidit, fortunam Deosque, quorum tempora erant; nulla ope supplicem iuuantes accusans. Perseo in castra Rom. ingresso, Aemilius, Exemplum insigne cernitus, inquit, maturatioris rerum humanarum. Vobis hoc præcipue deo, juvenes, ideo in secundis reb. nihil in quæquam superbe ac violenter consulere decet, nec præsenti credere fortuna, cum, quid vesper foras, incertum sit. Is demum vir erit, cuius animum nec prosperra fortuna, nec flatus suo efficeret, nec ad uersus infringeret. Consilio dimisso tuendi cura regis Q. Aelio mandatur. Eo die & in uitatis ad consulem Perseus, & aliis omnis honos habitus est ei, qui haberit in tali fortuna poterat. Exercitus deinde in hyberna dimisso est. Mæsinam parrem copiam: Amphipolis, reliquias propinquæ urbes accepserunt. Hic finis belli, cum quatriennium continuum bellatum esset inter Rom. & Persea, sicut idemque finis incliti peræstropon atque Asiam omnem regnat.

*Scrips.*  
Macedonicum] De hoc bello plutarchus in paulo Aemilio: Luius 1. 41. 86 sequeatibus: Floeus, 2. 12. & paternulus, 1. 9. Pausanias, Achaicus; Diodorus 1. 31. cuius habemus tantum excerpta. *Bong.*

Tanoclarium] Idem Luij iudicium. 1. 1. 5.

2. Denuntiatum] Malim, denun-  
tiarunt. *Bong.*

- 3 Perseo, præter Macedonicum inuictæ opinionis exercitum, decennis belli sumptus, à patre paratus, in thesauris & horreis erat: Quibus rebus inflatus, oblitus fortunæ paternæ, veterem Alexандri gloriam considerare suos iubebat. Prima equitum congressio fuit, quia victor Perseus suspensam omnium exspectationem in fauorem sui traxit: misit tamen legatos ad consulem, qui pacem peterent, quam patti suo Romani etiam viato dedissent, impensis belli lege vieti suscepturnus. Sed consul Sulpitius non minus graues quam victo leges dixit. Dum hæc aguntur, metu tam periculosis belli, Romani Æmilium Paulum consulem creant, eique extra ordinem Macedonicum bellum decernunt: qui cum ad exercitum venisset, non magnam moram pugnæ fecit. Pridie quam prælium consereretur, Luna nocte defecit: triste id ostentum Perseo omnibus praesagientibus, finemque Macedonici regni portendi vaticinantibus.
- 1 C A P. II. In ea pugna M. Cato, Catonis oratoris filius, dum inter confertissimos hostes insigniter dimi-

2. Decenniū? Ita legendum ex vestigiis antiquæ lectionis, ea est decenius. Bong.

In horreis erat] Octingentos tricenti modios habuisse, Plutarchus scribit.

4. Qua victor] Cæsa sunt 11 m & 300 Romanis, duce P. Liciño. Plutarchus in vita Aemilij.

In fauorem] Liuinus, 29 306. Fama modice rei in principio rerum prospere alta conuocet ad nos hominum studia. Tacitus hist. 2.20. Ut initia belli prouenerint, fama erit in cetera. Fama fallax, quia Mari communis sape spoliante m iam & excusante m enerrit & percudit ab abiecto. Cicero pro Mil. c. 21.

5. Cons. Sulpitiae] Hujus consulis nemo præter hunc auctorem meminit. Aut igitur secundum mendum sit in libris, aut Iustinus targiter

lapsus est. Est enim hic P. Lici-niu, qui cos. fuit cum C. Ca-sio Longino, Liuinus, 42.28. 3. & Plu-tarchus in Apophtheg. c. 13. quo d notauit Glareanus, nescio tamen quo auctore eum L. Liciniū vo-cet. Hæc Bongarsius, qui & in va-riantibus lectionibus monet. Sul-pitij nomen hoc ex ora libri ir-repisse, quod Studioius notaue-rat ad illa quæ statim sequuntur. Luna nocte defecit. Bern.

6. Pugna fecit] Pugna Aemiliū & Persei ad Esona & Lycum am-nes.

CAP. II. 1. M. Cato] M. Cicero dialogo de Senectute. Ex eius Of-ficiis, 1. II. constat Catonem filium in Macedonia Persico bello militasse. Totus is locus Ciceronis adducitur à Saresberiensi lib. 6. Policr. cap. 7. à quo abest glossa illa, video summa arat obseruatio-

cāt, equo delapsus, pedestre prælium aggreditur. Nam cādētē manūlūs hōstium cūm horrido clamore, vēluti jacentē obtūcaturus, circumstētērāt: at ille citius corpore collecto, magnas strages edidit. Quum ad vnum opprimēdūm vndique hōstes conuolarent, dām proceūm quēdām petit, gladius ei ē manu clapsus; in medianā cohōrētē hōstium decidit: ad quem recipērādūm vmbone se protegens, inspectante viro que exercitu, inter mūctōnes se hōstium immersit; re-collecto que gladio, multis vulnerib⁹ exceptis, ad sc̄ios cūm clamōrē hōstium reuertitur. Huius audaciam ceteri imitati, victoriā peperere. Perseus rex fuga cūm decem millib⁹ talentū Samothraciā defertur: quē Cneus Octavius, ad persequendū missus à consule, cūm duob⁹ filiis, Alexandro & Philippo, cepit; cap-tumque ad consulem duxit. Macedonia à Carano, qui primus in ea regnauit, usque Persen triginta reges habuit. Quorum sub regno fuit quidem annis noniagētis & viginti tribus; sed rerum non nisi centū nonaginta duob⁹ annis potita. Ita cūm in ditioñem Rōmanorū cessisset, magistratibus per singulas ciuitates constitutis, libera facta est; legesque quib⁹ adhuc vtitur, à Paulo accepit. Etolorum vniuersatum vrbium senatus, cūm conjugib⁹ & liberis, qui dubia fide fuerant, Rōmam missus, ibique, ne in patria aliquid nouaret, diu detentus, ægreque, per multos annos legationibus ciuitatum senatu fatigato, in patriam quisque suam remissus est.

## LIBER

*in bello mouendo, quæ in textum Ciceronis imprudenter irrepit.*  
Bong. Frontinus Strateg. 4. 5. 17.

3. & 4. Gladius et ē manu &c.] Seneca epist. 120. de Horatio Co-clite: Non minus sollicitus ut armari, quam ut saluus exiret. Nam ut ait Diodorus, 14. 11. Fortes arma & vitam eodem estimant prei. Vnde P. Furius maluit cum mille-

naria cohorte perire, quam redi-tare salutem traditis armis. Dionys. Halicarn. 9. 80.

4. Vmbone] Medio scuti, vel potius ipso scuto.

5. Talentum] De talentis alibi.

6. Triginta reges] Linius, 45. 9. 3. tantum viginti numerat. Eusebius Persea tricesimum nonum facit. Bern.

## LIBER XXXIV.

## B R E V I A R I V M . C A P I T U M .

3. Romani in Achaeos causas belli querunt, & innen-  
niunt. Cruenta Achaeorum seditio.
2. Bellum quo Achai oppressi sunt: & Corinthus euer-  
sa: Ptolemaeus Egypto pulsus, petit à Romanis  
auxilium.
3. Populi ad Antiochum in gratiam Ptolemai vere li-  
bera legatio. Antiocho mortuo Demetrius fra-  
ter Rema profugus regno positur.
4. Prusias, rex Bithynia, regno & vita à filio spoliatur.

## C A P . I .

**P**enis ac Macedonibus subactis, Ætolorumque viribus principum captiuitate des-  
bilitatis, soli adhuc ex Græcia vniuersa Achæi nimis potentes tunc temporis Ro-  
manis videbantur, non propter singularum ciuitatum nimias opes; sed propter conspirationem vniuersarum.

Namque

C A P . I . 1 . Achæi] bellum Achæi-  
cum, & eius originem, multis des-  
cribit paulus in Achæis. vide  
Elium lib. 52. & Florum, 2. 16. pa-  
terculum, 1. 12. Orosium, 5. 3. nonq.

Achæi] Belli Achæi causa fuit,  
quod legati populi Romani Corin-  
thum misi, ut eas ciuitates quæ  
sub ditione philippi fuerant, ab  
Achæo consilio secererent, ab  
Achæis pulsati, vel, ut Strabo nar-  
rat, sordibus perfusi sunt. Hanc in-  
iuriam nequaquam ferentes Ro-  
mani, Q. Cæcilius Metellum in  
Græciam miserunt, qui cum Achæis  
corisque locis Thebanis & Chal-  
cidensibus ad Thermopylas bello  
conflixit, quibus vicitis dux eorum

Chirolans, veneno sibi mortem  
consciuit: in cuius locum Dracus,  
Achæi motus primus auctor, ab  
Achæis dux creatus ad Isthmum à  
L. Mummius consule victus est, qui  
omni Achæa in deditioinem acep-  
ta Corinthum ex senatus consulto  
diruit, quia ibi legati Romanorum  
violati erant. Thebae quoque &  
Chalcis, quæ auxilio fuerant, diri-  
tae & ante oculos prostratae. ipse L.  
Mummius raram abstinentia spe-  
cimen præbuit: nihil enim ex signis  
æreis, marmoreisque & tabulis  
pictis, denique ex omnibus opibus  
ornamentisque, quæ prædiues Co-  
rinthus habuit, in domum suam  
transtulit. *S. n. g.*

Namque Achæi, licet per ciuitates, veluti per membra, diuisi sint, vnum tamen corpus & vnum imperium habent; singularumque urbium pericula mutuis viribus propulsant. Quærentibus igitur Romanis causas belli, tempestive fortuna querelas Spartanorum obtulit, quorum agros Achæi propter mutuum odium populabantur. Spartanis à senatu responsum est, legatos se ad inspiciendas res sociorum, & ad iniuriam demandam in Graciam missuros: sed legatis occulta mandata data sunt, ut corpus Achæorum dissoluerent, singulasque vibes proprij iuris facerent, quo facilius ad obsequia cogerentur: & si quæ vibes contumaces essent, frangerentur. Igitur legati, omnium ciuitatum principibus Corinthum euocatis, decretum senatus recitant: quid consilij habeant, aperiunt. Expedire omnibus dicunt, ut singula ciuitates sua iura & suas leges habeant. Quod vbi omnibus innotuit; velut in furorem versi, vniuersum

<sup>2.</sup> Vnum corpus] Constitit Achæorum res publica societas aliquot urbium, cui plerique mox veloppantes ciuitates se addixerunt. Tanta autem iustitiae Achæorum peterebuit fama, ut plerique eam remp. tanquam amassim verumque politia exemplar sequerentur, sicuti traditum est à Polyb. Tam arcta harum ciuitatum erat conjunctio, ut veluti una ciuitas diuerso mentem ambitu constans videretur. Communem quidem ex habuere Magistratum, ceterum singulæ quoque suis territoriis iura præscribebant. Neque villa hic inter ciuitates opulentiae vel dignitatis ratio habita. Minima æque ius suffragiorum habebat atque maxima, nisi quod plus momenti atque auctoritatis consilia opulentiorum ciuitatum afferret. De illorum Politia vide Thysij, veterum Rerum publicarum Memorabilia, vbi de Achæorum Politia agit. Quandiu iustitia & concordia regnum suum tenuit, nullæ quidem usquam conglobatae

gentes illos solo suo dejicere potuerunt: vbi virtutes illæ in extinzione missæ, & avaritia, & honorum cupidio animos illorum laborfactauit, discordia que sparsum est venenum, tandem nobilissima Rœp. perit. Quam Rœp. in multis cum hac nostra Belgica conferre haud absolum fuerit. Singularum enim Provinciarum & ciuitatum iura, Ordinum potestas, supremum Fœderatorum Procerum in bello & pace potestas, iustitiae vigor, consiliorum lenta maturitas, regna exterma fœderibus annexa, hostium conculcata violencia, populi libertas, forma Rœp. optimæ, quam ex Optimatibus & populo temperatam esse oportere tradidit Philosophus, hic & ibi sere eadē. Vide & Polyb. 2. 38.

<sup>5.</sup> Frangerentur] Non displiceat, quod in mss. esse testatur Bong., trahicerentur ut scilicet trajectio ne populorum, contumaciæ eorum frangendam Romanis censuerint: quod fecit Philippus supr. 8. 5. 7.

sum peregrinum populum trucidant : legatos quoque ipsos Romanorum violassent, nisi auditio tumultu, trepidi fugissent.

**CAP. II.** Hæc vbi Romæ nuntiata sunt, statim senatus Mummius consuli bellum Achaicum decernit : qui exemplo exercitu deportato, & omnibus strenue prouisis, pugnandi copiam hostibus fecit. Sed Achæi, velut nihil negotij Romano bello suscepissent, ita apud eos neglecta omnia & soluta fuerunt. Itaque prædam, non prælium cogitantes, & vehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt : & coniuges liberosque suos ad spectaculum certaminis in montibus posuerunt. Sed prælio commisso ante oculos suorum casis, lugubre his spectaculum, & grauem luctus memoriam, reliquerunt : Coniuges quoque liberique eorum, de spectatoribus captiui facti, præda hostium fuisse. Vrbs ipsa Corinthus diruitur : populus omnis sub corona venditur : ut hoc exemplo ceteris ciuitatibus metus nouarum rerum impone

**Legatos quoque ipsos]** Florus, 2. 16. 3. de Critolao concitore homini belli, Legatosque Romanos, dubium an & manu, certe oratione violauerit. Et M. Cicero pro lege Mæsil c. 5. propter legatos superbios appellatos Corinthum euer- san dicit. Vide & de Offic. 1. 11. B. **Violassent]** Crisolaus, dubium an & manu, oratione certe legatos Romanorum violauit.

**CAP. II. 1.** **Mummius consuli]** L. Mummius cum Cr. Cornelio Lentulo cos. fuit: & ab Achaia deuicta Achæi, dictus. Orosius, Paterculus, ceteri. Corinthum captam esse anno 111. Olympiadis cl. vi. scribit Plinius, 34. 2. Pausanias Olympiade cxx Bon.

2. 3. 4. **Sed Achæi &c.]** Hermocrates ad Syracusanos in Thucydide, 6. 6. 24. Et ut inquit Archidamas apud eundem, 2. 3. 6. vnde et-

ro parua manus magnam multitudinem hostium, qui contempnunt & imparati certamen inierant profigauit. Curtius, 6. 3. 18. Nihil rura in hoste despiciunt, quem spreueris, valentiores negligenter facies. Quomodo in Floro. 2. 14. 2. Mace- do, aliquanta quam ante grauior, dum contemnitur.

**4. Casi]** Florus : Vicit sunt primum Achæi à Metello ad Thermopylas, postremo sub Isthmi fauibus à L. Mummius consule.

**6. Corinthi]** Vrbs Achæe in medio Isthmi Peloponnesiaci sita. Unde & bimare Corinthum Horatius appellauit. Lumen Græcæ appellavit Cicero. De illius excidio ita Florus : Quid signorum, quid vestrum, quidne tabularum rapuum, incisum, arque proiectionum est? Quantas operi & abstuleris, & cremaueris, hinc sciatis quod?

poneretur. Dum haec aguntur, rex Syriæ Antiochus 7  
Ptolemæo, majoris sororis suæ filio, regi Ægypti, bellum infert, segni admodum, & quotidiana luxuria ita  
marcenti, ut non solum regiæ majestatis officia inter-  
mitteret, verum etiam sensu hominis nimia sagina ca-  
raret. Pulsus igitur regno; ad fratrem minorem Ptole- 8  
mæum Alexandriam confugit: participatoque cum  
eo regno legatos Romam ad senatum mittunt: auxi-  
lia petunt; fidem societatis implorant. Mouere senatum  
preces fratrum.

CAP. III. Mittitur itaque legatus Popilius ad Antio- 1  
chum: qui abstineat illum Ægypto, aut si iam incessisset,  
excedere iuberet. Cum in Ægypto cum inuenisset, oscu- 2

quod quidquid Coristib⁹ eruo  
orbis laudatur, incendio superfus-  
se cōperimus. Nam & eru notam  
preciosiorem ipsa opulentissima Vr-  
bu facie iniuria: quis incendio  
permisisti plurim⁹ statui arque  
simulacris, eris, auri, argenteique  
vena in commune fluxere.

7. Rex Syriae Antiochus] Fuerunt  
inter posertos Antiochi post pro-  
fanationem templi continua par-  
cicidia. Successit Antiochus Epiphani  
frater Demetrius, qui vna  
fuerat obses Romæ. Hic veniens  
in Syriam mox iubet interfici filium  
fratris Antiochi iam regnante,  
Antiochum ûnāt̄. Ali-  
quanto post Demetrius dat pœnas  
parcidiij. Interficitur enim à quo-  
dam Alexandro seditione, qui re-  
gnum inuasit adiutus ab Aegyp-  
tis, Demetrio fuerunt duo filii,  
Demetrius Iunior, & Antiochus  
Sedetes. Hic Iunior Demetrius in-  
terficit Alexandrum. Postea Try-  
phon regno Demetrium expulit.  
Antiochus Sedetes à Parthis in-  
terfectus est. Hi fratres relique-  
runt liberos. Demetrio fuit filius  
Antiochus Gryphus: Sedeti filius  
fuit Antiochus Cizycenus. Hi di-  
micanter de regno ambo interfe-  
cti sunt. Postea Syriam inuasit vi-

lumque  
cinus rex Tigranes, cui eam Pompeius eripuit. Hoc modo domesti-  
cis seditionibus & parricidiis pœ-  
nas dederunt impiorum regum  
posteri, donec tandem familia tota  
extincta & regium nomen sublatum & Syria à Rom: occupata est.  
Strig.

Antiochus] Epiphaneus dictus;  
Magni filius eius sororis Cleopatra  
hic Ptolemæus fili⁹ erat. Bong.

Ptolemæo] Antiochus Epiphaneus  
Ptolemæo Epiphani interficit bellum  
seu vt Joseph. vult, Philometori.  
Nimis sagina.] Adde 21. 2. 1. &  
38. 8. 14.

8. Ptolemæum Alexandriam] Alexandriam tum obsidebat An-  
tiochus. Cicero in VIII Antoniana.  
CAP. III. 1. Legatus Popilius] De hoc vide Liuium, 45. 12. Plu-  
tarachum in Apoph. C. 32. Vale-  
rium Max. 6. 4. 3. à quibus C. Po-  
pilius dicitur. Paterculo, 1. 10. 1.  
est Marcus, & Hieronymo in 11.  
Daniel. Hic vulgo est P. Popilius.  
B. Adde Plinium, 34. 6. vbi tamen  
errore manifesto Ca. Octavius pro  
Popilio ponitur: itemque Cice-  
ronem philippic. 8. 8. & Appi-  
num Syriac. pag. 131. m. Bern.

2. Oculumque] Quod officij  
causa sibi inuicem offerebant.

lumque ei rex obtulisset ( nam coluerat inter ceteros  
 Popilium Antiochus, cum Romæ obses esset;) tunc po-  
 pilius faceſſere interim priuatam amicitiam jubet, cum  
 3 mandata patrie intercedant; prolatoque ſenatus de-  
 creto, & traditio, cum cunctari eum videret, consultatio-  
 nemque ad amicos referre; ibi l'opilius virga quam  
 in manu gerebat, amplio circulo inclusum, ut & amicos  
 caperet, conſulere jubet; nec prius inde exire, quam re-  
 4 pponſum ſenatus daret, aut pacem, aut bellum cum Ro-  
 manis habiturum. Ad coquæ hæc austeritas animum re-  
 gis fregit, ut patiturum ſe ſenati responderet. Reuer-  
 ſus in regnum Antiochus, decedit relicto paruulo ad-  
 6 modum filio: cui cum tatores dati à populo eſſent,  
 patruus eius Demetrius, qui obſes Romæ erat, cognita  
 morte Antiochi fratri, ſenatum adiit, obſidemque ſe  
 viuo fratre veniſſe, quo mortuo, cuius obſes fit; ſe  
 ignorare.

*Faceſſere prius amicitia. Ita Timo-*  
*theus aduersus Iasoem, patria*  
*sancitora jura, quam hospitium, effe*  
*dixit. Probus, Timoth. extremo.*  
*Quomodo Demosthenes dixit, ſe*  
*aneponere ſalem ciuitatis hospiti-*  
*ali menſe, quod ei tamen male-*  
*dicti loco objicit. Aeschines in*  
*orat. de falf. legat.*

*3. Ut & amicos caperet] Est qui*  
*languere hæc verba, & ita reſcri-*  
*bunda cenſet, ut amicos caperet,*  
*qui quid ſibi velit emendatio,*  
*non video. Iuſtini mens, eam fuſſe,*  
*circulo capacitatem, ut intra*  
*eum ſtare poſſent etiam amici*  
*Antiocho adiucandi, & in conſi-*  
*lum adhibendi. Vox amici ſumit-*  
*ur hic eo significatu, ut, 9.8.16.*  
*12.12.8. & paſtim apud auſtores:*  
*clarifime vero apud Sueton. Tib.*  
*95.1. Super veteres amicos ac fa-*  
*miliares, virginis ſibi è numero*  
*principum ciuitatis de popoſcerat,*  
*uelue conſilarios in negotiis publi-*  
*cis aern.*

*5. Antiochus decedit] Appianus*  
*Syriaca, pag. 131. Spoliato in Ely-*  
*man templo Veneris, Tabe perit;*

*relicto nouensi filio Antiocho Eu-*  
*parore. Hieronymus in Daniel. ex*  
*Polybiō & Diodoro bibliotheca-*  
*rum ſcriptoribus refert, eum, cum*  
*templum Diana in Elymaide spo-*  
*liare conaretur, oppreſſum à cu-*  
*ſtodiibus templi, & viciis genti-*  
*tibus, qāibūdām phantasias in*  
*amentiam veriū, moſbo inte-*  
*riffe, in Tabes oppido Persidis. B.*

*6. Patrius ejus Demetrius] Ap-*  
*pianus Syriaca pag. 117. c. Demet-*  
*rium hunc dicit Seleuci filium,*  
*Antiochi Epiphanis fracrem, ne-*  
*potem Antiochi Magni, conſobri-*  
*nūm huius pueri. Non ergo pa-*  
*trium, ſed patruelis. erant enim*  
*ambo duorum fratrum filii. Lege*  
*Appianum, & Epitomen Lluij, 46.*  
*Bong.*

*Obſidemque ſe] Legendum vi-*  
*deri poſſit, obſidem inquietuſe, ut*  
*cohaereat oratio. Sed auſtori non*  
*iaſolens eſt hæc ellipsis. Exempli*  
*cauſa, 5.7.12.*

*Obſidemque ſe viuo fraere ve-*  
*niffe] Qui obſes datus eſt tantum,*  
*ut alterum captiuum aut obſi-*  
*de redimat, eo mortuo liberatur.*

ignorare. Dimitti igitur se ad regnum petendum equum 7  
esse, quod, sicuti iure gentium miseri fratri cesserit, ita  
nunc sibi, qui pupillum etate antecedat, deberi. Cum se 8  
non dimitti animaduerteret à senatu, tacito iudicio, tu-  
tius apud pupillum, quam apud eum, regnum futurum  
arbitrante; specie venandi ab irbe profectus, Hostiae  
tacitus, cum fugae comitibus nauem concendit. Dela- 9  
tus in Syriam, secundo fauore omnium excipitur: re-  
gnumque ei, occiso pupillo à tutoribus traditur.

CAP. IV. Eodem fere tempore Prusias, rex Bithy- 1.  
nia, consilium cepit interficiendi Nicomedis filij, dum  
consulere studet minoribus filiis, quos ex nouerca eius  
suscepserat, & Romæ habebat. Sed res adolescenti ab 2.  
hiis, qui facinus suscepserant, proditur: hortatique sunt,  
ut crudelitate patris provocatus, occupet insidias, & in  
auctorem retorqueat scelos: nec difficilis persuasio fuit. 3.  
Igitur cum accitus in patris regnum venisset, statim rex  
appellatur. Prusias regno spoliatus à filio, priuatusque 4.  
redditus, etiam à servis deseritur. Cum in latebris age-  
ret, non minori scelere, quam filium occidi iussicerat, à 5.  
filio interficitur.

LIB.

Nam in illo, dum moritur, jus  
pignoris extinctum est; vt in Cap-  
tivo redempto dixit Vipianus, L. 5.  
Si patre. D. de capr. quare, sicut  
in Vipiani quæstione pretium non  
debetur, quod in personæ locum  
successit, ita nec hic persona ma-  
nabit obligata, qua personæ vica-  
ria facta est. Sic itaque Demetrius  
à senatu Romano non inique po-  
stulabat dimitti, ut: Αὐτὸν γὰρ μόνον  
ἀποδέξαι, Αὐτὸν χρεῖ διπλωμάτην  
τοις Γρα.

*Obsides*] Obsides dicuntur, qui  
tradantur imperio alicuius ea con-  
ditione, vt, si dator obsidis à fide  
recedat, recipienti sit potestas in  
corpus & vitam eorum, qui dati  
fuerint obsides. Etiam jure Roma-

no-cautum, vt bona eoru ad fisi-  
cum deuolucentur. Quin & cap-  
tiuorum veluti loco habebantur.  
Vnde ignominiam putarunt Ro-  
mani obsides dare.

7. *Pupillum etate*] Vide Gro-  
tiam de jure belli & pacis, lib. 2.  
cap. 7.

8. *Hostia*] Hostiam Tyberinam  
intelligit.

CAP. IV. 1. *Prusias*] Strabo  
lib. 13. scribit intersectum ab At-  
talo: alij à filio, adjuvante Atta-  
lo. Epitoma Liuiiana, 50. Appian.  
Bong. Vide notam 17.1.4. Liuium,  
39.9.4.

5. *In latebris*] Religione fan-  
touis se tutarem confederine  
quidam immisit à filio, inquiz-  
Appianus, Mithrid. pag. 175. Bern.

CAP.

## B R E V I A R I V M C A P I T U M .

1. Demetrius bella quarens, ab hostibus opprimitur, & in acie cadit.  
 2. Qui Demetrium euerterat, eiusdem filio dat pœnas  
     prælio vicitus & interficetus.

C A P . I.

1. **D**emetrius, occupato Syriæ regno, nouitati  
     sue otiū periculosum ratus, ampliate fines,  
 2. & opes augere, finitimoū bellis statuit Ita-  
     que Ariarathii, regi Cappadociæ, propter fa-  
     stidas sororis nuptias infestus, fratrem eius Orofernē,  
     per iniuria regno pulsū, supplicē recepit, datumque sibi  
     honestum belli titulum gratulatus, restituere eum in re-  
 3. gnum statuit. Sed Orofernes ingrato animo, inita cum  
     Antiochēsibus pactione, offensis tunc Demetrio, pelle-  
     re ipsum regno, à quo restituebatur, consilium cepit.  
 4. Quo cognito, Demetrius vita quidem eius, ne Ariara-  
     thes metu fraterni belli liberaretur, pepertit: ipsum  
 5. autem comprehendens, vinclum Seleuciaæ custodiri iu-  
     bet. Nec Antiochenses indicio terribi, à defectione de-  
     stiterunt.

C A P . I . 1. Nouitati sua otium] Supr. 20. 1. 1. graue otium regno suo. Catullus carm. 52. Crim re- ges, priu & beatas Perdi die urbes. Vulgo odium hic legitur pro otium: quod & que sequuntur, & que su- periore libro dixit, impugnant. Eong.

2. Fastidias sor. nupt.] Exempla bellorum, ob petitam repulsam inter reges exortorum, extant in Herodoto, 3. 31. Diodoro, 14. 107. Dio- nylio Halic. 45. 52. Nostro, 2. 5. 9.

Addendum Appuleius sub initium lib. 8. metamorph. Bong.

Orofernem ] Ita vett. Appianus Syriac. pag. 118. & Diodorus in excerptis libri 31. Holopernē. Bong.

Fratrem eius Orofernem, per iniuriam] O'egdītne quoque voca- tur in excerptis Porphyrogenette & Diodoro. Quamvis alij aliter vocent. Voss.

4. Seleucia & Syriæ hoc Antiochense oppidū, ab Antioco Seleuci filio conditum, de quo Plin. lib. 5. c. 21.

6. L. #

literunt. Itaque adiumentibus & Ptolemæo rege Ægypti, & Attalo rege Asiae, & Ariarathæ Cappadociæ, bello à Demetrio lacesiti, subornant propalam quendam, fortis extremæ iuuenem, qui Syriæ regnum velut patrum armis repeteret: & ne quid contumeliam deesset, nomen ei *Alexandri* inditur, genitusque ab Antiocho rege dicitur. Tantum odium Demetrij apud omnes erat,

6. *Laceſiti*] Impr. *laceſitū*; teſtius, vt opinor.

*Subornant*] De hoc Alexandro, incertæ stirpis & ignoto homine, Liuij Epitoma, 52, & Appianus Syriac, pag. 131. d. B. Eiusdem Demetrij filio, item Demetrio dicto, itidem submissus fuit Pseudo-Alexander altius, de quo Noster infra, 39.1.5. Bern. Liptius in monitis & exemplis posit. 2.5. Val. Max. 9.16. fin.

*Subornant propalam quendam*] Celeberrimus vir Fr. Gronouius optime coniecit scriendum hic esse, *subornant Balam quendam*, Iosopho enim. *A'kižard p̄sō ò Bālōc* dicitur lib. XIII. cap. VIII. vti habent libri meliores. Voss.

*Propalam quendam*] Ampliss. Lingelshemius ostendit mihi locum in doctoris sui Ob. Gifanij plenis bonis studiis obseruationibus in linguam Lat. vbi propalam ait *Lacne dici eam qui propalam*, velut ante palum & de palo pendentes merces haber & vendit: eamque vocem ubique fere per errorem esse mutaram in propola, qua vox tamen Græca est, & proxenetam seu venditionis conciliatorem significat, teste Pollicce. 7.2. Conſimilia Turcibus aduersar. 1.1. Ostendit etiam epistolam à Bongarsio ante plures annos ad se scriptam, & huic expositioni subſcribentem, cum antea putarit, fustio propalam hic aduerbialiter accipi. Scaliger tamen in Culicen Virgilij pag. 42. statuit, propala non etymologizare, sed prauz libratorum con-

fuerūdiniſt esse scripturam, pro propola: hoc autem non esse ortum à mere Græco πρόπολις, qui est proxeneta & pararius Seneca; sed esse ex Græco πρόπολις & Latina prepositione conflatum, duplii arguimento: tum quia producit primâ syllabam, cum alioqui, si Græca esset, corriperetur: tum etiam quia diuersam à πρόπολις significacionem habet. Dicitus enim quod primus vendat merces, quas in portu primus anticipat, &c. vt Persius ait, primus collit piper à sitiente camelo, vt prior vendat. Quod manifeste ianuit Lucilius, citatus à Nonio, voce *Primitus*:

*Sicuti cura primus sicos propola recenset.*

*Proculis, & pretio ingenti dat primu' paucos.*

Quanquam etiam in his Lucillia, nisi propala nonnulli libri habent: item in Varzone de re rust. 3. 14. Quin in illis quoque Ciceronis in Pitonem cap. 27. panu & vinum à propala, arque de cupa. mss. Palatinorum & editionum vers. hanc esse scripturam, testatur Gruterus. Pro hoc item propula in opt. Glosario scriptum inuenire se, Scaliger assentit. Et similem huic in Nostro locum vide, 39.1.5. Bern.

8. *Tantum odium &c.*] Sæpe accidere, vt homines quemlibet fibi malist imperare, etiam indignissimum, quam eum à quo lèsi sunt; documento Vitellius est, nullu' ſpendiſ, nulla militari fama, Galba odio promotus. Tacitus Histor. 2. 76. Sic Opilium Macci.

erat, ut æmulo eius non vires regiae tantum, verum etiam generis nobilitas consensu omnium tribueretur.  
 9. Igitur Alexander admirabili rerum varietate pristinorum sordium oblitus, totius ferme Orientis viribus succinctus, bellum Demetrio infert, victumque vita pa-  
 10 riter ac regno spoliat. Quanquam nec Demetrio ani-  
 mus in propulsando bello defuit. Nam & primo præ-  
 lio hostem fugauit, & regibus bellum restituentibus  
 11 multa millia in acie cecidit. Ad postremum tamen in-  
 uicto animo inter confertissimos fortissime dimicans,  
 cecidit.

12 CAP. I L. Initio belli Demetrius duos filios apud Gnidium hospitem suum, cum magno auri pondere commendauerat, ut belli periculis eximerentur, & si ita fors tulisset, paternæ ultioni seruarentur. Ex his maior Demetrius, annos puberratis egressus, audita Alexandri, luxuria, quem insperatae opes, & alienæ felicitatis orna-  
 13 menta, velut captum, inter scortorum greges desiderem in regia tenebant, auxiliantibus Cretensibus, se-  
 curum ac nihil hostile metuentem aggreditur. Antio-  
 chenses quoque, veterem patris offendam nouis meri-  
 tis correcturi, se ei tradunt: sed & milites paterni, fa-  
 nore juuenis accensi, prioris sacramenti religionem  
 noui regis superbiæ præferentes, signa ad Demetrium  
 4 transferunt: atque ita Alexander non minori impetu  
 fortunæ destrunctus, quam elatus, primo prælio vixus  
 interfici

nun Senatus, odio Antonini Bas-  
 fani libenter imperatorem accep-  
 pit, cum in Senatu omnibus una  
 vox esset: quemuis magis quam  
 parricidam, quemuis magis quam  
 incestum &c. Capitolinus in eius  
 vita cap. 2.

9. Pristinarum sordium oblitus]  
 iuxta Claudiiani illud in Eutrop. 1.  
 181.

Aperius nihil est humili cum  
 surgit in altum.  
 Vide & Curt. 9.2.8, Thucy. 3.6.25.

Demerrio] Demetrius Soter via-  
 citur & interficitur.

CAP. II. 1. Commendauerat] Ita  
 est in veteribus. Commendare est  
 deponere, L. & si quis. 14. D. de re-  
 ligiosis. L. 186. de verb. signif. Cice-  
 ro de legib. 2.9. Lar familiaris in  
 Querolo: mihi resaurum commen-  
 dauit, id est, concredidit thesa-  
 rum auri, ut id seruarem sibi: ve  
 est in Plauti Aulularia, Prolog. v.  
 6. Bong.

interficitur; deditque pœnas, & Demetrio, quem occiderat, & Antiocho, cuius mentitus originem fuerat.

## LIBER XXXVI.

## BREVIARIUM CAPITVM.

1. *Demetrius junior bella importunè mouet & inselicit persequitur. Turba in Syria, ubi Tryphon ab Antiocho Demetrij fratre, opprimitur. Antiochus Iudaos subigit.*
2. *De Iudaorum origine, incrementis & gestis, Iustini falsa sententia.*
3. *Iudaorum opes. Mare mortuum. A quibus Iudei dominati sint.*
4. *Attali Asia regis delicta, mors, testamentum: Asia Romanorum sit propria: diuinitas autem & virtus sua Romanum transmittit.*

## CAP. I.

**R**eciperato paterno regno Demetrius, & ipse rerum successu corruptus, vitiis adolescentiae in segnitiam labitur; tantumque contemptum apud omnes inertiae, quantum odium rex superbia patet habuerat, contraxit. Itaque cum ab imperio eius passim ciuitates deficerent, ad abolendam segnitiam maculam, bellum Parthis infere statuit: cuius aduentum non inuiti Orientis populi videre; & propter Arsaciæ, regis Parthorum, crudelitatem, & quod veteri

Macedonum

CAP. I. 1. *Demetrius*] Nicander dictus, vide Appianum. Liuij, 52. epitoma hæc paulo aliter. *Demetrius*, inquit, ob crudelitatem, quam per tormenta in suis exercetebat, à Diodoro quodam, uno ex subjectis, qui Alexandri filio, timulo admodum, regnum afferbat, bello superatus, Selenciam fugie. Bong.

3. *Arsacidae*] Arsacidae pro Arsatæ. Arsaces dicebantur omnes Parthorum reges, infra, 41. 5. 6. Sed & supr. 2. 6. 9. *Amphibitanus*, in ipsis est *Amphibyanides*: *Prusades*, est *Prusias*, apud Varromem, cuius locum supra notauiimus: & *Callias*, sub quo Athenas Xerxes incendit, Diodoro dicitur *Callades*; & quod mirius est, aucto- noster,

Macedonum imperio affucti, noui populi superbia in-  
 4 digne ferebant. Itaque cum & Persarum, & Elymæorum  
 Bactrianorumque auxiliis juaretur, multis præliis Par-  
 5 thos fudit. Ad postremum tamen pacis simulatione de-  
 ceptus, capitulatur; traductusque per ora ciuitatum, popu-  
 6 lis qui desiderabant, in ludibriū fauoris ostenditur. Mis-  
 sus deinde in Hyrcaniam, benigne & juxta cultum pris-  
 7 stinæ fortunæ habetur. Dum hæc aguntur, interim in  
 Syria Trypho, qui se tutorē Antiocho, Demetrij priui-  
 gno, substitui à populo laborauerat, occiso pupillo, re-  
 8 gnum Syriæ inuadit. Quo diu potitus, tandem exole-  
 cente fauore recētis imperii, ab Antiocho puero admo-  
 dum, Demetrij fratre, qui in Asia educabatur, bello vin-  
 citur: rursusque regnum Syriæ ad subolem Demetrij  
 9 reuertitur. Igitur Antiochus, memor quod & pater pro-  
 pter superbiam inuisus, & frater propter segnitia con-  
 temptus fuisset, ne in eadem vitia incideret, recepta in  
 matrimonium Cleopatra, vxore fratris, ciuitates que-  
 initio fraterni imperij defecerāt, summa industria per-  
 10 sequitur, domitasque rursus regni terminis adjicit. Iu-  
 dæosque, qui in Macedonio imperio sub Demetrio pa-  
 tre armisse in libertatem vindicauerant, subigit. Quo-  
 rum vires tantæ fuere, ut post hunc nullum Macedonum  
 regem tulerint, domesticisque imperiis usi, Syriam ma-  
 gnis bellis infestauerint.

C A P

noster, supr. 2. 12. 11. pro Thesspias,  
 posuit Thesspiadas. ita enim veteres  
 libri manuscripti omnes. Bong.

4. Elymæorum ] Regio est Ely-  
 mæa, prope finum Persicum, Orati  
 flumine à Persia discreta. Plinius  
 lib. 6. c. 25.

Bactrianorum. ] Ultra Affryam  
 Scythia prouincia.

6. Hyrcaniam ] Scythia prouin-  
 cia.

Iuxta culeum] Ita supr. 11. 9. 15.  
 & infra, 38. 9. 3.

7. Trypho] Dicitus Diodoru. Stra-

bo lib. 14. & 16. Appianus Syriacæ  
 pag. 132. & Liuius Epit. 55. Bong.

Antiocho priuigno] Alexandriæ  
 Alexandri nothi filium vocant  
 Appianus, Liuius, 52. & 55. quos  
 lege. Bong.

8. Diu potius ] Trienniam ha-  
 bet Iosephus, 13. 12. s. Bern.

9. Antiochus] Antiochus Sedetes  
 Syriæ rex.

10. Iudeosque ] Tacitus histor.  
 5. Vide historiam Macchabæorum.

Statim, malim legere, à Macedoni-  
 co. B. Adde infra, 38. 3. 9. Bern.

Cap. II.

CAP. II. Namque Iudeis origo Damascena, Syria nobilissima ciuitas: unde & Allyriis regibus genus, ex regina Semirami, fuit. Nomen vibi à Damasco rege inditum: in cuius honorem, Syrij sepulcrum Arathis

vxoris

CAP. II. 1. *Iudæus*] Strabo: fama asserit, Aegyptios fuisse eorum progenitores, qui nunc Iudei appellantur. Nam Moyses unus ex Aegyptiis sacerdotibus, cum partem quandam regni haberet, ac moleste ferret eorum instituta, hinc eo commigravit. Discessere cum eo multi, quibus diuina curse erant. Docebat enim ille, quomodo Aegyptiis non recte sentirent, qui ferarum ac pecorum imagines Deo tribuerent; nec Græci, qui Deos hominum figuris insinuarent: & quod id foliam Deus esset, quod nos contineret, terram ac mare, quod calum & mundum & rerum omnium naturas appellamus, cuius profecto imaginem nemo sanx mentis nostræ similem audeat effingere. Oportere itaque relicta omni simulacrorum effigie, & digno ei fano a templo constituto sine forma colere, ac semper bonum aliquod & donum & signum à Deo expectare, eos præsertim, qui castæ integreque & cum iustitia viuerent: ceteros vero, nequaquam. Ille hæc dicens hominibus bonis non sane paucis id persuasit, & in eum locum deduxit, ubi nunc condita sunt Ierosolyma. *Strig.*

*Iudeus*] Vera cum falsis intermixta habet C. Tacitus lib. 5. hist. c. 2. 2.

2. *Damascus*] Hunc Damascum fictitium esse liquet. Vrbs à Semon nomen accepit, unde Syria & Vrbs metropolis dicitur, & hinc mutatis literis Dam & Damascos, quasi habitacionem Semi diccas.

*Nomen vibi à Damasco rege iudicium*] Nemo potest ignorare, quantopere semper in viu fuerit

apud librarios, nomina eorum, & quibus urbes, & regiones, denominatae & conditæ traderentur, corrumpere, & insectare ad ipsiusmet loci-appellationem. Idem quoque hic factum esse, non iniuria quis dubitare possit. Is enim, qui hic nomina vrbis dedisse, qui que Athares vxoris cultum instituisse dicitur, ab aliis, non Damascum, sed Damas, vocatur. Etymologicum magnum: Δαμασκός πόλις Συρίας, αφετητή Αντικύθεων ράτιο ὡπὶ Δαμασκοῦ τίτλων μὲν Διανύσκε, οὐδεὶς σκηνεῖ τηλέμονθ, οὐδέποτε τὸ ονοματεῖ Συρίας Θεός ξύστεον. Η δὲ Δαμασκεών, Δαμασκός. Scio quidem, alios mentionem facere Damasci cujusdam, qui à Baccho excoriatus esse traditur, unde. Διμυστός, & postea καὶ φορθεόντας, Damascus dicta sit. Sed eum quidquam cum Athare, aut Atargati, communae habuisse, nemo dixit. De appellatione autem hujus vrbis tantum à sebe abeunt vereres, quantum à veritate. Vide Damascum apud Photium, Philionem Iudeum, Stephanum. Verum hæc alibi. *Voss.*

*Arathis*] Hermolaus in plin. §. 23. dubitat, an hoc loco, permutationis literis legendum sit Atharan, quæ est Syriorum dea, etiam Atargatis dicta, Strabo fine libri 16. cuius meminit & Macrobius, 1. Saturnal. B. Discutit hæc exactissime, more suo, Salmasius ad Solinum. pag. 574. *Bern.*

*Sepulcrum Arathis uxoris eius pro templo costruere.]* Vix equidem possum

vxoris eius pro templo coluere; deamque exinde sana  
 3 etissimæ religionis habent. Post Damascū Azelus, mox  
 4 A lores, & Abraham, & Israhel reges fuere. Sed Israhel  
 5 felix decē filiorum prouentus majoribus suis cla-  
 riorem fecit. Itaque populum in decem regna diuisum  
 6 filiis tradidit; omnesque ex nomine Iude, qui post diui-  
 sionem decesserat, Iudeos appellavit: colique eius me-  
 moria ab omnibus iussit: Eius pottio omnibus acceſſe-  
 7 rat. Minimus utrūque inter fratres Ioseph fuit: cuius ex-  
 cellens ingenium veriti fratres, clam interceptum pere-  
 8 gtiū mercatoribus vendiderunt. A quibus deportatus  
 9 in Aegyptū, cum magicas ibi artes solerti ingenio per-  
 cepisset, brevi ipſi regi percarus fuit. Nam & prodigio-  
 rum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligē-  
 tiam cōdidiit; nihilque diuini iuris humanique ei inco-  
 gnitum videbatur: adeo, ut etiam sterilitatem agrorum  
 ante

possum amplecti hanc lectionem,  
 presertim cum mss. praeferant, vxori  
 eius exemplo. Puto itaque scri-  
 bendum; Syri sepulcrum Athares  
 uxoris, eius exemplo, coluere. Ait, Sy-  
 ros, estimatione Damasci, Athares  
 conjugis sepulcrum, (quam ipse  
 dum viueret impensisime amaraz,  
 mortuam plus quam debita pietate  
 prosecutus erat) coluisse, regis  
 sui, quamlibet superstes esset vxori,  
 exemplum secutus. Voss.

4. Decem filior. ] Ad veritatem  
 historiæ sacræ reſcribendum fue-  
 rit duodecim: Simile in Notis Lip-  
 sij ad Val. Max. 1.1. 1. Quanquam  
 nihil mirum, auctore hic impin-  
 gere, cum multo grauiorum erro-  
 rum in hac tota sit historia manife-  
 stus. Et sane res Iudaicas valde Ro-  
 manis incognitas fuisse, facile in-  
 telliger, qui cum Mosis libris, pre-  
 ter hunc auctoris, etiam Taciti li-  
 brum 5. hist. Strabonis, 16. & Dio-  
 nis, 37. contulerit. Sed & Græcorum  
 commentis multa à fide historiæ  
 abhorrentia de Iudeis prodi-  
 ta fuisse, Iosephus lib. 1. aduersus

Appionem] auctor est, & fidem  
 facit ecloga ex Diodori libro xl.  
 Bern.

5. Eius portio ] Forte, cuius por-  
 tio, aut, nam eius port. Videtur enim  
 in his verbis consistere ratio, prop-  
 ter quam coli ipsum voluerit Is-  
 rahel. aliter, quomodo hæc expli-  
 cari possint, non video. Fr.

6. Ioseph ] De toto hoc loco vi-  
 dendus Orosius, 1.8. Bern.

Excellens ingenium] Ideo Ioseph  
 inuisum fuisse fratribus in Genesi  
 scriptum est, quod plus omnibus  
 fratribus diligenter à patre Ic-  
 raele.

9. Sterilitatem ] Magnus igitur  
 Aegypti Seraph & Aedilis fuit.  
 Atque hinc colligunt Rufinus, Iu-  
 lius Firmicus, Pierius, Baronius,  
 Iosephum sub nomine Serapidis  
 ac Osiridis ab Aegyptiis cultum  
 fuisse. Idque patet, tum ex nomine  
 Serapis, quod Bouen notat; tum  
 ex nomine Arsaph, quo, teste  
 Plutarcho, Osiris vocabatur, leui  
 commutatione ex Ioseph facta:  
 tum, ex Hieroglyphicis, quibus  
 Osridens

ante multos annos prouiderit: perissetque omnis Aegyptus fame; nisi monitu eius rex edicto seruari per multos annos fruges iussisset: tantaque experimenta eius fuerunt, ut non ab homine, sed a Deo responsa dari viderentur. Filius eius Moses tuit, quem praeter paternam scientiam hereditatem, etiam formae pulcritudo commendabat. Sed Aegyptij, quum scabiem & vitiliginem

12 paterentur,

Ostridens designabant, pura figura bouis seu vituli, notis Lunæ, & Solis insignitatim juuenis imberbis cum modio & calathio in capite. Quæ in Iosephum, ejusque boues & spicas, & ætatem & Astrologiam peritiam, ad amissum quadrant. Subscribunt Clemens Alexandrinus, Augustinus, A Lapi, & Boarfrerus.

11. Praeter paternam scientiam] Vetus hæc Aegyptiorum & Græcorum caluminia. Qui Mosen inter præcipuos Magos collocant. Plin. xxx. Iustin. xxxvi. Appul. Apol. Strabo. xvi. Plinius verba sunt: *Est & alia Magice: factio in Mose: enanum & Iochebel Iudeis pendens. Fuit autem Iochebel ipsius Mosis mater. Locus corruptus. Lege Iochebed ex Sacris. Appuleius Mosen & Iannem, tanquam celeberrimos Magos, conjungit.*

*Paterna scientia]* Scilicet artis Magice. Quomodo Plinius, 30. t. *Est & alia Magice: factio, Mose: & lamne, & Iodapltudais pendens &c. Mosen inter Magos numerat & Appuleius in Apol. Sed Strabo lib. 16. pag. 5. 24. Mosen non tam fulsse magum dicit, quam oraculis deditum, quales Minos, Tyurgus, allique legum latores, item Amphiaraus, & Orpheus, & Musæus fulsse leguntur. Indicio eruditissimi juxta & optimi Viri, D. Nic Vedeli, cum anno superiore, in transitu perhumaniter ad me viseret, & Suida d'idi, Alexanderum Milesium, cognomine polyhistora, qui Syllæ temporibus vi-*

xit, praeter alia scripsisse de Roma libros quinque, in quibus ait: *Hebreum fuisse mulierem, Moson nomine, a qua prescripta sit lex Hebraorum, depravatio & sexu & nomine nostri legislatoris, ita scilicet in tenebris illis aliquas tamen veri scripturas oī ἔχει viderunt. Bern.*

12. Scabiem] Miras fabulas Aegyptij de hoc exitu Israëlitarum commenti sunt, vt ex Manethone, Appione, & aliis ostendit Iosephus, ac doctissime omnia refutat duobus contra Appionem libris. Illa autem pastorum, quos Hyscas vocant, ex Aegypto in vñeniam migratio, non est alia ab exitu Israëlitarum, quamvis tempore apud Eusebium, qui Aegyptiorum traditiones secutus est, discrepant. Nam Israëlitæ, vt pastores, in Aegyptum venerunt. Tum Amosis, Diopolitarum Satrapa, Mosen refert. *Hora. Iosephus: ἵζεσθαι, καλύπτειν καὶ μεταρρίπτειν, ὅτι Χριστιανοὶ χριστῷ αὐτοῖς, ἡσή Aiyvñlis, Mosen: לְמַחר בָּעֵן הַיּוֹם סִזְׁנָה.* Urgebant Aegyptij populum remoueri scilicet ex tanta suorum strage perculti. Et hinc calumniae ac fabulæ Gentilium fluxere, ob scabiem & pruriginem pulsos, Tac. v. Hist. Iosephus contra Apionem.

*Vitiliginem]* Ita ex ms. legendum, & Orosio, 1. 8. & 16. Vitiligo Arnobio est lepra, vt me docuit doctorum princeps Iac. Cuiacius: *Ille nota ab�canum vitilignum,*

paterentur, responso moniti, eum cum ægris, ne pessis  
 ad plures serperet, terminis Ægypti pellunt. Dux igitur  
 exulum factus, sacra Ægyptiorum furto abstulit: quæ  
 repetentes armis Ægyptij, domum redire tempestatibus  
 compulsi sunt. Itaque Moses Damascena antiqua patria

num, manu admota dederit. Et  
 Seneca natural. quest. 3. 25. vitilin-  
 gem vocat *fadam ex albo va-*  
*rietatem.* Græcis λινὴ. Exodi 4. 6.  
 & Numer. 12. 20. lepra dicitur  
*candens quasi nix.* illuc reuertor;  
 Vitilinem hanc Tacitus histor.  
 5. 3 tabem vocat, *qua corpora fa-*  
*daret.* De Mose aliter Strabo lib.  
 16. Bong.

13. Sacra Ægyptiorum furto] Joseph. Δέεσι τε τούτης Ελέγχεις  
 ἀπίστων, οἱ πάντες τε τάχιοι  
 ἐξαδεῖν, οἱ δὲ οὐδὲ γινομένων  
 οὐδὲ αὐτοὶ συνίδαιον.  
 Moses: **מִזְרָחַ מִצְרָיִם**,  
 & spoliarunt Ægyptios. Spolium  
 iusti Dei admisum, justum & sa-  
 crum est. Deus enim iubens tibi  
 aliquem spoliare, hoc ipso tibi  
 jus & dominium in ejus bona lar-  
 gitur. Augustinus. Thomas. Abu-  
 lens. Deinde merces erat, quam de-  
 bebant. Ægypti enim populi  
 erant debitores, non solum rerum,  
 sed & vita sua, propter Patriar-  
 cham Josephi præcedentem beni-  
 gitatem. Irenæus. Reprofunt Æ-  
 gypci de Hebrais vase aurea &  
 argentea. Contra Hebrei allegans  
 sibi mercedes, restituiri oportere il-  
 lium operaria seruitur, Tertul. 11.  
 adu. Marcionem. Qui tanquam  
 ex antiqua traditione, refert, Ae-  
 gypci missis ad Moysen in deser-  
 tum legatis, bona sua repetiisse:  
 Hebreos contra mercedem. Sub-  
 ducta ratione, mercedem debitam  
 longe maiorem fuisse reportam.

Tempestatibus] Fabulosum hoc  
 Orosius lib. 1. cap. 12. Erant etiam  
 nunc certissima horum monumen-  
 ta gestorum. Nam tractus curruum  
 & que rocarum orbica, non solum

in litore, sed etiam in profundo  
 quoque visu admittitur, per-  
 uidentur. Drusius. Iosephus:  
 ἐπειδὴ τὸ δέ εἶπεν κατελεύσονται  
 οἱ Βερτατικανοὶ τοῦ Καυλο-  
 μήνος ἀπογενόντες, οἱ ναπαύονται, &c.  
 periret ipse pharao sed ultimus, ut  
 spectato prius suorum interitu,  
 grauius cruciaretur. Rabbini.  
 Abulens. Ab hac mirabili cla-  
 de-mare Erythrum Arabibus  
 dicitur ab oppido quod est Latitud.  
 grad. xxviii, minut. xxx.  
 in litore Ægypti opposito Ela-  
 nœ, seu promontorio pharan.  
 Locus inde dictus, quod prope  
 submersus credatur pharao,  
 pharao enim est deglutire, ab-  
 sorbere. Vnde Turcis mare ru-  
 brum dicitur Pharaonis mare:  
 Hodie pro Colzuma est Sues.  
 Golius. judæi tradunt. tribum Iu-  
 da, ceteris trepidantibus, eiisque  
 ducem aminadab, primum ingre-  
 sum esse mare: ideoque tribum  
 Iuda deinceps primatum cum rego-  
 no obtinuisse. Et huc alludi Cant.  
 vi. 11. Hos. xi. 12. Vbi tamen Hie-  
 ron. hanc traditionem fabulam vo-  
 cat. Ceterum fundus maris rubri  
 herbidus est, oleæ laurique ferax.  
 plin. xiiii. 25. putantque Deum  
 miraculo effecisse, ut idem al-  
 ueus subito germinaret & verna-  
 ret instar amoenissimi campi San-  
 chez. A Lapiide. Transgressi sunt  
 per mediū mare, & in aduersu liti-  
 tus Arabicu cuaderunt. vial. cxxxv.  
 vers. 13. Ioseph Non vero in idem  
 Ægypti litus, semicirculo in mari  
 facto, vt Hebrei, Tostatus, Burgen-  
 sis, Grotius, volunt, eo imprimis ar-  
 guimento, quod impossibile fuerit  
 tantam multitudinem, spatio qua-  
 tor horarum, mare pettransire. Et  
 certum

repetita, montem Synan occupat: quo septem dierum  
jejunio, per deserta Arabiae, cum populo suo fatigatus,  
cum tandem venisset, septimum diem more gentis Sab-

atum

certum est tot millia hominum &  
animalium, tam breui tempore, si-  
ne miraculo, transire non potuisse.  
*A Lapide.* Transitum hunc non  
ignorauere Ethnici. Herodotus, 1.  
Phoenices, ut ipsi commemorant,  
quondam mare rubrum accol-  
erant. Illic transgressi maritima  
Syrie incalunt. Diouyl. Alex.

— Phoenicum nomine dicti  
Genes Erythrae soboles. —

Festus Auenius:

— falso quiequid pulsatur ab aets  
Phoenicum regio est. Hi rubro à  
gurgite quondam  
Mutauerent domos. —

Aegyptiorum fabulas de hoc exi-  
tu, vide apud Ioseph. contra Ap-  
pion. Manethon aliud, aliud Lysi-  
machus tradit. Et hic auctor fabu-  
la de lepra. Quam Tacitus & Iusti-  
nus amplexi sunt. Gentiles hunc  
transgressum miraculosum omni-  
bus modis obscurare conati sunt.  
Ideoque cum reciprocationi ma-  
tis adscriperunt. Memphitæ, apud  
Eus. ix. 27. ipse insuper Iose-  
phus dubitat, an diuisio hæc natu-  
ralis fuerit, an velo miraculosa.  
Nam & Alexandri Magni du-  
ctu, inquit, mare Pamphylium  
cessit, cum Deus ejus opera ad  
destruendum Persarum imperium  
ut decreuisset. Sed hæc frustra  
Opponuntur incomparabili huic  
miraculo. Siquidem fabulosum il-  
lud est quod de Alex. M. dicunt.  
Qui, vt Strabo xv. testatur, maris  
Pamphylii litora, obseruato æstu,  
temerario quidem, sed felici ausu,  
immissis vmbilicore tenus militibus,  
oblique legit & superauit. Idem  
xvi. prodit inter Tyrum & ptole-  
maidem, & apud Casium tales  
aquarem motus accidere, s. pau-  
cis: Mari nouum iter in Pamphy-  
liam aperuerat. Tale nimisum,

quale Strabo prodidit. Adulatores  
fuerunt, quicunque de Alex. M.  
tale quid tradidere. Facile illi fuit  
estum & litora obseruare. Nihil ta-  
le in rubro mari esse potuit. Horn.

14. Moriens Synam ] Culpatur  
alibi quoque Sulpitius quod mon-  
tem Sinam dixerit, cum Sina, ut  
aiunt, non montis nomen sit, sed  
deserti, in quo mons ille fuit, qui  
propterea mons Sina dicatur, id  
est, deserti Sina. Quod Graece ma-  
nifestius esset, τὸ ὄψις τὸ Σίνα, non τὸ Σίνα. Hanc sententiam  
tuenter Hieronymus, ab Oleastro,  
& Carolus Sigonius. Sed ei repug-  
nat primum Iosephus, Orig. 1. 3,  
c. 4. deinde editio Graeca τὸ ὄψις  
in qua Exod. 12. τὸ ὄψις τὸ Σίνα  
legitur, & sic τὸ ὄψις τὸ Σίνα,  
τὸ Σίνα. Postremo apostolus in  
epist. ad Gal. 4. 25. Σίνα ὄψις εἰσι  
τὸ Αἴγυπτος, Sina mons est in  
Arabia. Hinc apparet nomen  
montis esse Sina, non deserti. For-  
te desertum Sina, in quo mons  
ille De Sina monte. Sulpitius dial.  
1. cap. 11, ubi sic Posthumianus ex  
Oriente reuersus, Rubrum mare  
vidi, ingum Sina montis ascendit:  
cuius summum cacumen, calo po-  
ne contiguum, nequaquam adiri  
potest. Drus. Iosephus: Σιναίον  
ὑπερόπτατον τῷ οὐεὶ ὅργη νύ διά-  
τλων ὑδρούλων τῷ μεγάθεος,  
καὶ τὸ κρημνῶν τὸ δοντούσιον  
διαρρέειν, μόνον οὐ διαβα-  
τον, αὐτὸν ἡδὲ ἀρχῆν τοι  
διχαστέον τὸ ὄψις Συνάθυστο.  
Caltra autem nec ad Orientem  
vt Lyra, nec ad Austrum, vt Tosta-  
rus vult; sed in circuitu montis  
posita. Burgensis.

Sabbatinus ] De hac rigida quiete  
Sabbati iudaici, vide Dionem,  
Casium

*batum* appellatū, in omne æcum jejunio sacrauit: quo-  
 viii niam illa dies famem illis erroremque finierat. Et quo-  
 niam metu contagionis pulsos se ab Ægypto memine-  
 rāt, ne eadem causa inuisi apud incolas forent, caue-  
 rāunt, ne cum peregrinis communicarent: quod, ex causa  
 factum, paulatim in disciplinam religionemque cōuer-  
 tit. Post Mosen etiam filius eius Arias, sacerdos sacrīs  
 vii Egyptiis, mox rex creatur; semperque exinde hic mos  
     apud

Cassium, Senecam apud Augusti-  
 num, Iuuenalem, Rutilium &  
 alios. Varia autem de origine Sab-  
 batī commisscuntur Gentiles. Alij  
 in honorem Saturni institutum  
 volunt, vt Diod. Tarsensis refert;  
 Plutarachus 14 οὐμ. in hono-  
 rem Bacchi qui Sabbos dicitus;  
 Appian à Sabbo, quod βελῶς  
 ἦγε Aegyptiis.

Sabbatum &c. *jejunio sacrauit*] Tundem errat errorem Augustus  
 apud Sueton. cap. 76. *Ne iudei* quidem, mi Tibiri, cam diligenter  
 Sabbaris iejunium seruat. Ni-  
 mirum Romani cna scirent, à Iu-  
 deis crebra ieunia usurpari, &  
 Sabbatum ab iisdem præcipua ca-  
 stimonia celebrari; Sabbatis eos  
 iejunare temere sibi persuaserunt:  
 quod falsum, nisi Sabbatum, non  
 pro septimo die hebdomadis, sed  
 pro tota hebdomade accipiamus,  
 quo sensu phariseus, Lucæ 18. 12.  
*rejuno bū in sabbato.* Hæc fere Ca-  
 laub. ad Suet. Bern.

15. *Ne cum peregrini*] Singulas  
 gentes tamquam eluiem atque  
 sentinam Orbis præ suo populo  
 existimabant Indi, eodemque  
 odio peregrinos prosecuti, vt eo-  
 rum disciplinis imbuī piaculare  
 habitum sit nefas, cuncta dñeque  
 humanitatis officia his tribuerint,  
 quos religio eadem coniunxerat;  
 ceteris denegauerint. vnde Iuue-  
 nalis, Sat. xiv. dixit:

*Non monstrare vim eadem nisi  
 saera colentiz;*

*Quæfirum vñ fontem solos de-  
 ducre verpos.*  
 ab iisdem separati epulis, discreti  
 cubilibus tanquam purgamentum  
 alienigenas vitabant.

*Cum peregrini communic.*]Mss.  
 Fuldenses optimi, cum peregrini  
 conuicerent, quod amplectendum  
 puto: Maxime cum ita etiā in suis  
 miss. irreperit Bongarsius. vt sit hic  
 conuovere, coniuactione vitæ mu-  
 tua vti; vnde coniuicium: de quo  
 ita Cicero in Catone c. 13. Bene  
 maiores nostri accubacionem epu-  
 larem amicorum, qua vitæ coniun-  
 ctionem haberet, coniuicium nomi-  
 nerunt. Modius.

*Conuerrit*]Absolute, pro conuic-  
 sum est. Ita Sallust. Catil. cap. 6. re-  
 gium imperium in superbiam do-  
 minationemque conuerret. Hoc in-  
 do Liuius, 2.8.1. *Leges in conera-  
 riū vereunt.* Tacitus 12. 29. diu-  
 turitate in superbiam mutans,  
 hoc est, mutatus Florus, 2.15.6.  
*Quum bellum sedereret:* vbi melio-  
 res editiones sedareret, hoc est, se-  
 daretur: quod rectum est. Sic enim  
 & Propertius, 3. eleg. 18.

*Flamma per incensas citiū se-  
 dayer aristas:*  
 vt in Animis ducet. ad illum poëtam  
 & cod. Paleruit V.C. Janus Gebhar-  
 dus: & Agell. 18. 12. ex Vell. tempe-  
 stas sedauit. Nec aliter Marcellin.  
 lib. 29 fin. tempestas molluit. Adde  
 supr. Notam ad 3.3.5. Bern.

16. *Semperque exinde hic mos*] Aliter veriusque Iosephus antiq.  
 Iudaic. 13. 19. *Vt quidam principes  
 simu*

apud Iudeos fuit; ut eisdem, reges & sacerdotes habent: quorum iustitia religione permixta, incredibile quantum coahuere.

CAP. III. Opes genti ex vestigalibus opobalsami creuere, quod in his tantum regionibus gignitur. Est

similis Pontifices essent tempore Maccabaeorum primo fieri opic, praeferim principatu Aristobuli, qui primus principatum summo Pontificarii coniunxit, & diademata sibi imposuit, annis post captiuitatem Babyloniam 481.

Ve eisdem, reges & fac. &c. Non tantum apud Iudeos mus hic fuit: sed etiam si qui Seruio credimus, apud alias gentes. Quod re sic ille ad istum Virg. verf. Aen. 3. 80.

Rex Anni, rex idem hominum, Phabitque sacerdos.

Maiorum enim huc erat consuetudo, inquit, ut rex esset etiam sacerdos. Vnde hodieque (sic enim locum hunc corrigo ex membranis vulgo corruptam, & inepre interpolatum) Imperatores Pontifices dicimus: Modius. Adde Liniūm, l. 20. r. Diodorūm, 3. 5. Nostrūm, l. 1. 7. 14.

Sacerdotes] Ita & apud Gentiles. Virgilii, ill. Aen.

Rex Anni, Rex idem hominum, Phabitque Sacerdos.

Vbi seruus: Maiorum erat huc consuetudo, ut Rex etiam esset Sacerdos vel Pontifex. Hinc domus in qua Pontifex habitabat, regia dicebatur. Idem ad VIII. Aen.

Iustitia religione permixta] Strabo. Syriacorum Exscript, 234 Sed etiam hysc Bong.

Coahuere] pote scribendum conuovere, hoc est, potestiam acquirere, quo significatu verbum hoc auctori visitatum esse, supr. not. ad 18. 4. r. ostensum est. Bern.

CAP. III. 1. In haec tantum regionibus] Ita sane tunc fuerit. Poterat non dubium, stirpem eam in Aegyptum transisse, arq; illic creuisse. Claudianus in Epithalamio Palladij:

Gemmatis alijs per totum balsamum cellum.

Effudere adū, duro quo sauciis ungue.

Niliacu pinguis desudat vulnere cortex.

Perseuerare etiā illic nostro uno, qui peregrinati sunt, affirmant. Liphius Not. 15. ad Tacit. 5. hiit.

In huc canem regionibus] Antiquitus balsamum in duobus tantum hortis, vitroque regio, altero jugerum viginti non amplius, altero pauciorum, vni terrarum Iudea concessum erat. Sed postea propagata admodum fuit species, cum Iudea ipsa simul cum balsamo Romani portici sunt. Qui reluti politissimarum, pretiolarumque terum propagatores, tam dignam claramque stirpem raram esse non tulerunt. Itaque eam maleolis ferendo arque iterando, non secus ac vites in collibus propagantur, latius accreuerunt. Scripsit balsami historiam etiam Strabo l. xv. 1. sua Geographia, vbi sic habet: Hiericus est campus à montana quadam forma circumdatus, que in theatri speciem ad ipsam declinat. hoc in loco est palmetum palmis abundans spatio stadiorum centum, & totum irriguum, & habitationibus plenū, vbi & regia est & balsami viridarium. que arbor odorata est, & fruticosa; & cytis, & terebintho persimilis. eius corticem vulnerantes, succum in vasis soliciunt tenaci lacti perlungilem. Sed alibi etiam, quam in Iudea, nasci balsamum eodem libro idē teitatur, præter Plinij & Solini sententiam, cum inquit: Et apud Sabros thus, & myrrha, & cianomomum nascitur: in ea ora etiam

namque vallis, quæ continuis montibus, velut mucro quodam, ad instar castrorum clauditur. Spatium loci 3 ducenta iugera, nomine arcus dicitur. In ea silua est, & 4 vberitate & amoenitate insignis: siquidem palmeto & opobalsamo distinguitur. Arbores opobalsami, formâ similem piceis arboribus habent, nisi quod sunt humiles magis, & in vinearum morem excoluntur. Hæ certo an-

balsamum, & quedam alia planta valde odorata. Oriri etiam balsamum in Arabia testis est Pausanias in Boëoticis magnitudine fruticis myrti, foliis amaraci, sub cuius umbra innumeræ apricantur viperæ, & suauissimo eius liquore aluntur. Etiam in Aegypto prouenisse testantur veterum monumenta.

2. *Est namque vallis*] Duobus hortis regii nascetur balsamum in iudæa, altero jugerum viginti, altero pauciorum, ut Plinius testatur. Idem Theophrastus; & jugerum πλιθη appellavit. Strabo quoque φοινικων fuisse, & planitem vndique montibus in theatri faciem clausam. Atque hæc vallis Hiericus. Quæ & palmeto & balsamo nobilis erat. In eo Phœnicone regij fuerunt horti balsami silua celebres. Plinius majorem horum viginti jugerum esse dixit, Theophrastus πλιθη. Sed πλιθη tantum jugeri pars dimidia, ut Herro testatur. Error itaque Plinij, silua enim major, tantum decem jugerum fuit. Hunc φοινικων Ierichuntis vallis, in quo & balsamum fuit, Strabo centum stadia, id est, trecenta jugera, longum esse tradidit. Ducenta autem jugera attribuit Iustinus. Vir doctus malebat scribere viginti jugerum, quod hieri non potest. Vallis enim tota sciebitur, quæ sine dubio plus fuit quam viginti jugerum. Salmas.

*Ducenta jugera nomine arcus dicitur*] Vulgo ducenta millia jugera: immanis & supra fidem numerus. Veteres plerique ducenta ju-

ni  
ra nomine arcus dicitur. Quid si legamus; virgini jugerum Hierichus dicitur? Atque id Plinius, 12. 25. & Solinus cap. 38. confirmat: & Strabo lib. 16. pag. 525. 10. Hierichus est planities montibus circundata, quæ in theatrum specie aliquâ recedat &c. Is tamen spatium loci facit centum stadiorum. Bong. Ex hoc Strabonis loco considerandum monuit Freinsheimius, an forte Noster ad formam loci potius quæ nomen respiciat. Theatru enim cu arcu similitudinæ quandam habet. Sed potius est ut Salmasium audiimus, in Exercitationibus ad Solinum, pag. 583. cap. 1. locum hunc ita restituentem: Spatium loci ducentum jugerum Iericu dicitur. Nam quod Bongario ex vlin. 12. 25. pr. vñsum est virgini jugerum, id ad vnum tantum balsametum, partem vallis non magnam, à Plinio refertur. At auctori nostro de totius vallis Iericuntis longitudine sermo est, quæ nō plus spatij habuisse quæ viginti jugerū, aô est credibile. B.

3. *Opobalsamo*] Balsamum propriæ de arbore, opobalsamu vero (quasi ὁπὸς τὸ βαλσάμον sicut ἀπελθεῖται εἰπε τὸ πάναρ) de succo: xylobalsamon denique de ligno dicitur. Iustinus tamē in uera vice, contra yñs auctori, opobalsamum pro arbore posuit, balsamum pro lacrima seu succo arboris Salmai. ad Solin. 582. E. 1.

4. *Piceu arboribus*] Veteres plerique species, transpositis literis Strabo, cytiso & terebintho similes facit. Vide Plinium & Solinum. Bong. Ex isto veteri specie Salmasius.

ni tempore balsamum sudant. Sed non minor loci eius  
apricitatis quam vbertatis admiratio est: quippe cum  
toto orbe regionis eius ardentissimus sol sit, ibi tepidi  
aëris naturalis quædam ac perpetua apricita inest. In  
ea regione lacus est, qui propter magnitudinē & aquæ  
immobilitatem, *mortuum mare* dicitur. Nam neque  
ventis mouetur, resistente turbinibus bitumine, quo  
aqua omnis stagnatur: neque nauigationis patiens est,  
quoniam omnia vita carentia in profundū merguntur:  
nec materiā villam sustinet, nisi quæ alumine illinatur.  
Primum Xerxes, rex Persarum, Iudeos domuit: postea

8 cum

ges ad Solin. 579. B. 2. eruit hanc  
indubitate meliorem scripturā pi-  
cea arboribus. Sic enim auctor ipse  
modo dixerat *opobalsami arbor*:  
& Cicero pro Flacco. c. 8. *fici arbor*:  
& Liu. 24. 3. 4. *abies arbores*.

5. *Apricatas*] Non dubitavi  
reddere Iustino vocem suam, in  
miss. omnibus extantum, attestan-  
te Bongarsio: qui tamen erroneū  
hoc, & edendim censuit *opacita-*  
*tu*, & mox hoc versu, *perpetua*  
*opacitas*, quod crederet, opinor,  
ardentissimam Solem, nisi opaci-  
tate, non potuisse ab Hierichuntis  
valle defendi. Arqui, quod Salma-  
nius ad Solinum pag. 990. docet,  
non omnis locus Soli expositus,  
sed is demum, ex Latine iocu-  
ntum vñ dicitur *apricus*, qui Soli  
tepidi, leni, temperato, non tor-  
rentissimo, patet. Hinc *apri* colles  
Virgilii eclog. 6. 49. qui obuersi  
sunt orienti Soli, qui quoniam  
non est intemperate calidus, co-  
quendis vñs maxime est accom-  
modatus. Hujas vocis vim clarius  
aperit Sollius c. 51. *Attracis tem-  
perier prærogaria miram aëris  
clementiam summistrat. Arcens  
affatum noxium colles, qui saiu-  
bre apricatae undique sedus obje-  
cti prolnbet auræ pestilenter.* Bern.

6. *In ea regione lacus*] Ies. qui-  
dam lacus lacus: alij. Non longe  
est lacus *Aphaites*. Posticinam

hanc lessōnem non rejicio, loqui-  
tur enim hoc loco de Asphaltite  
lacu, quem cum Sirbone eundem  
facere videtur Strabo lib. 16. pag.  
525. 27. cum eos distinguat Plinius,  
5. c. 13. & 15. & 16. B. Adde Tacitum  
hist. 5. 6. Diodorum, 19. 98. Iose-  
phum de bello Iud. 5. 5. Bern.

*In ea regione lacus* ejus] De Plin.  
Asphaltites nihil præcor bicumen  
gignit, vnde & nomen; nullum cor-  
pus animalium recipit, tauri ca-  
meliquo fluitare, inde fama nihil  
in eo mergi. Tacitus: neque veno  
impellitur, neque pisces, aut sueris  
aquis volucres patiuntur. dicitur hic  
Iustino aquam stagnari, id est, fir-  
mari, muniri. Vnde & Asphaltitis  
nomen accepit. Dicitur autem Af-  
phaltitis Helychio οὐδέποτε Ιε-  
λαῖος, an scribendum Νηρός Ιε-  
λαῖος. Nam mortuum mare vo-  
cabatur ille lacus. Hebrei lacus  
vocant maria. Hinc in euangelis  
S. Iacobus i. Tiberiadis. Salmas.

7. *Aqua omni stagnatur*] Hoc  
est, manitur, firmatur, induratur  
que, à οὐδέποτε vel οὐδέποτε,  
ut placet Salmasio ad Solinum,  
pag. 577. Bern.

8. *Primum Xerxes*] Atqui Xerxes  
nauquam bellum molli fudazis,  
vtpote qui à Ciro, primo Perse-  
ru rege, Persico in ierto iemper-

9 cum ipsis Persis in ditionem Alexandri Magni venere, diuque in potestate Macedonici imperii subjecti Syriae regno fuere. A Demetrio cum desciaissent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex Orientalibus libertatem reperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus.

1 CAP. IV. Per eadem tempora, quibus in Syria regni mutatio inter nos reges alternabatur, in Asia rex Attalus florentissimum, ab Euinene patruo acceptum regnum, cædibus amicorum, & cognatorum suppliciis fœdabat, nunc matrem, anum, nunc Beronicen sponsam maleficiis eorum necatas consanguens. Post haec scelestam violentiæ rabiem, squalidam vestem sumit: barbam capillumque in modum reorum summittit: non in publicum prodire, non populo se ostendere, non domini lætiora conuicia inire, aut aliquod signum sani hominis habere, prorsus ut penas pendere manibus interfectorum videretur. Omisla deinde regni administratione,

hortos

3 fuerant subjecti: & plus 150 annis ante Xerxem, Chaldeor, rex Nabucodonosor ter domuerat Iudeos, & in servitutem redegerat. Bern.

9. Amicitia Roman. pertra J Iosephus antiq. Iud. 12. 17. refert, Iudam Pontificem, postquam accepisset partas à Romanis de regibus victorias, legatos Romam, ad amicitiam societatemque jungondam misisse. Senatumque dedisse quod petebant. Postea etiam ad renouandam cum Rom. amicitiam à populo Iudeo: & rursum ab Hircano Pontifice, post Antiochi regis obitum, legatos Romam missos scribit, ipoque Senatus consulta de postulatis eorum facta recitat idem auctor lib. 23. 17. & 14. 16. Bern.

CAP. IV. 1. Ab Eumone patruo] Ex Strabone lib. 13. constat, Eumenem huius Attali pacem fuisse, & ita quidam hic ediderunt contra libros. Dicitus est hic Attal, Philometor: & morbo interiit,

populo Rō. herede instituto. Strabo epitoma Lluij, 58. Florus extre-  
mo lib. 2. Orosius, 5. 8. alij. Bong.

2. In modum reorum ] De hoc more reorum, vtendi ueste squa-  
lida, barbam capillumque produ-  
cendi, vt si licet eo habitu suffra-  
gatores conciliarent, inimicos per-  
mulcerent, & iudices tempera-  
rent, his que Cuiacius obserua-  
tion. 6. 5. & Rad. Fornerius rer.  
quotidian. 4. 5. habent addendi Si-  
fenna apud Nonium in Vicarim:  
Cicero in Verrem, 2. 8. Lluius, 6.  
16. 4. 6. 20. 1. 44. 19. 5. Seneca co-  
solidad Polyb. c. 36. Val. Max. 6. 4. 4.  
Suetonius, Ner. 47. 6. Plinius, 7.  
epist. 27. fin. Plutarchus quest.  
Rom. c. 14. Agellius, 7. 4. Orosius,  
5. 17. fin. Hinc Tertulliano de ani-  
ma c. 39. caput reatu uiouere, est  
comam reorum more promitttere.  
Sic apud Senecam de Benef. 2. c.  
vlt. & 5. 12. detrahere sordes, est  
reum liberare. videndum & ada-  
gium, Quasi dies dicta sit.  
Bern. 3. Sem;

hortos fodiebat, grama seminabat, & noxia innoxiiis permiscebatur, eaque omnia veneni succo infecta, velut p[eculiar]e munus amicis mittebat. Ab hoc studio, ærariae 4 artis fabricæ se tradit, cerisque f[ing]endis, & ære fundendo procudendoque oblectabatur. Matri deinde sepulcrum facere instituit: cui operi intentus, morbum ex solis fero[re] contraxit, & septima die decessit hujus testamento heres populus Rom. tunc instituitur. Sed 6 erat ex Eumene Aristonicus, non iusto matrimonio, sed ex pellice Ephesia citharistæ cujusdam filia genitus, qui post mortem Attali, velut paternum regnum Asiam invasit. Cum multa secunda prælia aduersus ciuitates, 7 quæ metu Romanorum tradere se ei nolebant, fecisset iustusque rex iam videretur, Asia Licinio Crasso consuli decernitur: qui intentior Attalicæ prædæ, quam bello, 8 quum extremo anni tempore inordinata acie prælium conscripsisset, victus poenas inconsultæ auaritiae sanguine dedit. In huius locum missus Perpenna consul, prima 9 congressione

3. Seminabat] MSS. duo scribunt, quod æque conuenit. Modius.

5. Matri deinde sepulc. ] Hinc, & similia propter facta videtur acquisisse Philometeris nomen, quod ipsi tribuit præter alios Appianus Mithrid. pag. 212. b. & Strabo lib. 13. pag. 429. 50. Bern.

Heres populus Rom. ] Vide Liuij epitomea, 11. Velleium, 2. 4. 1. Florum, 2. 20. Orosium; 5. 8. alios. Idem factum à Nicomedæ, Bithyniæ rege tradit epitome Liuij, 93. itemque ab Archelao Cappadociæ, & Pylymene paplagoniz regibus, Iornandes de succelli regnor. cap. 55. Ceterum in adeunda hac Attali hereditate Romanos doli mali accusat Mithridates apud Sallustium histor. lib. 4. & Horatius, 2. Od. 18. Bern.

6. Aristonicus ] De bello Aristonicu[m], præter Liuanam epitomea, 59. Florum, 2. 20. Velleiam,

2. 4. lege Strabonem lib. 14. pag. 444. s[ic]. Licinius Crassus, qui à nostro Consul dicitur, Floro est Praetor, Patrculo Proconsul, qui cum iuris scientissimum vocat. A nostro auctore sunt Liuius, Orosius, Cicero Philipp. 11. 8. Bong.

7. Aduersus ciuitates] Mindum, Samum & Colophonem. Flor. 2. 20. 5. Bern.

Licinius Crasso] P. Licinius Crassus pontifex maximus vincitur & occiditur ab Aristonico. Appellat autem eum pretorem Florus.

8. Inconsultæ auar. ] Vide notam ad 24. 7. 4.

9. Perpenna ] Ita constanter omnes editiones. Supra citatis auctoriis M. Perpenna dicitur. Deo eo videndum quoque Val. Maximus. 3. 4. 5. Bern.

Perpenna ] M. Perpenna Aristonicum vincit & captum Romanum inflit, ubi in carcere patrum iussu

congregatione Aristonicum superatum in potestatem suam redigit; Attalicasque gazas, hereditarias populi Romani, nauibus impositas, Romam deportauit. Quod ægre ferens successor eius Marcus Aquilius Consul, ad eripiendum Aristonicum Perpennæ, veluti sui potius triumphi munus esse deberet, festinata velocitate contendit. Sed contentionem Consulum mox Perpennæ diremit. Sic Asia Romanorum facta, cum opibus suis vitia quoque Romam transvicit.

jussu est necatus, An.cccc.lxy Urbis conditæ. Plinius lib.13. cap.3.  
10. M. Aquilius ] In fastis Ma-

nium. Bong.

11. Cum opibus vitia] Florus, 3.  
12. Syria prima nos vitta corrupti-  
mox Asiatica Pergameni regis  
hereditas. Adde Liuium 39.  
6. fin. Sallust. Catil. cap. 11:  
fin. Nostrum, 2. 14. 6. & No-  
tam ad 31. 8. 9. Prudenter er-  
go Sparrana cunctas, severissimis.

Lycurgi legibus obtemperans ali-  
quando cinctum suorum oculos à  
contemplanda Asia retraxit; ne  
illecebris eius capri, ad delicateius  
vita genus prolaberentur. Quod  
eos non frustra timuisse, dux ipsorum  
Pausanias perfectus, qui ma-  
ximi operibus editis, ut primum  
se Asia moribui permisit, fortitudinem  
suam effeminato ejus cul-  
tu mollire non erubuit, ut ait Val.  
Max.2.6.1.Bern.

## L I B E R   X X X V I I .

### B R E V I A R I U M . C A P T U M .

- 1 Massiliensem in Phocenses beneficentia. Tragœdia  
in Cappadocia & Ponto.
- 2 Mithridatis Ponti Regis futura magnitudo pradi-  
cta, liberatio, occupationes.
- 3 Eiusdem res gestæ; & domi ab uxore periculum.
- 4 Otij detestatio. exercitia militaria. Cappadocia &  
Galatia occupatio, atque superbum Romanis  
responsum.

## C A P. I.

**G**APTO Aristonico, Massilienses pro Pho-  
censibus conditoribus suis, quorum vr-  
bem senatus, & omne nomen, quod &  
tunc, & antea Antiochi bello, infesta con-  
tra populum Romanum arma tulerant, deleri iusserat,  
legatos Romam deprecatum misere, veniamque his à  
senatu obtinuere. Post hæc regibus, qui aduersus Ari-  
stonicum auxilia tulerant, præmia persoluta: Mithri-  
dati Pontico Syria major: filiis Ariarathis regis Cap-  
padociæ, qui eodem bello occiderat, Lycaonia & Ci-  
licia datæ; fideliorque populus Romanus in socij fi-  
lios, quam mater in liberos fuit: Quippe hinc paruu-  
lis auctum regnum, inde vita ademta. Namque Lau-  
dice ex numero sex filiorum, quos virilis sexus ex  
Ariarathe rege suscepserat; timens ne non diutinam  
regni administrationem adulcis quibusdam potiretur,  
quinq[ue] parricidiali veneno necauit: vnuin paruu-  
lum, sceleri matris cognatorum custodia eripuit,  
qui post uicem Laudices (nam propter crudelitatem  
eum populus extinxerat) solus regno potitus est. Mi-  
thridates quoque repentina morte interceptus filium,  
qui

CAP. I. 2. Syria major.] Quidam  
impressi codices, Phrygia major:  
quod probo. infra, 38. 5. 3. filii pu-  
pillo maiorem Phrygiam ademe-  
rint; quam patris suo primum da-  
ti aduersus Aristonicum auxili-  
concesserant. Vide Appianum Mi-  
thridatico p. 208. nonq.

4. Namque Laudice &c.] Femi-  
næ regnandi cupiditatis, nec filii  
parcentis, simile exemplum est, in-  
fra, 39. 2. 9. & luculentum aliud  
apud Zonaram in vita Irene filii-  
que Constantini.

6. Mithridates quoque.] Hic  
Euergetes dictus: filius autem ejus  
quem xi annos natum regni suc-

cessorem reliquie, Eupator Strabo  
lib. 10. vide Appian. Mithridati-  
cum. Mithridates est in nostris  
mss. in uno Mithridatu. Quod  
quidam Mithradates scriendum  
censem, ex numismatibus, non  
probo. Mithridates enim Græcum  
est, Mithridates Latinum, & in i, vt  
Mæsalia, Maßilia: Karav, Ca-  
rina Nopd &c, Numida. Sed & in  
Latinis vocibus rō a in i verritur:  
sapiens, inspiens. Adde notam ad  
4. 3. 4. Bern.

Repentina morte interc. ] Ami-  
corum dolo necatum tradit Stra-  
bo lib. 10. pag. 329. 15. Bern.

7 qui & ipse Mithridates dictus est , reliquit. Cujus ea postea magnitudo fuit, ut non sui tantum temporis, verum etiam superioris ætatis omnes reges maiestate superauerit,bellaque cum Romanis per XLVI.annos via-  
ria victoria gesserit: Cum eum summi imperatores,  
Sylla,Lucullus, ceterique in summa Cneus Pompeius,  
ita vicerint , ut maior clariorque in restaurando bello  
resurgeret,damnisque suis terribilior redderetur.Denique ad postremum, non vi hostili vietus, sed voluntaria morte,in aucto regno, senex,herede filio,decessit.

CAP. II. Huius futuram magnitudinem etiam caelestia ostenta prædixerant.Nam & quo genitus est anno , & eo quo regnare primum cœpit , stella cometes per varumque tempus septuaginta diebus ita luxit , ut

cœlum

*[Ipse Mithridates dictus] Mithridates Ponti rex cum Romanis ges-  
tit bella per annos XLVI.*

7. *Per XLVI annos] Orofius, 6.1.  
Sic. Triginta gerendi belli inue-  
niuntur anni Qualiter autem XL  
à plenisque dicti sint , non facile  
discernitur.Florus , 3. 5.3. habet  
annos XL. Appianus, xii.11. Si ratio-  
nem inierit xxix annos inuenies  
ab ortu ipso Mithridatici belli ad  
Pompeij triuiphum.Bong.*

8. *Damnisque terribilior ] Ita  
Samnites cladibus ipsis animosissi-  
ores.Florus, 1. 16.15. Sed multo ma-  
xime prisc illa Roma, quæ secun-  
dum Horat.4.Od.4.*

*Duris urilex bipennibus,  
Nigra feraci frondis in Algido,  
Per damna, per cadeis, ab ipso  
Dicit opes animumque ferro.  
Et ut ait Claudianus de laudib.  
Stiliconis lib. 2. vers. 144.*

*Nunquam succubuit damnis, &  
territa nullo.  
Vulnere, post Cannas maior, Tre-  
biamque fremebat.*

Adde Notas ad 27.2.4.

*CAP. II. 2. Scilla cometes ] Quæ  
Ovidio in fine Metamorph.*

*stella comans; plinius.2.15. aliisque,  
sidus crinatum. Est enim cometæ  
vox adiectiva,qua cum etiam ab-  
solute vtuntur auctores , sc̄iœ  
seu stellam subintelligunt.Bern.*

*Per varumque tempus ] Noctu  
scilicet & interdiu. Quid autem  
cometes ille , cœli seu superioris  
hemisphærii,quartam partem,hoc  
est,gradus 45.occupasse , &  
quatuor horarum spatium ortu oc-  
casuque consumpsisse dicitur, id  
de cauda ipsius in tantam porre-  
cta longitudinem , & Solis radiis  
illustrata , non de capite ipsoque  
corpo est intelligendum.Similis  
Cometa anno ante Nat. Chr. 372.  
quem Aristoteles Mercur.1.6.ma-  
gnum cometam appellar, & splen-  
dorem ( caude ) ad tertiam usque  
cœli partem, id est, ad gradus 60.  
extendisse perhibet : Biadoras,  
15.50.lumen æmulum Lunæ pre-  
tulisse.Pontanus scribit,Cometam  
anni 1456.amplius quam duo cœ-  
li signa ( gr. 60.) cœmœ suæ tractu  
occupasse.Bern.*

*Septuaginta diebus ] plinius, 2.  
25.steuissimum,quo cometæ cer-  
nuntur , spatium septem dierum  
annata,*

cælum omne conflagrare videretur. Nam & magnitudine sui quartam partem cæli occupauerat; & fulgore sui, Solis nitorem vicerat; & cum oriretur occumberetque, quatuor spatium horarum consumebat. Puer tutorum insidias passus est, qui eum fero equo impositum, equitare jaculatorique cogebant: qui conatus cum eos fessellissent, supra ætatem regente equum Mithridate, veneno cum appetuere. Quod metuens, antidota sèpius bibit, & ita se aduersus insidias exquisitis tutioribus remediis stagnauit, ut ne volens quidem senex veneno mori potuerit. Timens deinde, ne inimici, quod veneno non non potuerant, feiro peragerent, venandi studium finxit, quo per septem annos neque vibis, neque ruris tecto usus est: sed per silvas vagatus, diuersis montium regionibus pernoctabat, ignatis omnibus, quibus esset locis; assuetus feras cursu aut fugare, aut persequi, cum quibusdam etiam, viribus congregandi. Quibus rebus, & infidias

annotatum est: longissimum, sentare sagantur. Adde quod putida phrasis hic fuerit, equo equicare nec sane Mithridati pericula erat ab equiferitate; sed ab imprudentia regendi pueritia Bern.

3. Nam & magnitudine sui quarti pars. &c.] Videantur Mathematici.

4. Fero equo] Equo glossa nihil videtur, annotatum explicandi non protri vocabuli causa. Nam Feru per se & substantiue sumtum equi est: ut apud Virgil. Aen. 2. 51. & Manilius Astronom. lib. 5. vers. 77. 348. & 643. ex emendatione Scaligeri: fortassis etiam lib. 19. vers. 795. Sic Accius in Medea: Perire in stabulu immutrens frenos feris. Nazarius rancgyr. Constant. c. 29. Quos insulcans strus proterit. Arnobius aduers. gent. lib. 4. pag. 181. Saturnus in Anis formam feri. Ita forinus Virgilio Aeneid. 11. 571. est equinus: & poëtz passim semper vocant Centauros, non quidem à feritate vocabuli eius etymologia petita; sed à forma ipsa, qua feros, hoc est, equos dimidiata iuri parte repræ-

sentare sagantur. Adde quod putida phrasis hic fuerit, equo equicare nec sane Mithridati pericula erat ab equiferitate; sed ab imprudentia regendi pueritia Bern.

6. Antidota] Antidota, inquit Galenus contraria lethabilibus alteratione totum corpus statim immutant, non sane quod substantia eorum totum penetrat corpus; neque enim potest hoc tam breui spatio fieri, sed qualitatis diffusione. Refert quoque Galenus, 7. simplic. medicam. cap. xvii. frigidis non vero calidis venenis assuere aliquem posse. Additque histriam anus Athenensis, quæ cicatram sine ullo deterrimento incidum sumebat. Vide Matthiol. in lib. v. Diocoridis. plinius, 25. 2. pr. & 23. 8. & 29. 1.

Stagnauit] Hoc est, muniuit, ve  
supr. 36. 3. 7. Bern.

8. Fugare] Freinsheimius fugere legit ut opponatur mox subjunctione persequi.

infidias vitauit; & corpus ad omnem virtutis patientiam durauit.

1 CAP. III. Ad regni deinde administrationem cum accessisset, statim non de regendo, sed de augendo regno cogitauit. Itaque Scythes inuictos antea, qui Sopryiona, Alexandri Magni ducem, cum triginta milibus armatorum deleuerant; qui Cyrum, Persarum regem, cum ducentis millibus trucidauerant, qui Philippum Macedonum regem fugauerant, ingenti felicitate perdomuit. Auctus igitur viribus, Pontum quoque, ac deinceps Cappadociam occupauit. Cum de Asia tractaret, tacitus cum quibusdam amicis regno profectus, vniuersam nemine sciente peruagatus est, omniumque urbium situm ac regiones cognouit. Inde Bithyniam transcedit, & quasi dominus Asiae, opportuna, quæque victoriæ suæ metatus est. Post hæc in regnum, cum iam perisse crederetur, reuersus est, inuenito parvulo filio, quem per absentiam eius Laudice soror uxorque enixa fuerat. Sed inter gratulationem aduentus sui, & filij geniti, veneno periclitatus est. siquidem Laudice soror, cum perisse eum crederet, in concubitus amicorum projecta, quasi admissum facinus maiore scelere tegere posset, venenum aduententi parauit. Quod cum ex ancilla Mithridates cognouisset, facinus in auctores vindicauit.

## CAP. IV.

9. *Virruti*] Hoc est, *fortitudinis*.  
Vnde Xenophon, lib. i. Cyri pæd. venationem, verissimam esse rerū bellicarum exercitationem ostendit. De Traiano Plinius panegyr. cap. 8. Olim hac experientia: inuenitus, hac voluptas erat. huic artibus futuri duces imbuebantur: certare cum fugacibus feris cursu, cum audacie robore, cum calliditate, &c. Addendi. Plato non uno loco, præcipue libro 7. de Legib. Aristoteles politic. 1. 5. Plutarchi Serto-

rius cap. 19. Vegerius, 17. Dio Chrysostomus orat. 3. de regno, sub finem: Pollux præfat. libri 5. Bern.

CAP. III. 2. *Iraqut Scytha*] Strabo lib. 7. Idem lib. 1. & 2. refert, Mithridatem hunc, barbaros ad Maeotidem paludem, & inde Colchis usque deuiciisse. Vide Memnonis excerpta, song.

*Sopryiona*] De quo supr. 12. 2. 16.  
*Philippum*] Auctor ipse sibi contrarius esse videtur supr. 9. 2. 14. Bern.

## CAP.

CAP. IV. Hieme deinde imminente, non in conui-  
uio, sed in campo; non in vacationibus, sed in exer-  
citationibus: nec inter sodales, sed inter coæquales,  
aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat. Exerci-  
tum quoque suum ad parem laboris patientiam quo-  
tidiana exercitatione durabat: atque ita inquietus ipse  
inexpugnabilem exercitum fecerat. Initia deinde cum  
Nicomede societate, Paphlagoniam invadit, victam-  
que cum socio diuidit. Quam cum teneri à regibus  
senatui nuntiatum esset, legatos ad utrumque misit,  
qui gentem restitui in pristinum statum juberent. Mi-  
tridates, cum se iam parem magnitudini Romano-  
rum crederet, superbo responso, hereditarium patri suo  
regnum obuenisse, respondit: mirarique se, quod ei  
relata contiouersia non fuerit, sibi referatur. Nec ter-  
tius minis, Galatiam quoque occupat. Nicomedes, quo-  
niam se tueri iure non potuerat, justo regi redditum  
respondit. Atque ita filium suum mutato nomine, Phi-  
liamenem Paphlagonum regum nomine appellat, &

quasi

CAP. IV. 1. *Hieme deinde*] Etiam hibernis diebus exercendos  
milites, ne intermissa consuetudo  
& animos eorum debiliter & cor-  
pora moneret Vegetius, 2. 23.

*Non in vacationibus*] Bongarsius edidit aduocationibus. Janus  
Guilielmus lib. 1. verisimil. c. 18.  
à Palmerio se monitum scribit, &  
contendit Modius, omnia in hic le-  
gendum *vocationibus*, hoc est, in-  
vitationibus, conuiuis, de quo  
significatu supr. ad 12. 6. 1. dixi-  
mus. Verum Lipsius Not. 90. ad  
Taciti hist. 1. pertendit rectum  
esse *Vacationibus*, & interpretatur  
de *Vacationibus* militarium  
operum, quas recte proprieque  
Noster *Exercitationibus* hic op-  
ponit. *Vacationes munera* ap-  
pellat Tacitus, 1. 17. 7. & Quintilia-  
nus orat. pro Milite: *Militare*  
*otium* est eidem Tacito hist. 1.  
46. 5. de quo Liuius etiam 7. 7. 8.

acciendus. Itaque veterem im-  
pressorum lectionem reuocare  
non dubitauit. Bern.

*Sodales*] Erat sodalitium quod  
Græci ιταυινοι dicunt, teste Gaio  
I.C. l.vlt.D.colleg.& corp. Tertul-  
lianuſ 1.2.ad vxor.c.6. Discubuit  
cum marito in sodalitioſ , ſape in  
popinis. Cicero de Senect. c. 13. so-  
dalitates appellat: quem vide,  
cum ibi, tum pro Plancio, c. 15.  
vbi legem quandam Liciniam de  
his latam reficit Mod. Bern.

*Inter coæquales*] De Pompeio  
Magao Sallustius in fragm. hist. 10.  
Equirare iaculari, cursu cum  
aequalibus certare.

2. *Quoridiana exercitij* Vegetius,  
2. 1. *Exercitus ex re ipſa atque*  
*opere, exercitij nomen accepit*; ut  
ei in nūquam licet obliuisci quoque  
vocatur.

8. *Philamenem*] Pyramenem ex  
Homero legendum docuit Gla-  
reanus.

quasi stirpi regiae reddidisset regnum, falso nomine tenet. Sic ludibrio habiti legati, Romam reueituntur.

reanus. Principe Paphlagonū venera pylamene turba, inquit Homerius lib. 2. 151. Ejusdem meminit Eustathius in Dionysium, & Strabo lib. 12. & probus in Daram, qui eum, memoria lapsus, à patroculo intersectum ait: cum ex

Homeri lib. 5. 578. constet, Mene-  
laum eum hasta confodisse. Ab  
hoc paphlagonia aliquando pyla-  
menia dicta: plinius, 6. 2. Nicome-  
dēus autem & pylamenem re-  
ges commenmorat Orosius, 6. 2.  
Beng.

## L I B E R    X X X V I I I .

## B R E V I A R I U M    C A P I T U M .

1. Mithridates regni sui auspicia parricidiis polluit; & callidis artibus Araratēm Cappadocēm trucidat.
2. Nonna Mithridatis & Nicomedis tragedie, quas secundus Romanus recutique sedat.
3. Mithridates Tigranem in societatem belli aduersus Romanos trahit, & Proconsulibus Rom. suis, ingenti cunctatum Asianarum favore excipitur.
4. Oratio Mithridatis, in qua rationes suas exponit, cur bellum sit Romanis inferendum.
5. Romanos, dum occupati essent, ador undos esse censet, iustum bellum illud ostendens.
6. Malas eorundem artes & originem detegit.
7. Stirpis sua nobilitatem, suorumque libertatem ac fortitudinem opponit; nec non bellis facilitatem, liberalitatem ac munificentia milites alliciens.
8. Ptolemaeus Physcon in Aegypto multiplici scelere omnia turbat, & a suis pellitur.
9. Demetrij Syriae Regis fortuna ludibrijs, casus varijs.
10. Antiochus Demetrij frater, Parthos bello aggressus, in acie a suis desertus occiditur.

## C A P. I.

**M**ithridates parricidia nece vxoris auspicatus, 1  
sororis alterius Laudices filios , cuius virum  
Ariarathem, regem Cappadociæ, per Gordium  
insidiis occiderat, tollendos statuit: nihil actum morte  
patri exstinxans , si adolescentes paternum regnum,  
cuius ille cupiditate flagrabat, occupassent. Igitur dum 2  
in his cogitationibus versatur, interim Nicomedes, rex  
Bithyniaæ, vacuam morte regis Cappadociam inuadit.  
Quod cum nuntiatum Mithridati fuisset, per simulatio- 3  
nem pietatis auxilia sorori ad expellendum Cappado-  
cia Nicomedem mittit. Sed jam Laudice per pactio- 4  
nem se Nicomedi in matrimonium tradiderat. Quod 5  
ægre ferens Mithridates, præsidia Nicomedis Cappa-  
docia expellit; regnūque sororis filio restituit: egre-  
gium protus factum, ni subsequuta fraus esset. Siqui- 6  
dem interjectis mensibus, simulat, se Gordium, quo mi-  
nistro usus in Ariarathæ interficiendo fuerat, restituere  
in patriam velle, sperans, si obfisteret adolescentis, causas  
belli futuras: aut, si permitteret, per eundem, filium tol-  
li posse, per quem interficerat patrem. Quod vbi Aria- 7  
rathes junior moliri cognovit, grauiter ferens interfec-  
torem patris per auunculum potissimum ab exilio re-  
uocari, ingentem exercitum contrahit. Igitur cum in 8  
aciem eduxisset Mithridates peditem octoginta millia,  
equitum decem millia, curru falcatos d.c. nec Ariara-  
thi,

C A P. I. 1. *Mithridates* ] Cru-  
delissimus erat a puero Mithrida-  
tes. Vide eclogas Memnonis. In iis  
vultus sororis Mithridatis Arathes  
dicitur, ut & in Prologo huius li-  
ibri. Rong.

Laudices filios &c.] Vide, 37. 1.  
4. Aut enim contradicit sibi auctor:  
aut historiam mire confundit.  
Festis,

7. *Moliri* ] Passim: nisi vocula  
forau exciderit, aut subintelligen-  
da sit, eum moliri. Composito sic  
vtitur & Luius, 39. 44. 3. que in  
loca publica inedificata immoli-  
taue priuare habebant.

8. *Curru falcato*] Quales fue-  
rint curru, audi Ciceronem: ex  
summo temone hastæ prefixæ ferro  
eminibant. Verisque à juge ternis  
direxerunt.

thi, auxiliantibus finitimiis regibus, minores copiae es-  
sent, incertū belli timens, consilia ad insidias transfert:  
9 solicitatoque juene ad colloquium, cum ferrum occul-  
tatum inter fascias gereat, scrutatori, ab Ariarathē re-  
gio more misso, curiosus imum ventrem pertractanti;

direxerant gladios, & inter radios  
rotarum plura spicula eminebant  
in aduersum. Alia deinde falcis  
summis rotarum orbibus habebat,  
& alia in terrā demissa, quicquid  
abutum concavatis equi amputa-  
rura. Eadem Liuius l. xxxvii. eadē  
Diodorus Siculus, aliisque. Initio  
hi currus ingentia atulere dam-  
na, sed elusi aperiendo agmen, &  
includendo circumuenientia quoque  
currus. Retroacte quoque quadri-  
ga terrore fremituque vociferan-  
tium, ut ex Curtij l. v. apparel. Pa-  
lis quoque in terram alte defixis,  
intrā quos se miles reciperet ad-  
uentantibus quadrigis. Frontin.  
l. ii. c. i. i. Tribulis quoque objec-  
tis, quibus currentes quadrigae  
cum incidissent, deletæ sunt. Vide  
Veget l. 3. c. 24. Ita paulatim ea-  
rum usus exoleuit. Vide H Hugo-  
nem de milit. Eq. l. i. c. 4. Curribus  
fere ad bellum usi Asiatici omnes,  
ut testatur Xenophon lib. vi. p. 22.  
Falcatas autem quadrigas vni-  
cum dixit Persarum esse Iolatium  
Q. Curtius. Alios falcatos currus  
descripsit Anonymus l. de rebus  
belli. Huiusmodi pugnacis, inquit,  
vehiculi genus, quod armis præ-  
ter morem videtur instructum, re-  
perit Parthicæ pugnæ necessitas.  
sed hoc singulis bene munitis in-  
uesti equis duo viri, vestitu, & ar-  
mis, ferro diligenter muniti, citato  
cursu in pugnam rapiunt, cuius  
posterior supra currum pars cul-  
tris in ordine extantibus commu-  
nitur. Videlicet ne facilis a tergo  
cuiquam prebeatur adscensus. Fal-  
cas vero acutissimæ axibus ejus-  
dem currus aptantur, in lateribus  
suis ansulas habentes, quibus in-  
nexi funes, pro arbitrio duorum

air,  
equitum laxati quidem explicant,  
repressi autem erigunt falces qua-  
lia vero hujusmodi machinæ fu-  
nera hostibus imminant, vel quas  
turbatis ordinibus strages efficiat,  
dicent melius, qui usu bella co-  
gnoscunt. Machina (inquit idem)  
hujus admiratio habet nouitatis  
aliquid. Est enim à superioribus  
curribus quadam parte dissimilis;  
hinc enim posterior vehiculi pars  
verberibus spontaneis ad incitan-  
dos equos, & clypeis acuto ferro  
circumdati, velut in propugnaci-  
lo positis communiat.

Incertum belli] Malim incertus  
belli: sicut Liuius, 30. 30. 12. incerta  
casuum: & Tacitus hist. l. 26. incer-  
ta noctu. Nam ita quoque vetus  
dictum haber, relatum à philone  
de fortitud. m. 72. πόλιμος οὐ-  
δην: hoc est, interprete Cicerone  
ad Attic. 7. 7. fn. Nemini est explo-  
ratum, cum ad arma ventum est,  
quid furorum sit. Quomodo An-  
nibal apud Liuium, 30. 30. 22.  
Nusquam minus, quam in bello,  
enentius responderet. Et vide Senec.  
Thebaid. vers. 62. 5.

nunc belli mala  
Propone dubias Martis incerti-  
vices. &c. Bern.

9. Inter fascias] Feminales fascias  
accipe, de quibus Casaubonus ad  
Sueton. Aug. c. 82. 1. vbi tamen has  
de bacis etiam accipi posse con-  
silevit, non dissentiente Salmasio  
ad histor. August. cap. 223. E. 1.  
Bern.

Regio more] Qui patet ex plu-  
tarchi Timoleonite, c. 21. & Dione,  
c. 23. Regiam deinde hanc salutantes  
scrutandi consuetudinem Ro-  
mox primus usurpauit Augustus,  
Sequitum

ait, caueret ne aliud telum inueniret, quam quereret.  
Atque ita risu protectis insidiis, euocatum ab amicis, 10  
velut ad secretum sermonem, inspectante utroque  
exercitu, interficit: regnum Cappadociæ octo anno-  
rum filio, imposito Ariarathio nomine, additoque ci-  
rectore Gordio, tradidit.

CAP. II. Sed Cappadoces, crudelitate ac libidine 1  
præfectorum vexati, a Mithridate deficiunt; fratre-  
que regis, & ipsius Ariarathem nomine, ab Asia, vbi 2  
educabatur, renocant: cum quo Mithridates prælium  
renouar, vi etiisque Cappadociæ regno expellit. Nec 3  
multo post adolescens, ex ægritudine collecta infirmi-  
tate, decedit. Post huius mortem Nicomedes timens, ne 4  
Mithridates accessione Cappadociæ, etiam Bithyniam  
finicimam inuaderet, subornat puerum eximiae pulcri-  
tudinis, quasi Ariarathes tres, non duos filios genuisset,  
qui à senatu Romano paternum regnum peteret. Vxo- 5  
rem quoque Laudicen Romanam mittit, ad testimonium  
trium ex Ariarathe susceptorum filiorum. Quod vbi 5  
Mithridates cognovit, & ipse pari impudentia Gor-  
dium Romanam mittit, qui senatui assereret, puerum cui 6  
Cappadociæ regnum tradiderat, ex eo Ariarathus geni-  
tum, qui bello Aristonici auxilia Romanis ferens cecidis-  
set. Sed senatus, studio regum intellecto, aliena regna 6  
falsis nominibus furantium, & Mithridati Cappado-  
ciam, & Nicomedi, ad solatinum eius, Paphlagoniæ 7  
ademit. Ac ne contumelia regum foret, admittunt illis,  
quod

Senatum legens, Sueton. cap. 33.  
Postea Claudius, idem c. 35. Sed  
eam omisit Vespasianus, idem c. 12:  
post alij repetiuerent, vt Seuerus  
apud Spartianum cap. 6. aern.

Aliud telum scilicet quod salua  
lege Cornelia gestare licet: nec ra-  
tinea honeste nominari potest. Si  
nulli metaphoræ Catullus carin. 68.  
fusculam dicit: Propert. 2. 3. & 3. 19.

arma. Cæ illus Hymnide: nibil agit  
in amore inermus. Nec aliter Græ-  
cis: ἡ πλον, κέντρον, στόλον γέ. Bern.

CAP. II. 1. Sed Cappadoces Stra-  
bo lib. 12. p. 273. 35. Romanus, in-  
quit mirari homines esse, qui adeo  
de libertate armum despoddissent,  
permisérunt eis, ut de ipsorum cor-  
pore regem suis, quem vellent, suf-  
fragii crearent, &c. Bong.

2. Neg.

quod daretur aliis, uterque populus libertate donatus est. Sed Cappadoces minus libertatis abnuentes, negant vivere gentem sine rege posse. Atque ita rex illis à senatu Ariobarzanes constituitur.

CAP. III. Erat eo tempore Tigranes rex Armeniæ, obses Parthis ante multum temporis datus, sed olim ab iisdem in regnum paternum remissus. Hunc Mithridates mire ad societatem Romani belli, quod olim meditabatur, pellicere cupiebat. Nihil igitur de offensa Romanorum sentientem, per Gordium impellit, ut Ariobarzani, segni admodum, bellum inferat: & ne quis dolus subesse videretur, filium suam ei Cleopatram in matrimonium tradit. Primo igitur aduentu Tigranis, Ariobarzanes sublatis rebus suis, Romanum contendit. Atque ita per Tigranem rursus Cappadocia iuris esse.

## Mithridatis

8. Neg. vivere gentem sine rege posse. Geneam, subaudi, suam, scilicet Cappadocum: quomodo auctor ea voce speciatim etiam vtratur, 36. 2. 14. Hoc non monerem, nisi magni nominis politicus, auctoris ita de omni genere pronuntiari censeret. Quod non est ita. Nam etsi, de sententia Mithridatis apud Sallust. histor. lib. 4. pauci libertatem, pars magna iustos dominos volunt: hoc tamen iis somni accidit, qui libertatis dulcedinem nondum sunt experti. Linius, 1. 17. 3. Sicut apud Tacitum, 13. 34. Armenij, libertate ignota, magis ad servitium inclinante. Adeo de Aegyptiis Herodotum, 2. 147. Ceteroqui sane nihil omnino bonorum multitudini gratius quam libertas. Linius, 33. 18. 6. Bern.

Ariobarzanes ] Ariobarzanes Cappadociæ rex. De quo Cicero in oratione pro Lege Manilia.

Ariobarzani ] Hunc postea regno expulsum refevit Cicero pro L. Manil. c. 5. & auctor ipse, 38. 3. 3. Bern.

CAP. III. 1. Tigranes ] Lege Strabonem extremo libro 11. ex

quo, & ex uno ms., scripti obsei: Parthi, cum in ceteris sit, obsei: Parthi, inepte, Appianus Mithr. pag. 176. d. Ariobarzanem a Mi- thra & Bagao Cappadocia pulsus scribit, & in eius locum Ariathen constitutum: Nicomedem vero Bithynia à Socrate fratre ejectum. Bong.

2. Et ne quis dolus &c. ] Quia nullus est contractuum, qui videot fieri meliore fide: quippe generi saceri sunt loco filtrorum: & in vicissim in loco parentum suis generis, vt alii Philo Indeus lib. 2. de Monarchia. Hoc sacrum est, quod nulla permitetur commixtione uolari, nam quibus obsidibus habeatur fides, si non credatur affectibus? Cassiodor. Var. 3. Epit. 4. pr. Bern.

Filiam suam Cleop. ] Inde Appianus Mithrid. pag. 180. cap. Toylæm (legendum Tryphon) & Apollonius auto: un: Regis: etc. Sacer vertit interpres: cum hoc loco un: Regis: sit gener. De Nicomedie filio pulsus, vide Strabonem lib. 12. Bong.

Mithridatis cœpit. Eodem tempore mortuo Nicomedes, etiam filius eius & ipse Nicomedes regno à Mithridate pellitur; qui cum supplex Romam venisset, decernitur in senatu, ut vrerque in regnum restituantur: in quod tū missi Aquilius & Manlius Maltinus legati. His cogitis Mithridates societatem cum Tigrane, bellum aduersus Romanos gesturus, jungit: pactique inter se sunt, ut vrbes agri que Mithridati, homines vero & que cunque auferri possent, Tigrani cederent. Post hæc Mithridates intelligens, quantum bellum suscitaret, legatos ad Cimbros, alios ad Gallograecos, & Sarmatas, Bastarnasque, auxilium petitum mittit. Nam omnes has gentes Romanum meditabundus bellum, variis beneficiorum muneribus iam ante illexerat. Ab Scythia quoque exercitum venire iubet, omnemque Orientem aduersus Romanos armat. Non magno igitur labore Aquilium & Maltinū, Asiano exercitu instructos vincit: quibus simul cum Nicomede pulsis, ingenti fauore ciuitatum excipitur: multum ibi auri argenteique, studio veterum regum, magnumque belli apparatu inuenit: quibus instructus, debita ciuitatibus publica priuataque remittit, & vacationem quinquennij concedit. Tunc ad concionē milites vocat, eosque variis exhortationibus ad

4. *Aquilius & Manlius Maltinus*] Legendum arbitror *Manius Aquilius M. Alcinius Appianus* Mithrid. pag. 176. c. missos legatos ait, quorum princeps erat *Manius Aquilius*: quem iuperatum à Mithridate, docet Epitome Liuii, 77. Bonz.

6. *Ad Cimbros*] Freinsheimius legendum putat *Cimmerios*, ex 387. 10. Nam quomodo hoc Cimbri? licet ab illis ortum traxisse quidam fabulentur. Vide de situ harum regionum Amm. Marcellinum lib. 22. cap. 11. & seqq. Bern.

*Gallagracos*] Vide supra.

8. *Non magno ig. labore*] Qua ratione Mithridates Aquilium & C. Cassium Romanos duces vicerit, lege Appianum Mithrid. pag. 181. & seqq. Bonz.

9. *Debita*] Politice admodū. Quia nulla res magis trahit populu, quam debitorum remissio, & immunitas. *Vacationem quinquennij*] Ita Cappadocibus in formam prouinciarum redactis à Romanis, quedam ex regis tribus deminuta, quo mutius Romanum imperium speratur. Tacit. annal. 2. 56. De Macedonibus similia Liuius, 45. 18. Ade Sc. Amiat. 20. 7. Bern.

21. Quod.

ad Romana bella siue Asiana incitat. Quam orationem digna duxi, cuius exemplum breuitati huius operis inferem, quam obliquam Pompeius Trogus exposuit: quoniam in Liuio & in Sallustio reprehendit, quod conciones directas, pro sua oratione operi suo inferendo, historiae modum excellerint.

CAP. IV. Optandum sibi fuisse ait, ut de eo licetet consulere, bellumne sit cum Romanis, an pax habenda: quia vero sit resistendum impugnatibus, nec eos quidem dubitare, qui spe victoria careant. Quippe aduersus latrones si nequeant pro salute, pro ultione tamens sua, omnes ferum stringere. Ceterum quianon id agitur, an liceat quietescere, non tantum animo hostiliter, sed etiam prelio congreßis, consulendum, qua ratione ac spe capita bella sustineant. Esse autem sibi victoria fiducia, si sit illis animus Romanosque vincere posse, cognitum non sibi magis, quam ipsi militibus, qui & in Bithynia Aquilium, & Maltum in Cappadocia fuderent. At si que aliena magis exempla, quam sua experimenta moueant, audire se, a Pyrrho rege Epiri, non amplius quam quinque millibus Macedonum instructo, susos tribus preliis Ronsinos. Audire Annibalem sexdecim annis Italie victorem immoratum: & quin ipsam caperet urbem, non Romanorum illi vires obfuisse, sed domestica emulacionis atque inuidia studiū. Audire populos Transalpina Gallia & Italiam ingressos, maximis ea plurimisque urbibus possidere; & latius aliquanto solum finium, quā in Asia, qua dicatur imbellis, eosdem Gallos occupasse; nec victam solum dici sibi Ro-

II. Quod conciones directas ] DE his qui prolixas nimis orationes historiis inferunt, & ita Historiam Concionum velut appendicem faciunt, vide initium libri 20. Diodori. Bong.

CAP. IV. 1. Optandum sibi ] Si-millime Pericles apud Thucydudem, 2. 11. 7. Qui arbitrium belli pacisque habent, demenes fuerint, si bellum malint. At quibus ea ne-

cessitas iniungitur, ut aut cedendo sine morum ferre dominarum, aut pro victoria belli discrimen adire cogantur: hic qui periculis se subducit, multo maiore, quā qui ea sustiner, reprehensionē mereetur. Ita Sul-

pitius apud Liuiū, 31. 7. 2. & rursus ipse Mithridates initio epistole ad Arsacen. ap. Sallust. histor. 4. Bern.

7. Plurimisque urbibus ] Quas ipsi condiderint.

mam à Gallis sed etiam captam, ita ut unius illis mō-  
tis tantum cacumen relinquatur, nec bello hostem, sed  
pretio remitum: Gallorum autem nomen, quod semper 9  
Romanos terruit, in partē virium suarum ipse numeret.  
Nam hos qui Asiam incolunt Gallos, ab illis qui Italiam  
occupaverant sedibus tantum distare: origine quidem ac 10  
virtutem, genusque pugna idem habere, tantoque his sa-  
gaciora esse quam illis ingenia, quanto lōgioris ac diffici-  
liori spatio per Illyricū Thraciaque prodierint, pene ope-  
rosum transitis eorū finibus, quam ubi consedere possentis.  
Iam ipsam Italiam audire se nunquam, ut Roma con- 11  
ditā sit, satis illi pacatam, sed assidue per omnes annos  
pro libertate alios, quosdam etiam pro iure imperij bellis  
continuis perseuerasse; & à multis ciuitatibus Italia de- 12  
betos Romanorum exercitus ferro, à quibusdam novo con-  
sumelie more sub jugum missos. Ac ne veteribus immo- 13  
remur exemplis, hoc ipso tempore uniuersam Italianam bello  
Marsico confusuruisse, non iam libertatem sed cōsortium  
imperij, ciuitatisque poscentē. Nec grauius vicino Italie 14  
bello, quam domesticis principum factionibus urbē premi,  
multoque periculosius esse Italicō ciuite bellum simul & 15  
& Germania Cimbros, immēs. & millis. & ferorum atque im-  
mitium populorum, more procella, inundasse Italiam: quo- 16  
rum tametsi singula bella sustinere possent, uniuersis ta-  
men obruantur, ut ne vacaturos quidem bello suo putet.

## C A P. V. Utendum igitur occasione, &amp; rapien- da

9. Hos qui Asiam incolunt] Causa  
suz potius, quā vero seruit holo-  
co Mithridates Verius de hisdem  
Florus, 2. 11. Gens Gallograecorū, si-  
cū ipsū nomen indicio est, mixta,  
& adulterata reliqua Gallorum,  
qui Brēno duce, & Iraque ut fru-  
giō semina mutato solo degenerat:  
scilla genuina ferratas eoru, Asia-  
rica amanitatem mollita est. Adde  
Liuim, 38. 17. Bern.  
12. Sub iugū missos] scilicet à Sam-  
nitibz ad Caudinas furcas. L. 9. 6. B.  
13. Bello Marsico] dictū à Marsis  
belli auctoribus, Strabo lib. 5. Di-  
ctū etiam Italicū & sociale. De eo  
lege Appianū, Florū, & alios: apud  
quos, & apud Plutarchū, vide hi-  
storiā hellī ciuilis Marianī & Cim-  
brici, quorum mox meminit Oros-  
sius, 5. 19 eodē anno bellum ciuale  
commotum & Mithridaticū cōp-  
tum scribit. Bong.

14. Domesticū principū factioni-  
bus] An. D. C. LXII. simul ciuilia bel-  
la & Mithridatica cōperunt. Oro-

C A P. V. 1. Utendum occas. ] Valee  
in omnibus rebus humanis & pol-  
lēs

da incrementa virium, ne si illis occupatis quieuerint, mox  
 aduersus vacuos & quietos, maius negotium habeant. Ne  
 enim quari, an capienda sint arma, sed utrum sua patres  
 occasione, an illorum. Nam bellum equide iam tunc secum  
 ab illis geri captum, cum sibi pupillo maiorem Phrygiā  
 adem erint, quam patri suo premium dati aduersus Ari-  
 stonicum auxilij concederant, gentem quā & proano suo  
 Mithridati Seleneus Callinicus in dotem dedisset. Quid,  
 cum Paphlagonia se decedere iussent, non alterū illud  
 genus belli fuisse? qua non vi, non armis, sed adoptione  
 testamenti, & regum domesticorum interitu, hereditaria  
 patri suo obuenisset: cum inter hanc decretoris amaritū-  
 dinem parendo, non tamen eos mitigaret, quin acerbius se  
 in dies gerant, non obtinuisse. Quod enim à se non prabitū  
 illis obsequium: non Phrygiam, Paphlagoniāque dimis-  
 fast non Cappadoce filium eductum, quam iure gentium  
 vīctor occupauerat? Raptam tamen sibi esse vīctorium  
 esus ab illis, quorum nihil est nisi bello quasitum. Non re-  
 gem Bithynię Chreston, in quem senatus arma decreuerat,  
 & se in gratiam illorū occisum? tamen nihilominus im-  
 putari sibi, si qua Gordius aut Tigranes faciat libertatem  
 etiam in contumeliam sui à senatu ultro delata Cappa-  
 docia, quam reliquis gentibus abstulerunt: deinde populo  
 Cappadocum, pro libertate oblata, Gordium regem orante,  
 ideo tantū quoniā amicus fuisse esset, non obtinuisse. Nico-  
 medem

let occasio, sed maxime in bellicis:  
polyb. 9.14. & 10.39.

Rapienda increm. J Verbi empha-  
 sia exprimit illud Seneca Consol.  
 ad Marciam c. 10. Quicquid à for-  
 tunā darum, est, tanquam exem-  
 plo abierū possidat animus. Ra-  
 piens ex liberū voluptraces: fruendos  
 vos iniucem liberū dare, & sine di-  
 lactione omne gaudium haurire. ni-  
 hil de hodierna die promittetur, imo  
 nihil de hac hora, sc̄ estimandum est:  
 infat à ergo mors, &c. Et alibi in  
 re subita, rapienda, non capienda  
 consilia. Ennius apud Ciceronem  
 de Oratore, 3.40.

— Vnde, Vlysses, dum licet:  
Oculū postremum lumen radie-  
 rum rape. Bern.

5. Parendo, non tamen &c. Idem  
 questi de Romanis Britanni, nihil,  
 inquiunt, profici patientia, nisi vo-  
 grauiora tanquam ex facili cole-  
 ranribus imperentur. Pub. Syrus:

Patiendo multa veniunt, qua ne-  
 queas pati.

Adde Thucydidem, 1.24.13. Liuiū,  
 35.17.6. & 42.1.8.

7. Quorum nihil ] Similia Minio  
 legatis Romanis oblicit apud Li-  
 uiū, 35.16.

z medem precepto illorum bellum sibi intulisse : quia ultum ierit se, ab ipsis ventum obuiam in eo. & nunc eam secum bellandi illis causam fore, quod non impune se Nicomedi lacerandum saltatricis filio; probuerit.

CAP. VI. Quippe non delicta regum illos, sed vires ac maiestatem insequi: neque in se uno; sed in aliis quoque omnibus hac semper arte grassatos. Sic & anum suum a Pharnacem, per cognitionum arbitria, succedaneum regi Pergameno Eumeni datus; scrursum Eumenem, cuius cl. 1. 3. bus primū in Asiam fuere transvelli, cuius exercitu magis quam suo, & Magnum Antiockum, & Gallos in Asia: & mox in Macedonia regē Persen domuerant; & ipsum pro hoste habitum, eique interdictum Italia, & quod cum ipso deforme sibi putauerant, cum filio eius Aristonico bellum gestisse. Nullius apud eos maior, quam Masinissa regis Numidarum haberi merita. Huic imputari victimum Annibalem, huic captum Syphacem, huic Carthaginem deletam: hunc inter duos illos Africanos tertium seruatorem urbis referri: tamen cum huius nepote bellum modo in Africa gestum adeo inexpibile, ut ne victimum quidem memoria patris donarem, quin carcere ac triumphi spectaculum experiretur. Hanc illos regibus omnibus le-

10. Ultum ierit se.] Ita ex vett. emendaui: quomodo & apud Tacitum legendum docuit me P. Pittacus, Annal. 6. 6. 1. Mox Arrianus eora mole regni ultimi id peritia locorum. Lege ultum nō, vt doctissimus & diligētissimus Lipsius annotavit. Bong. Amat eam ita loqui Tacitus: vt Annal. 13. 44.

9. Injuries ultum iste. Forsan imitatione Sallustij. Iugurtha. 68. 1. ultum ire injuries festinar. Ita Curtius, 10. 8. temeritatem armis ultum iuit. Bern.

CAP. VI. 1. Non delicta regum] Sallust. in epistola Mithridatis ad Arsaceim: Namque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis, una & ea verus causa bellandi est, cupidio profunda imperii & dominiarum &c. Idein & Iugurtha

gem apud eundem Sallust. 81. 2. Bong. Idē Britanni apud Tacit. in Agric. c. 30. Nec diuersus abit Appianus in fine lib. de bellis Mithrid.

6. Modo] Id est, ante annos XVI. Nam in πάτερ seu Πατέρων, hoc accipiendum est. Ita Cicero in Bruto de annis xxx. dixit super: & Val. Max. 1. 1. 13. agent de supplicio Tullij Duum-viri, quē Tarquinius rex calleo insutum in mare abiici ius sit: sāque, inquit, supplicij genus non multo post patrici dislege inrogatum est, id est, annis à regifugo circiter LX. obi nonnullos, contra membruarum fidem, extrita negandi particula virtiose legere multo post; ostendit Theod. Marcius interpretam. legis XII. tabularum, pag. 215. Bern.

7. Tales

gem odiorum dixisse scilicet quia ipsi tales reges habuerent, quorum etiam nominibus erubescant, aut pastores Aborigines, aut aruspices Sabinorum, aut exules Corinthiorum, aut seruos vernasque Thuscum, aut, quod honoratissimum nomen fuit inter bac Superbos, atque, ut ipsi ferunt, conditores suos lupa uberibus altos: sic omnem illum populum luporum animos, inexplebiles sanguinis atq; imperij, dinitiarumque auidos aciesunos habere.

CAP. VII. Se autem, seu nobilitate illis comparetur, clariorem illa colluvie conuenarum esse, qui paternos maiores suos à Cyro Darioque conditoris Persici regni, maternos à Magno Alexandro, ac Nicatore Seleuco, conditoribus imperij Macedonici, referut: seu populus illorum conferatur suo, earum se gentium esse, qua non modo Romano imperio sint pares, sed Macedonico quoque obsterint. Nullam subiectarū sibi gentium expertam peregrinam imperia: nullis unquam nisi domesticis regibus paruisse: Cappadociam velint, an Paphlagoniam recensere; cursus Pontum an Bithyniam; itemque Armeniam maiorem minoremque: quarum gentium nullam neque Alexander ille, qui tota pacauit Asiam, nec quispiam successorum ejus, aut posteriorum, attigisset. Scythiam duos unquam ante se reges, non pacare, sed tantum intrare, ausos, Darium, & Philippum: agre inde fugā sibi expeditum, unde ipse magna partem aduersus Romanos virium haberet. Multoq; se timidisus ac diffidentius bella pontica

ingressum,

Inexplēbiles ] Romani rapportes Orbis, quos non Oriens, non Occidens satiquerit, &c. inquit Britannicus ille Galgacus in Tacit. Agric. c. 30.

CAP. VII. 1. Maiores suos à Cyro ] Appianus de Mithridate originis huius auctore: vir regis Persici generis. Florus 1. 1. Bong.

Nicatore Seleuco ] Appianus Syriac, pag. 124, c. Seleucum à victoriis potius, quam ab occiso Nicatore, cognomeatum hoc traxisse scribit. Liuius, 43. 19. 9. Cohortis regis meminit, quos Nicatores appellabant, Bern. 4. Soli

7. Tales reges &c.] Regij nominis odii quantū Romæ fuerit, aliquot Luij locis perspicitur: vt 2. 1. 10. 7. 38. 2. 27. 21. 4. &c. Addit. Latini Pacati panegyr. Theodos. c. 20.

Pastores] Qualis Romulus,

Aruspices Sabinorum] Qualis Numa Pompilius.

Exules] Qualis Tarquinii Priseus, Seruus] Qualis Seruus Tullius.

8. Luporum animos] Hinc lupi conuictio dicti ab hostibus Romanis: vt à Volscis Aequisque duabus apud Luium, 3. 66. 5. à Telesino Samnitium duce apud Veideum, 2. 27. 3. Bern.

ingressum, cum ipse rudes ac tiro esset Scythia prater ar-  
ma, virtutemque animi, locorum quoque solitudinibus  
vel frigoribus instructus, per qua denuntiaretur ingens  
militia labor ac periculum. Inter quas difficultates ne-  
spes quidem premis foret, ex hoste vago; nec tantum pe-  
cunia, sed etiam sedis, inope. Nunc se diuersam belli con-  
ditionem ingredi. Num neque celo Asia esse temperatius  
aliquid, nec solo fertilius, nec urbium multitudine amae-  
nus, magnamque temporis partem, non ut militiam, sed  
ut festum diem acturos, bello dubium facili magis an-  
ubers: si modo aut proximas regni Attalici opes, aut ve-  
teres Lydia Ioniaque audierint, quas non expugnatum  
eant, sed possessum: tantumque se auxilia exspectat Asia, ut  
etiam vocibus vocet: adeo illis odium Romanorum incus-  
sit rapacitas Proconsulium, sectio publicanorum, calumnia  
litium. Sequuntur se modo fortiter; & colligant, quid se  
duce possit efficere tantus exercitus, quem sine cuiusquam  
militum auxilio, suamet unius opera, viderint Cappado-  
ciam caso rege cepisse; qui solus mortalium Pontum om-  
nem Scythiamque pacauerit, quam nemo ante transire  
tuto atque adire potuerit. Nam iustitia atque liberali-  
tatis sua, ne ipsos milites, qui experiantur, testes refu-  
gere: & illa indicia habere, quod solus regum omnium  
non paterna solum, verum etiam externa regna heredi-  
tibus propter munificentiam, acquisita possideat, Col-  
chos, Paphlagoniam, Bosporum.

CAP. VIII. Sic excitatis militibus, post annos tres  
& viginti sumpti regni, in Romana bella descendit.  
At in Aegypto mortuo rege Ptolemaeo, ei qui Cyrenis  
regnabat

a. Solitudinibus] plinius pane-  
gyr. c. 14. Germaniam veterem pro-  
p. infinita vastitate interiacentis  
sali muniri dirimique dicit. Hero-  
dias lib. 2. scribit imp. Augustum  
munuisse imperium, cum aliis ra-  
tionibus, tum εἰπειν γένην, duo  
Cirri, terra deserta & agro per-  
num. Etenim.

b. Hoste vago] Erant enim Scy-  
thæ αὐτοχθοί.

8. Sectio Extorsio.

10. Colchos] Strabo lib. 12. Bong.  
Bosphorus] Nempe Cimme-  
rium. Bern.

CAP. VIII. 2. Mornu rege  
Ptolemaeo] Post Ptolemaum Phi-  
lometorem ordo successionis re-  
gum Aegypti mutatus est. hucus-  
que enim patri filius successerat. At  
Philometori frater successor, Euer-  
getes

regnabat Ptolemæo, per legatos regnum & uxori Cleopatra regina, soror ipsius defertur. Lætus igitur hoc solo Ptolemæus, quod sine certamine fraternali regnum receperisset, in quod subornari & à matre Cleopatra, & favore principum, fratri filium cognoverat: ceterum infestus omnibus, statim ubi Alexandriam ingressus est, fautores pueri trucidari iussit. Ipsum quoque die nuptiarum, quibus matrem eius in matrimonium recipiebat, inter apparatus epularum, & solemnia religionum in complexu matris interficit; atque itatorum sororis, exede filii eius cruentus, ascendit. Post quod non mitior in populares, qui cum in regnum vocauerant, fuit. Si quidem peregrinis militibus licentia cœdis, data, omnia sanguine quotidie manabant: ipsam quoque sorem, filia eius virgine per vim stuprata, & in matrimonium adseita, repudiat. Quibus rebus territus pepulus, in diuersitate labitur, patriamque, metu mortis, exul relinquit. Solus igitur in tanta vrbe cum suis relictus Ptolemæus, cum regem se non hominum, sed vacuarum ædium videret, edicto peregrinos solicitat. Quibus confluentibus, obuius legatis Romanorum, Scipioni Africano, & Spurio Mummio,

geres II dictus & Physon, Strabo lib. 17. v. de Epitoma in Lusiānam, 59. & Orosium, 5. 10. Bern.

Ptolemaeo & ptolemæus physon sic dictus à sagina ventris turpiter inflati. Nam ptolemaen significat crassum intestinum, cuius usus est in faciendis farinim in omnibus. Fuit autem hic physon frater Philometoris, de quo supra dixi. Et quanquam in Euæbi & Chronicis inter Philometorem & Physonem inscritur quidam Euergetes: tamen Strabo lib. 17. testatur eundem esse Physonem, qui ironice nominatus est & sp. 1. v. Vicit enim omnes crudelitatem & obsecritatem. Strig.

4. Solemna] Quæ adhiberi in nuptiis superstitione solita.

6.7. Quibus rebus &c.] Tertullianus Apologet. c. 37. Si ranta via hominum in aliquem orbis remotissimum abruptissimum a nobis: sufficiet utique dominationem vestram cor qualcumque amissio, ciuum: uno eriam & ipsa destructione punisherem: procul dubio expulsam ad solitudinem vestram ad silentium rerum & stuporem quandam quasi mortua urbi. quæ seru, quibus in ea imperasse tu. uer.

8. Legatis Romanorum] Meminit huius legationis Strabo lib. 14. v. Val. Max. 4. 3. 13. Scipionis continentiam laudat, quod hauc legationem, septem tantum seruis comitatus obierit. Bern.

Mummio, & L. Metello, qui ad inspicienda sociorum regna veniebant, procedit. Sed quam cruentus ciuibus, tam ridiculus Romanis fuit. Erat enim & vultu deformis, & statura breuis, & sagina ventris non homini, sed belluae, similis. Quam fœditatem nimia subtilitas per lucide vestis augebat, proisus quasi astu inspiciēda p̄berentur, quæ omni studio occultanda pudibundo viro erant. Post discessum deinde legatorum (quorum Africānus, dum inspicit urbem, ipēstaculo Alexandrinis fuit) jam etiam populo peregrino inuisus, cum filio, quem ex sorore suscepserat, & cum uxore, matris pellice, metu insidiarum, tacitus in exilium proficiscitur; contractoque mercenario exercitu bellum sorori pariter ac patriæ inficit. Arcessitum maximum deinde à Cyrenis filium, ne eum Alexandtini contra se regem crearent, interficit. Tunc populus statuas & imagines eius detrahit. Quod factum studio sororis existimans, filium quē ex ea suscepserat, interficit, corpusque in membra diuisum, & in cista compositum, matri die natalis ejus, inter epulas officii curat. Quæ res non reginę tantum, verum etiam vniuersę ciuitati, aceiba & luctuosa fuit: tantum que mōriorem festiuissimo conuiuio intulit, ut regia omnis iepento luctu incēderetur. Verso igitur studio priacipum ab pulis in exequias, membra lacera popu-

lo

9. *Sagina veneris*] A qua Prolemaeus hic, Ibyson est appellatus, hoc est ventricosus, obesus. Bern.

10. *Subtilitatē perlucidā vestī*] De his vestibus Cetis sive Cois Plinius lib. II. cap. 22. in Ceo mulier Pamphila excogitauit rationem, ut denudet feminas vestes. Et cap. seq. Nec pudor huius vestes usurpare etiam vires, levitatem proper astuam. In tantum à lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam vestes. In eas grauiter inuenit Seneca de Benef. 3. 9. & epist. 90. & consol. Helvix, c. 16. Bern.

12. *Detrahit*] Detrahēre est de loco superiore dejicere aut amovere. Imagines autem sublimes dedicari solitas, est notum. Aptum ergo verbam, quo in re timili vietur Suetonius Domitian. 13. 4. Et inter senatus acclamations, extincto Commodo, fuit hæc: gladiatori status detrahantur. Lamprid. cap. 19. Bern.

13. *Filium*] Nomine Menephitem, referente Val. Max. 9. 2. ext. 5. Truculentum hoc facinus memorigatur etiam in Epitome Liuiana, 59. Bern.

lo ostendunt; & quid sperare de rege suo debeant, filij  
cæde demonstrant.

**C A P . IX.** Finito luctu orbitatis, Cleopatra cum  
virgeri se fraterno bello videret, auxilium à Demetrio,  
rege Syriae, per legatos petit: cuius ipsius varij & me-  
morabiles casus fueré. Namque Demetrius, ut supra  
dictum est, cum bellum Parthis intulisset, & multis con-  
gressiōibus victor fuisse, repente insidiis circumuen-  
tus, amissio exercitu capitur. Cui Arsacides Parthorum  
rex, magno & regio animo, missio in Hyrcaniam, nou-  
cultum tantum regium præstítit: sed & filiam in ma-  
trimonium dedit, regnumque Syriae, quod per absen-  
tiā eius Trypho occupauerat, restitutum pro-  
mittit. Post huius mortem desperato reditu, non  
ferens captiuitatem Demetrius, priuatam etiā opulen-  
tam vitam peitæsus, tacitus in regnam fugam me-  
ditatur. Horrator illi & comes Gallimander amicus  
erat: qui post captiuitatem eius à Syria per Arabiæ  
deserta, ducibus pecunia comparatis, Parthico habi-  
tu Babylonem peruennerat. Sed fugientem Phraha-  
tes, qui Arsacidæ successerat, equitum celeritate,  
per compendiosos tramites occupatum retrahit. Ut est  
deductus ad regem, Gallimandro quidem non tantum  
venia, verum etiam præmium fidei datum: Deme-  
trium autem & grauiter castigatam ad coniugem in  
Hyrcaniam remittit, arctioribusque custodiis obseruati

jubet,

**C A P . IX . 2.** Ut supra dictum  
est] Scilicet, 36. 1.

3. Missio in Hyrcaniam ] Supr.  
36. 1. 6. Similis magnanimitas Ale-  
xandri. 11. 9. 15.

5. Arabia deserta ] Est enim  
Arabia, felix, & deserta, quam as-  
peram vocat Aristides in oratio-  
ne Aegyptiaca. Scenita hi Arabes  
sunt Eustathio, quos inter Eu-  
phratem & cauam Syriam statuit.

Ducibus ] Scil. viæ seu itineris,  
odyssois. Ea voce simpliciter uti-  
tur quoque Liuinus, 22. 13. 6. &

Sueton. Cæs. 31. 3. Recentiores  
Græci pro ὁδῷ τῷ dixerunt  
διαώζειν, & duces viæ vocarunt  
διαστολές, item ἀγάθωνται. Utun-  
tur & in latinum corrupta voce  
dūgētūp. Meurs. Glossar. Græco-  
barb. Bern.

7. Exarium fidei] Simile exem-  
plum de Mithridate & Attilij  
libertis, habet Appianus Mithrid.  
233. pr. & plura in hanc rem Gru-  
terus dissertatione 48. ad Taciti-  
tum. Bern.

3. Depre

jetet. Interieicto deinde tempore, cum fidem illi etiam suscepiti liberi facerent, eodem amico comite repetita fuga est; sed pari infelicitate prope fines regni sui reprehenditur; ac denuo perductus ad regem, ut inuisus à conspectu summouetur. Tunc quoque uxori & liberis donatus, in Hyrcanam, pœnalem sibi ciuitatem, remittitur, talisque aureis ad expiobrationem puerilis levitatis donatur. Sed hanc Parthorum tam mitem in Demetrium clementiam non misericordia gentis faciebat, nec respectus cognationis: sed quod Syriæ regnum affectabant, usuri Demetrio aduersus Antiochum fratre, prout res, vel tempus, vel fortuna belli exegisset.

CAP. X. His auditis, Antiochus occupandum bellum ratus, exercitum, quem multis finitimorum bellis induauerat, aduersus Parthos ducit. Sed luxuriae non minor apparatus, quam militiae fuit: Quippe LXXX milia armatorum sequuta sunt CCC millia lixarum; ex quibus

8. Deprehenditur] Acidalius ad vell. 2. 130. 8. moneret hic legendum, reprehenditur, quod proprium defugiente verbum. Ita Curtius, 4. 14. 3. reprehensi ex fuga Persæ, hoc est, retracti. Liuius aliquoties: vt 2. 10. 3. 3. 4. 14. 6. & Sueton. Ca. R. 45. 4.

9. Talu aureis ad expr. puerilis leu. d.] puerilis enim talorum ludus est, hinc illud Lylandri apud Plutarch. Apophtheg. Lacon. cap. 94. Pueror talu, viros jucundando decipi debere. De talorum tessera rumque jactu plura collegit Adr. Junius Animaduers. 2. 4. Bern.

Talisque] Quibus ludebant pueri. Ludus autem quaternis siebat talis, quorum unusquisque casus habebat quatuor non senos. Dyas namque & pentas hic deerant, hoc est, binarius, quinariusque numeri otiosi erant, neque in talis recensebantur, sed positus ipse siue ra-

tio lapsus vicem obtinebat numeri, testante Polluce. A talorum ludo digersus tesseraarius, quem & τετράς & κυκλιαὶ illi dixerunt, licet Athienus confundisse videatur. A. Junius.

10. Non misericordia gentis &c.] Eodem respectu, Arminy conjux & filiu non hostiliter habitu à Romanis: facitus, 1. 10. Sic Marobodus Rauenna habitu, se quando insolescerent Suevi, quasi redituru in regnum ostencabatur [Ident. 1. 63.]

Aduersus Antiochum frat. ] Qui sedes dictus est. Elias in Parthos expeditionis neminit Liuij epitoma, 59. & Orosius, 5. 10. & Appianus Syriaca, qui Antiochum vitium, sibi ipsi manus attulisse refert. Bong.

CAP. X. 2. LXXX millia armatorum] Orosius, 5. 10. centum millia armatorum, ducenta millia

quibus coquorum, pistorum, scenicorumque, maior numerus fuit. Argenti certe aurique tantum, ut etiam gregarij milites caligas auro figerent, proculcarētque materialē, cuius amore populi ferro dimicant. Culinarum quoque argentea instrumenta fuere, prorsus quasi ad epulas, non ad bella pergerent. Aduenienti Antiochō multi Orientales reges occurrere, tradentes se, regnare, que sua, cum execratione superbiæ Parthicæ. Nec mora congressioni fuit. Antiochus tribus præliis vicit, cum Babyloniam occupasset, magnus haberi cœpit. Itaque omnibus ad eum populis deficiētibus, nihil Parthis reliqui præter patrios fines fuit. Tunc Phrahates Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum Parthico præsidio mittit, ut eo pacto Antiochus ad sua tuenda à Parthia reuocaretur. Interim, quoniam viribus non poterat, insidiis Antiochum vbiique tentabat. Propter multitudinem hominum, exercitū suum Antiochus per ciuitates in hiberna diuiserat: quæ res exitij causa fuit. Nam cum grauari se copiarum præbitione, & iniuriis militum, ciuitates viderent, ad Parthos deficiunt; & die statuta omnes apud se diuisum exercitū per insidias, ne inuicem ferre auxilia possent, aggrediuntur. Quæ cum nuntiata Antiocho essent, auxilium proximis laturus, cum ea manu, quæ secum hiemabat, progreditur. In itinere obuium regem Parthorum habuit, aduersus quem

fot

*amplia calonum acque lixarum,  
immixta scortii & histriobium.* B.  
Tacitus Histor. 2. 33. a. *Quadragna-  
za armatorum millia irrupere: ca-  
lonum lixarumque amplior nume-  
rus.* Bern.

3. *Caligas auro figerent.*] Caligas inter calcamenta fuisse, vel ex hoc loco manifestum est: & impetrare bracca sive appellari vulgo censimus, quarum tamen usum veteres Romanos, Græcos, Hebreos

penitus ignorasse, Casaubonus de monstrat ad Sueton. Aug. cap. 82. Ceterum de hoc calcamentorum luxu multa collegit ex antiquitate Phil. Rubenius in Electis, 2. 14. Bern.

8. *Et die statuta.*] De vesperis Siculis, & eiusmodi Ianienis improuisis, vide collectanea Camerat. hor. subcif. 1. 83.

*Diuisum exerc.*] Frontinus strategem. 1. 8. II.

10. Vin

fortius, quam exercitus ejus, dimicauit. Ad postremum 10  
tamen, cum virtute hostes vincerent, metu suorum de-  
sertus, occiditur: cui Phrahates exsequias regio more  
fecit, filiamque Demetrij, quam secum Antiochus ad-  
duxerat, captus amore virginis, uxorem duxit. Pœnite- 15  
re deinde dimissi Demetrij cœpit: ad quem retrahen-  
dum cum turmas equitum festinato misisset, Deme-  
trium hoc ipsum metuentem, jam in regno missi inue-  
nerunt: frustraque omnia conati, ad régem suum  
reuersti sunt.

10. Vincere] Forte vinceret. 132. b. ipsum sibi manus intulisse  
Breinsh.

Occiditur] Appianus Syr. pag.

## LIBER XXXIX.

## BREViarium CAPITVM.

- 1. Demetrius, imperfecto fratre Antiocho, dum Aegyp-  
tum tentat, Syriam amittit, & tandem cruento  
fato tollitur.
- 2. Alexander, ex ignobilis rex factus, dum fortunam  
suam non reuerenter habet, fæde perit interfe-  
ctus à Grypo, qui matrem & fratrem extinguit.
- 3. Cleopatra, regina mater, in Aegypto grauiſſimas tur-  
bas concitat: unde horrenda laniæ ex mulie-  
rum ira, quarum interitus describitur.
- 4. Peculiares tragedie, quas Cleopatra inter suis exci-  
tat. Tandem illa à filio Alexandro occupata in-  
terficitur.
- 5. Alexander in exilium agitur, reuocato Ptolemaeo  
Noto. Romanis ad Orientalia regna excurrenti-  
bus, Syria & Aegyptus vexatur.

## C A P . I.

1. **A**ntiocho in Parthia cū exercitu deleto, frā-  
 ter eius Demetrius, obsidione Parthorum li-  
 beratus, ac restitutus in regnum, cum omnis  
 Syria in luctu propter amīsum exercitū es-  
 2. set; quasi Parthica ipsius ac fratria bella, quibus alter  
 captiū, alter occisus erat, prospere gessisset, ita Ægypto  
 bellum inferre statuit; regnum Ægypti Cleopatra lo-  
 crū, pretium auxiliū aduersus fratrem suum, pollicente.  
 3. Sed dum aliena affeclat, vt aſſolet fieri, propria per de-  
 fectionem Syriae amisit. Siquidem Antiochenes primi,  
 duce Tryphone, execrantes superbiam regis, quæ, con-  
 uersatione Parthicę crudelitatis, intolerabilis facta erat,  
 mox Apamenij, ceteraque ciuitates exemplū sequatae,  
 4. per absentiam regis à Demetrio defecere. Ptolemæus  
 quoque rex Ægypti, bello ab eodem petitus, cum co-  
 gnouisset, Cleopatram sororem suam, opibus Ægypti  
 nauibus impositis, ad filiam & Demetrium generum in  
 Syriae profugisse, immittit juuenem quendam Ægyptum,  
 Protarchi negotiatoris filium, qui regnum Syriae  
 5. armis peteret. Et composita fabula, quasi per adoptio-  
 nem Antiochi regis receptus in familiam regiam esset,  
 nec Syriis quemlibet regem aspernantibus, ne Demetrij  
 paterentur superbiam: nomen juueni Alexandri impo-  
 6. nitur, auxiliaque ab Ægypto ingentia mittuntur. Inte-  
 rea corpus Antiochi imperfecti à rege Parthorum, in lo-  
 culo argenteo ad sepulturam in Syriae remissū perue-  
 nit:

Cap. 1. 2. Alter occisus erat,  
 prospere gessifer. ] Omnino scri-  
 bendum cessiffent. Voss.

3. Dum aliena ] Loci huius est  
 fabula de Camelō, qui cornua affe-  
 ctans, etiam aures perdidit.

Apamenij ] Apamene Syriae re-  
 gio Ptolemyo, in qua Apamia  
 vrbis.

4. Immritis ] Vide Notam, 31.

1. 6.

5. Quemlibet regem ] Exem-  
 plum referendum ad Notam, 35.  
 1. 8.

Nomen Alexandri impon. ] Ze-  
 binam cognominatum scribit Io-  
 seph. antiqu. 13. 17. Bern.

7. Deme

nit: quod cum ingenti studio ciuitatum & regis Alexandri, ad firmandam fabulae fidem excipitur. Quae res illi magnum fauorem popularium conciliauit, omnibus non fictas in eo sed veras lacrimas existimantibus. Demetrius autem vixit ab Alexandro, cum vndeque circumstantibus malis premeretur, ad postremum etiam ab uxore filiisque deseritur. Relictus igitur cum paucis seruulis, cum Tyrum, religione templi se defensurus petisset, naui egrediens, praefecti iussu interficitur. Alter ex filiis Seleucus, quoniam sine matri auctoritate dia dema sumpsisset, ab eadem interficitur; alter, cui propter nascitum magnitudinem, cognomen Grypo fuit, rex a matre haec tenus constituitur, ut nomen regis penes filium, jus autem omnis imperij penes matrem esset.

C A P. II. Sed Alexander occupato Syriae regno, tumens successu rerum, spernere iam etiam ipsum Ptolemaeum, a quo fuerat subornatus in regnum, superba insolentia coepit. Itaque Ptolemæus, reconciliata sororis gratia, destruere Alexandri regnum, quod odio

Demetrij,

7. *Demetrius autem vixit ab Appianus Syr. pag. 132. b. interficatum ab uxore Cleopatra proprio simulationem posterioris nuptiæ Rhodogunes, & post eius mortem Seleucum filium ab ea veneno sublatum. Vide & epitomam Liuij 60. 8. De Demetrii cæde cum Nostro magis consentit Josephus antiqu. 1. 17. Seleucum vero sagitta confossum à matre Cleopatra, modo indicato loco confirmat Appianus. Nam quod de veneno Bong. habet, deceptum crediderim voce μητρός σύνοτα, & pro ea ιμπτέρεσσαν legisse. Bern.*

8. *Religione templi] Ex templo enim extrahere aliquem nefas habitum.*

9. *Grypus] Ita Vett. & Appianus, Γρυπός Est autem Grypus, incursum sine aduncum nasum habens. Hesychius. De his cognominibus lege elegantem locum*

Plutarchi, in Cotiolano, c. 14. & 15. Huius frater vterinus Antiochus, Cyzicenus dicitur, quod Cyzici esset educatus. Lege Appianum extrema historia Syriae. Bong.

*Iuu autem imperij] Dubitari queat, an non rectius sit, vii imperij, quod magis proprio nomine regis opponi videtur. Ita Tacitus Annal. 6.43. 5. Neque penes Arsacidem imperium, sed inane nomen apud imbellem: Vim in Abdage sis domo. item Hist. 4. 11. 4. Vim Principi ampliati: nomen remittere. Nec aliter idem auctor Annal. 2. 37. 1. & 2. 60. 1. & 15. 14. 4. & 15. 69. 1. & Hist. 2. 39. 1. Positis tamen & vulgatam indidem tue ti, ut 15. 31. 2. apud Romanos iure imperij valere: inania transmituntur. Ni si quoque hic usus legere præstat. Bern.*

Demetrij, viribus suis acquisierat, summis opibus instituit. Mittit igitur ingentia Grypo auxilia & famam Tryphenam Grypo nupturam, ut populos in auxilium nepotis, non societate tantum belli, verum & affinitate sua solicitaret. Nec res frustra fuit: nam cum omnes Grypum instructum Aegypti viribus videarent, paulatim ab Alexandro deficere cœpere. Fit denique inter reges prælium, quo victus Alexander, Antiochiam profugit: ibi inops pecuniae, cum stipendia militibus deessent, templo Iouis solidum ex auro Victoria signum tolli iubet, facetis iocis sacrilegium circumscribens: nam *Victoriam commodatam sibi ab Ioue esse* dicebat. Interjectis deinde diebus, cum ipsius Iouis aureum simulacrum infiniti ponderis tacere euelli iussisset, deprehensusque in sacrilegio, concus su multitudinis esset in fugam versas; magna vi tempestatis oppressus, ac desertus à suis, à latronibus capiturs perductusque ad Grypum, interficitur. Grypus porro, recipi erato patrio regno, externisque periculis liberatus, insidiis matris appetitur. Quæ eum cupiditate dominationis, prodito marito Demetrio, & altero filio imperfecto, hujus quoque victoria-inferiorem dignitatem suam fastam doleret, venienti ab exercitacione poculum veneni obtulit. Sed Grypus, prædictis jam

CAP. II. 5. *Facetus iocis sacrilegium circumscr.*] Exempla talia vide Iupr. 24. 6. 4. Ceterum an & quatenus templorum opes in bellicas necessitates conferre liceat, docent bene fecusue dicta & facta apud Thucydidem, 2. 4. 7. cum seqq. & 4. 20. 9. Liuium, 5. 50. 7. & 21. 57. 10. Tacitum, 15. 45. 2. Val. Max. 7. 6. 4. &c. Bern.

6. *Ioue aur. simulacrum*] Arnobius lib. 6. aduersus gentes pag. 257. hoc sacrilegium tribuit *Antiocho Cyziceno*, quem ferunt decem cubitorum Iouem ex delubro aureum sustulisse, & ex arenae substituisse fucatum. Bern.

Infiniri ponderis] Clemens Alexandrinus Protr. f. 15. Α' τίςχΩ. Εἰ δὲ Κυζικεῖος δοπούλῳ Θρηματών τῷ Διός τῷ ἀγαλμα τὸ Χρυσέν πεντεγιδένα πιχάν τὸ μέσηθ θήσας στατέψας χωρίσας, καὶ τὸ ἄλις τὸ ἀπματέργες ψῆλε ἀγαλμα φραγελισίον ἐκείνα.

7. *Quæ cum &c.*] Simillimum exemplum est apud Liuium, 8. 18. cuius meminit quoque Val. Max. 2. 5. 3. & Orosius, 3. 10. Plura colligit Ph. Camerarius ceatur. 1. 9. quibus adde Paul. Diac. 2. 15.

*Cupiditate domin.*] ita supra, 37. 1. 4. CAP. III.

iam ante infidiis, veluti pietate cum matre certaret, bibere ipsam iubet, abnuenti instat. Postremum proato indice eam arguit, *solan defensionem sceleris superesse affirmans, se bibat, quod filio obtulit.* Sic victa regina scelere in se verso, veneno, quod alij parauerat, extinguitur. Parta igitur regni securitate, Grypus octo, annis quietem & ipse habuit, & regno praestitit. Na- 10  
tus deinde illi est æmulus regni, frater ipsius Cyzicenus, eadem matre genitus, sed ex Antiocho pa-  
trino susceptus, quem cum veneno tollere voluisset,  
ut maturius armis cum eo de regno contenderet, exci-  
tauit.

CAP. III. Inter has regni Syriæ parricidiales dil-  
cordias, moritur rex Ægypti Ptolemæus, regno  
Ægypti vxori & alteri ex filiis, quem illa legisset, re-  
lieto, videlicet quasi quietior Ægypti status, quam  
Syriæ regnum esset, quum mater altero ex filiis electo,  
alterum hostem esset habitura. Igitur cum pronior in 2  
minorem filium esset, à populo compellitur maio-  
rem eligere: cui prius quam regnum daret, vxorem  
ademit; compulsumque repudiare carissimam sibi  
sororem Cleopatram, minorem sororem Selenen du-  
cere iubet, non materno inter filias iudicio, cum alteri  
maritum eriperet, alteri daret. Sed Cleopatra non tam 3  
à viro repudiata, quam à matre diuortio viri dimissa,  
Cyziceno in Syria nubit: eique ne nudum vxoris  
nomen asserret, exercitum Cypri solicitatum, velut  
dotalem, ad maritum deducit. Par igitur viribus fra-  
tris Cyzicenus, prælium committit, ac vicit in fu-  
gam vertitur, Antiochiamque venit. Tunc Antio- 4  
chiam Grypus, in qua erat Cyziceni vxor Cleopa-  
tra, obsidere cœpit: qua capta, Tryphena vxor Gry-  
pi nihil antiquius quam sororem Cleopatram requiri  
iussit: non ut captiæ open ferret, sed ne effugere  
captiuitatis mala posset, quæ sui æmulatione in hoc  
potissimum regnum inuaserit, hostique sororis nuben-  
do hostem se eius effecerit. Tum peregrinos exercitus 5

in certamina fratrum adductos, tum repudiatam à fratre, contra matris voluntatem, extra Ægyptum nuptam  
 7 accusat. Contra Grypus orare, ne tam sedum facinus fas  
 cere cogatur : à nullo umquam maiorum suorum inter  
 tot domestica, tot externa bella, post victoriam in feminas  
 sauitum, quas sexus ipse, & periculis bellorum, & saui-  
 8 tia victorum eximat : in hac vero, prater commune bel-  
 lantium fas, accedere necessitudinem sanguinis : quippe  
 ipsius qua tam cruenta sauiat, sororem euidem germanam  
 9 esse, suam vero consobrinam: liberorum deinde com-  
 munium materteram. His tot necessitudinibus sanguini-  
 nis, adiicit superstitionem templi, quo abdita profuge-  
 rit, tantoque religiosus colendos sibi deos, quo magis his  
 propitiss ac fassentibus viciisset : tum neque occisa illa, se  
 virium quicquam Cyziceno dempturum, nec servaturam  
 10 redditia. Sed quanto Grypus abnuit, tanto soror muliebri  
 pertinacia acceditur, rata non misericordiae hæc ver-  
 ba, sed amoris esse. Itaque vocatis ipsa militibus, mittit  
 11 qui sororem confoderent. Qui ut in templum intraue-  
 runt, cum euellere eam non possent, manus amplexan-  
 tis deæ simulacrum præciderunt. Tunc Cleopatra exec-  
 cratione particidarum, mandata violatis numinibus vil-  
 12 tione sui, decedit. Nec multo post repetita prælij con-  
 gressione, vicit Cyzicenus uxoriem Grypi Tryphenā,

quæ

CAP. III. - Sexu ipse] Alexander apud Curtium: Cum caprius & fe-  
 minu gerere bellum non soleo, ar-  
 matu sit oporet que oderim. Val-  
 erius Maximus Munatij Flacci  
 in infantes & feminas efferratam  
 vocat crudelitatem & auditu etiā  
 intolerabilem. Ita & alij. Jure gen-  
 tium tamen illa cædes impunita  
 habetur. Ita fecerunt Thraces cap-  
 ta Mycaleso, teste Thucydide. Ita  
 Macedones Thebis, ita Romani  
 Ilurgi capta. Titus Iudorum li-  
 beros & feminas feris dilaniando  
 obiecit. Impune hæc secundum iu-  
 ra bellii, sed non secundum insti-  
 tum humanitatis.

8. Sororem euidem germ.] Malim ego interpongere & scribere, sororrem, & quidem germ. esse, quomo-  
 do erit oratio non paulo vehe-  
 mentior. Neque enim soror vteri-  
 na tantum, aut eodem patre, sed  
 maiores diuersa erat edita: sed vtro-  
 que parente eodem nata. Dicitur  
 enim à germine germanus Festus:  
 Germen est, quod ex arborum sur-  
 culis nascitur: unde & germani,  
 quasi eadem stirpe geniti. Mo-  
 dius.

10. Muliebri pertinacia] Auctor  
 supr. 24. 2. 13. Feminarum concu-  
 maces animi. Elliptice dictum, qua-  
 to, pro quanto magis.

CAP. IV.

quæ paulo ante sororem interfecerat, capit; ejusque suppicio vxoris manibus parentauit.

CAP. IV. At in Ægypto Cleopatra cum grauaretur 1 socio regni, filio Ptolemæo, populum in eum incitat; abductaque ei Selene uxore, eo indignius, quod ex Selene iam duos filios habebat, exulare cogit, arcessito minore filio Alexandro, & rege in locum frattis constituto: nec filium regno expulisse contenta, bello Cypri 2 exulantem persequitur. Vnde pulso, interficit ducem exercitus sui, quod viuum eum è manibus dimisisset: quanquam Ptolemæus verecundia materni belli, non viribus minor ab insula recessisset. Igitur Alexander 3 territus hac matri crudelitate, & ipse eam reliquit, periculoso regno securam ac tutam vitâ anteponens. Cleopatra vero timens, ne maior filius Ptolemæus ab Cyziceno 4 ad reciperandam Ægyptum auxiliis iunaretur, ingentia Grypo auxilia, & Selenè uxorem nupturam hosti prioris mariti, mittit, Alexandrumque filium per legatos in regnum reuocat: coi cù occultis insidiis exitiū machinaretur, occupata ab eodem interficitur, spiritumque non fato, sed parricidio dedit: digna prorsus hac 5 mortis infamia, quæ etiam matrem toro expulit; & duas filias viduas alterno fratrum matrimonio fecit, & filio alteri in exilium acto bellum intulit, alteri erepto regno exitium per infidias machinata est.

CAP. V. Sed nec Alexando cædes tam nefanda inulta fuit. Nam ubi primum compertum est, scelere filij matrem perfectam, concursu populi in exilium agitur, reuocatoque Ptolemæo regnum redditur: qui neque cum matre bellum gerere voleisset, nec à fratre armis

CAP. IV. 1. Arcessito minore filio  
Al. Contra ius gentium, & nominatum Aegyptiorum. Nam etiam apud hos viguisse ius primogeniture, nec à Ptolemais introductum, sed ab ultima Pharaonis

num memoria obseruatum fuisse, patet ex his quæ leguntur Exodi 11. 5. Occidam omne primogenitum, à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius, usque, &c. Bern.

2 mis repetere, quod prior possedisset. Dum hæc aguntur,  
 frater eius ex pellice suscepimus, cui pater Cyrenaicum re-  
 gnum testamento reliquerat, herede populo Romano  
 3 instituto, decedit. Iam enim fortuna Romana porrige-  
 re se ad Orientalia regna, non cōtenta Italiae terminis,  
 cœperat. Itaque & ea pars Libyæ prouincia facta est:  
 postea Creta, Ciliciaque piratico bello perdomitæ, in  
 4 formam prouinciarum rediguntur. Quo facto, & Syriæ, &  
 Ægypti regna, Romana vicinitate attata, quæ incremē-  
 ta de finitimis bellis quætere solebant, adempto vagan-  
 di arbitrio, vires suas in perniciem mutuam conueite-  
 5 runt: Adeo, ut assiduis præliis consumpti, in contemp-  
 tum finitimorum veneriat, præda que Arabum genti,  
 6 imbelli antea fuerint. Quorum rex Erotimus, fiducia  
 fe

CAP. V. 2. Frater eius ex pellice] Ptolemyus Apio dictus, populum Rom. testamēto heredem reliquit, Eusebius in Chronicis. Bitem Appianus in fine Mithrid. Bern.

3. Prouincia facta ] Atqui eius regni ciuitates liberas esse senatus voluit, Liuiana epitoma lib. 70. contra auctorem nostrum. B. Signius de antiquo iure prouinciar. 1. 16. contradictionem hanc ita conciliat Cyrenos, liberos à Senatu relictos, post à tyrannis oppressos esse: arque inde populum Rom. Cyrenaicæ in prouinciam redigendam occasionem arripuisse. Bern.

Crera Ciliciaque] Bellum piraticum & maritimum à P. Servilio, qui, expugnato Isauro arce Cilicæ, Isaurici cognomè reportauit, ceptum, Pompeius confecit, mira felicitate & celeritate, intra xii diem nimiram aut, vt alij, intra xlii. Vide Plutarchum, Appianus, Ciceronem pro lege Manilia, Cretam Q. Cæcilius Metellus debellauit, qui inde Creticus. Florus, 3. 7. Bang.

5. Arabum genti] Arabes Homero Ἰψηλοί. Nam certo certius est, qui Homero vocantur Ἰψηλοί,

esse ipsi simos eos, quos posterior Græ. orum etas Αἰγύπτιοι vocavit. Rufus vetus poëta apud Galenum, Ladanum ἡγαῖον ἵβαλον nasci tradit, qui sunt Arabes. Celebre quippe est Ladanum Arabicum, Salmasius. Idē Strabo in t. h. bet, qui & Possidonium in hac fuisse sententia tradit extremo libro xvi. Dionysio quoque in Ἀράβωνι pars sunt Arabi. Sed si si Arabes dicti ab Ereb, tanquam Occidentales, à quibus nomen hoc acceperunt? Num à Persis? Sed lingua horum alia. An à Syris vel Babylonii? At his sunt circa meridiem. Nū ab Aegyptiis? Atqui illis sunt ab ortu. Quare potius censeo, primo Arabes dictos qui Arabi desertum incolunt: hinc nomen etiā alijs tributum. Quanquam non absurde dixeris, sic vocari Arabiam, quasi colluuiem hominum. Quippe etiam Σῆνη mystico mixtura.

6. Quorum rex Erotimus.] Non dubito quin hic sit Aratas, vt ab aliis vocatur. Meminit eius Iosephus: erat autem hic filius Obodæ, vt testatur Stephanus, in Αὐλαῖα. Vess.

septingentorum filiorum, quos ex pellicibus suscep-  
rat, diuisis exercitibus, nunc Ægyptum, nunc Syriam in-  
festabat: magnumque nomen Arabum, viribus finiti-  
morum exsanguibus, fecerat.

## LIBER XL.

## B R E V I A R I U M C A P I T U M .

1. Syri Tigranem Armenium regem sibi deligunt.  
3. Victo Tigrane, Antiochus, Cyziceni filius, creatus  
rex Syriae, quem postea in provincia formum re-  
digitur.

## C A P. I.

**M**ens fratri odiis, & mox filiis inimicitiis parentū succedētibus, cum inexpiabili bello, & reges, & regnū Syriae consumptū es-  
set, ad externa populus auxilia cōcūrrit, pe-  
regrinosque sibi reges circumspicere cœpit. Itaque cū pars Mithridatem Ponticum, pars Ptolemæū ab Ægypto arcessendum censeret: occurseretque quod Mithridates implicitus bello Romano esset, Ptolemæus quo-  
que semper hostis fuisse Syriae; omnes in Tigranē re-  
gem Armeniae consensere, instructum præter domesti-  
cas

C A P. I. 1. Inimicitiis parentē-  
succed.] More prisorum Germanorū aūd. quos suscipere: am  
inimicitius seu parr̄is, seu propin-  
qui, quam amicuia necessitate. Ta-  
citus Germ. c. 2. Quomodo Cato  
maior, quum in adolescentem, qui  
defuncti patris inimicum inuolue-  
rat infamia, in foro post iudicium  
ambulantem incidisset, dextera  
data dixit: ita parentibus esse pa-  
renteānum: non agnū, non hadie,  
sed inimicorum lacrimis danū  
nombisque. Plutarch. in Catone  
majore, c. 2. Seneca tamen de ira,

2. 34. pronuntiat nihil iniquius,  
quam aliquem heredem paterni  
odij fieri. Bern.

3. In Tigranem ] Tigranes Syria  
ultra Euphratēm & Cilicia poti-  
tus, rex regum dictus est; Ap-  
ianus Syriac pag. 118. Strabo in  
fine libri II. Eo à Lucullo supe-  
rato, Antiochus, Ἀντίοχες. hoc est,  
Pius dictus, Cyziceni filius, Syria  
non insuris imperauit. Duxerat is  
patris uxorem Selenem, quin  
deinde Tigranes interfecit. Strabo  
lib. 16. Bong.

cas vires, & Parthica societate, & Mithridatis affinitate.

4 Igitur accitus in regnum Syriae, per xviii annos tranquillissimo regno potitus est: neque bello aliqui la-cessere, neque laceratus inseire alij bellum necesse ha-  
buit.

1 C A P. II. Sed sicut ab hostibus tuta Syria fuit, ita terræmotu vastata est, quo centum septuaginta millia hominum, & multæ vibes perierunt. Quod prodigium mutationem rerum portendere ait spes responderunt.  
 2 Igitur Tigrane à Lucullo victo, rex Syriae Antiochus,  
 3 Cyziceni filius, ab eodem Lucullo appellatur. Sed quod  
 Lucullus dederat, postea ademit Pompeius: qui po-  
 scenti regnum respondit, ne violenti quidem Syria, ne-  
 dum recusanti, daturum se regem, qui xviii annos, qui-  
 bus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Cilicia latuerit:  
 victo autem eodem Tigrane à Romanis, alieni operis præ-  
 4 mia postulet. Igitur ut habent regnum non ademerit;  
 ista, quo cesserit Tigrani, non daturum, quod tueri nef-  
 ciat: ne rursus Syriam Indorum & Arabum lutrocinis-  
 5 infestam reddat. Atque ita Syriam in prouinciae for-  
 man redigit: paulatimque Oriens Romanorum, dis-  
 cordia consanguinorum regum, factus est.

C A P. III. 3. Ademit Pompe-  
 ius] Quia videlicet iniquum esset,  
 postquam veteres reges semel Ti-  
 granis armis pulsi fuere Syria,  
 nunc eam Seleucidis vicitis cedere  
 potius, quam Romanis victoribus.  
 Appianus Syr. pag. 119. b. De Lu-  
 culli autem & Pompeij rebus in  
 Syria contra Mithridatem & Ti-  
 granem gestis, lege prater Appia.

num, Plutarchum in utriusque vi-  
 ta, & Dionem. Bong.

Victo autem eodem anno ab  
 urbe condita, DCC XCIX. consuli-  
 bus Tullio Cicerone, & C. Anto-  
 nio. Orosius.

Alieni operi præm.] Fabius apud  
 Liuium, 10. 24. 8. quam arboreum  
 conseruisset, sub ea legere alios fru-  
 itum, indignum esse dixit.

## LIBER XLI.

## BREVILARIVM CAPITVM.

- 1 Parthorum origo, nominis obscuritas, successus, imperium.
- 2 Regni Parthici administratio. Parthorum sermo, vestes, arma, exercitus, preliandi mos.
- 3 Mores domestici, sepultura, religio, ingenium, virtutes & vicia.
- 4 Parthorum regum res gestae pancia describuntur.
- 5 Arsacis sapientissimi Parthorum regis usus & mors placida.
- 6 Baltriani regni status sub Eucratide, qui à filio originatur. Parthorum bellici successus.

## C A P . I .

**P**arthi, penes quos, velut divisione Orbis cum Romanis facta, nunc Orientis imperium est, Scytharum exules fuere. Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur. Nam Scythico sermone Parthi, exules dicuntur. Hi & Assyriorum & Medorum temporibus, inter Orientis populos obscurissimi fuere. Postea quoque cum imperium Orientis à Medis ad Persas translatum est, veluti vulgus sine nomine, præda victorum fuere. Postremo

Macedonibus

CAP. I. 1. *Parthi*] Vide Strabonem lib. 11. & Dionysium, & que in eum notauit Eustathius, & Agathiam lib. 2. & Iornandem, qui hunc locum citat ex Togo Pompeio. Strabo eos dicit Romanorum potentia quodanmodo esse pares. B. Adde cum primis Amm. Marcellinum, 23. 16. Bern.

2. *Scythico serm. Parthi exules*] Nam parthi Scythica, seu ut Iornandes de reb. Get. c. 6. specialius exprimit, Goths, hoc est, Germanicæ sunt originis. Bern.

*Parthi*] parthi & Persæ secundum varietatem dialecti idem sunt, ut Orientalium linguarum periti annotarunt. Pars siue Περσῶν Equitem denotat. Celebres autem Parthi equites.

4.5.6. *Cum imperium Orient.*] sic omnia veri  
Cernimus, acque alias assumere  
pondera gentes.  
Concidere has.  
Quid. Metam. 15. vers. 410.

6 Macedonibus triumphato Oriente seruierunt: ut cuiusvis  
mirum videatur, ad tantam eos felicitatem per virtutem  
proiectos, ut imperent gentibus, sub quarum imperio veluti seruile vulgus fuere. A Romanis quoque,  
7 trinis bellis, per maximos duces, florentissimis temporibus lacesiti, soli ex omnibus gentibus non pares so-  
lum, verum etiam victores fuere: quanquam plus gloriæ sit, inter Assyria & Medica Persicaque, memorata olim regna, & opulentissimum mille urbium Bætrianum imperium emergere potuisse, quam longinqua  
9 bella viciisse; præterea cum graibus Scythicis, & vicinalibus bellis asidue vexati, variis periculorum certaminibus uirgerentur. Hi domesticis seditionibus Scythia pulsi, solitudines inter Hyrcaniam, & Dahas, &  
Arios, & Spartanos, & Margianos fuitim occupauerent.  
11 Fines deinde, non intercedentibus primo finitimiis, postea etiam prohibentibus, in tantum protulere, ut non immensa tantum ac profunda camporum, verum etiam prærupta collum, montiumque ardua occupauerint.  
12 Ex quo fit, ut Parthiæ pleraque finium aut æstus, aut frigoris magnitudo, possideat: quippe cum montes nix, & campos æstus, infestet.

## I C A P. II. Administratio gentis post defectionem Macedonici

7. *Trinis bellis, per max. duces]*  
Crassum & Antonium: tertium adhuc quero. An Cesennium  
Patum? Sed is inferior xstate Trogi. Itaque binis forte rectius  
legas. Bern.

10. *Et Dahas]* Veterum librorum mss. lectionem exhibui. Legendum autem, & Dahas, & Arios, & Arianos, & Margianos, ex Strabone, Ptolemaeo, & Plinio, 6. 25. vbi Parhi, inquit, habent ab orru Arios, à meridie Carmaniam & Arianos. B. Hanc emendationem Bongarsij confirmat & Salmonius in Solinum, pag. 1198. A. 2. Eorne.

*Arios]* Distinguit Arios & Asia-

nos Plinius: etenim & Ariorum nomine peculiaris satrapia intelligitur, quam Strabo & Ptolemaeus aliquique Ariam appellant. Nonnulli quatuor satrapias, Gedrosos, Arachoras, Arios, paropamisadas, Ariorum esse censent. Atque hi A'genus Dionysio.

11. *Intercedentibus]* Hoc est, vetantibus, vox tribunitia. Intercedimus verbo: prohibemus manus & opere. Bern.

*Profunda campor.* ] Vide Flori Indicem, in diversa terrarum. Ita supr. 38. 1. 8. Legendum videbarur incerta belli; quod ipsum est in Tacito, 4. 23. 6.

Macedonici imperij, sub regibus fuit. Proximus maje- 2  
stati regum, populoꝝ ordo est: ex hoc duces in bello,  
ex hoc rectores in pace habent. Secundo his inter Scy- 3:  
thicum Medicumque medius, & utrisque mixtus. Vestis 4  
olim sui moris; posteaquam accessere opes; ut Medis  
perlucida ac fluida. Armorum patrius ac Scythicus mos.  
Exercitum non ut alia gentes liberorum, sed majorem 5  
partem seruorum habeunt: quorum vulgus, nulli manu-  
mittendi potestate permissa, ac per hoc omnibus seruis  
nascetibus, in dies crescit. Hos pari ac liberos suos cura  
habent: & equitare & sagittare magna industria do-  
cent. Locupletissimus ut quisque est, ita plures in bello 6  
equites regi suo prebet. Denique Antonio bellum Par-  
this inferenti, cum quinquaginta millia equitum occu-  
terent, soli cccc liberi fuere. Cominus in acie praeliari, 7  
aut obfessas expugnare vrbes nesciunt. Pugnam autem

pro

CAP. II.3. Et utrisque.] Forte  
ex utrisque. Freinsh.

4. Vestis olim sui moris, postea-  
quam accessere opes, ut Medis pel-  
lucida ] Julianus ἐπιγράψατε, in  
oratione de Constantij gestis;  
διατέλεσθαι καὶ ξεπιμηντεῖται ταῦτα  
Περονῷ, εἰς δὲ τὸν τόπον, μηδενὶ,  
Παρθενίοις τομιζέσθαι. Πέπονται ἐπὶ<sup>τὸν</sup>  
τοῦ περσοτοιχίου, ταῦτα τοι καὶ  
τοῦ Μαδικῆς χωραῖς. Statim  
post apud Iustinum sequitur:  
Armorum Scythicus ac patrius  
mos. Quod forsitan Trogus suo ve-  
rum fuit, sed Juliani non item. Ait  
enim ille, quod Parthi, οὐ μάχα-  
τορχονται, οὐ μειον Μάδοι, οὐ τολο-  
τερογάλλοιροι τοινοι, οὐ ιδιά-  
ματη διπλούσοι, οὐ αἰλυρότοι.  
Voss.

Medis perlucida] Procop. libr. I.  
Bellum pericli vestem serico confe-  
ctam Medicam dictam testatur.  
Medicam vestem purpuream fui-  
se demonstrat Xenophon l. I. Cyri  
Vitez, vbi & qui habitus cultusque

Medorum effet, graphice ostendit.

Fluida] Tacitus Germ. c. 17. Veste  
distinguuntur non fluvianee, sicut  
Sarmatae ac Parthi, sed stricta. Lu-  
canus 8. 267.

Ilic & laxas vestes & fluxari-  
orum Velamenta vides. ----

De vestitu Persarum ac Medorum  
vnde Parthi suum accepere, multa  
arissionis regni pers. lib. 2 Bern.

5. Majorem partem seruorum  
habent.] MSS. præferunt, seruitio-  
rum. Quod prob. Ita enim semper  
solet Iustinus. Voss.

Equitare & sagittare] Et hoc ex  
instituto Persarum hausere, de  
quibus Herodotus, I. 126. Liberos  
suos, à quinto anno incipientes  
usque ad vicesimum, tribus tan-  
tum instituunt, equitare, arcu sa-  
gittare excutere, vera loqui. Porro  
ne quis de Latinitate verbis sagit-  
tare dubitet, vtitur eo quoque  
Curtius, 7. 5. 64. Bern.

7. Obfessas expugn. urb.] Luca-  
nus 8. 177.

Non aries illis, non ulla est ma-  
china bellis.

Hausd. 1

procurentibus equis, aut terga dantibus : s<sup>e</sup>pe etiam fugam simulant, vt incautiores adue*su*n vulnera inse-  
8 quentes habeant. Signum in prælio non tuba, sed tym-  
pano datur. Nec pugnare diu possunt : ceterum intole-  
9 randi forent, si quantus his impetus est, vis tanta & per-  
seuerantia esset. Plerumque in ipso ardore certaminis  
10 prælia deserunt, ac paulo post, pugnam ex fuga repe-  
tunt, vt, cum maxime viciſſe te putes, tunc tibi discri-  
men subeundum sit. Munitamentum iſpis equisque lorice  
plumata sunt, quæ utrumque toto corpore tegunt. Aut i  
argentique nullus nisi in armis usus.

## CAP. III.

Haud fossas implere valent :  
Parthoque sequente

*μητερα φόβοι, fugiendi rite p-*  
*eritum appellat. Bern.*

Muru erit, quodcumque potest  
obſtrare sagittas.

8. Tympano ] Instrumentum ex  
vna parte planum, membrana  
clausum, intus vacuum, quod ba-  
culo pulsatur.

Tacitus, 12.47.4. Nihil eam igna-  
rum barbaris, quam machinamen-  
ta & astus oppugnationum Adde  
de Gothis Marcellinum, 31. 18.  
& 22.

Nec pugnare diu poss. &c.] Facit  
tales & Germanos Germanicus  
apud Tacitum, 2. 14. 8. ipſeque  
Tacitus Germ. 4. 2. Par clogium  
Gallorum in Lilio, 10.28.4. & Flo-  
to, 2.4.2. Bern.

Fugam simulante] Tacitus, 6.35.  
2. cum Parthiā sequi vel fugere  
pari aree suetus, distractaberet tur-  
mas, spatiū istib⁹ quereret. At-  
que de hac fugae simulatione ca-  
picadum illud Propertij, 1.8.54.

10. Lorica plumata] Hoc est, ex  
laminis ferreis in modum plute  
factis conserua. Virgil. Aen. 11.770.

Parhorum astuta tela remissa  
fuge.

Spumanteremque agitabat equū,  
quem pellu abenis

Quem ad locum vide notata ab  
eruditissimo Gebhardo : quibus  
adde Lucanum, 8.376. Plutarchum  
Crasso c.46. Appianum Parth. pag.  
144. Ceterum hoc astuta fugae  
genus tribuit etiam Aetolis Thu-  
cydides, 3.15.18. Persis Xenophon  
lib.3. exp. Cyr. pag. 306. d. Thessalis  
Curtius, 3. 11. 26. Germanis, &  
principue Cattis, Tacitus, 1. 16. 8. &  
Germ. 6. 8. Sed & Plato in Lachete  
Scytharum exemplum, qui fugien-  
tes, non stantes, cum hoste pu-  
gnant; adducit contra fortitudinis  
imperfectam illam descriptionem,  
quod sit ea vis, qua quis in acie  
stans, fortiter pugnat. Homer-  
rus item illiad. 8. 108. Aeneam  
hoc nomine commendans,

In plumbum squammis auro  
conserua regebat.

Vbi Seruum vide : præterea  
Turnebium Aduers. 11.25. Lipsium  
de mil. Rom. 3.6. & Stevvechium  
in Veget. 3.23. Bern.

Lorica plumata ] plumbæ simili-  
tudinem Sallustius & Iustinus ex-  
pressere, quam alij plerumque  
squaminam vocant, unde & squa-  
matæ lorice. Certe non differunt  
squamatæ & plumbæ specie mo-  
doque contextus. Utramque li-  
militudinem Maro junxit libr.  
x. sub finem, addens materiem  
zeneam.

Spumanteremque agitabat equū,  
quem pellu abenis

CAP. III. Vxores dulcedine variæ libidinis singuli plures habent: nec vlla delicta adulterio grauius vindicant. Quamobrem feminis non coniuicia tantum virorum, verum etiam conspectum interdicunt. Carne non nisi venatibus quæsita vescuntur. Equis omni tempore vstantur: illis bella; illis coniuicia; illis publica ac priuata officia obeunt: super illos ire, consistere, mercari, colloqui. Hoc denique discrimen inter seruos libertosque est, quod servi pedibus, liberi non nisi equis incedunt. Sepultura vulgo, aut aurium, aut canum laniatus est.

*In plumam squammū autē conserua regebat.*

De Equitibus. non ita mirum; sed illud, equos similiter ferro totos quidem & viisque ad vnguis testos fuisse. Egregius Claudianus, in Rufinam de lamellis consutis:

*Flexilis induxit hamatur lamina membris.*

*Horribilis visu: credas simulacra moueri.*

*Ferrea, cognatoque viro spirare metallo.*

*Pars vestitus equis.*

Hæc facere olim equorum equitumque munimenta & tegumenta, an verius impedimenta. Nam certa pondus subinde & rigor etiam si squammata essent, impediabant inserre vulnera, que atque accipere. Tacitus lib. 1. Histor. de Sarmatarum armatura: Tegmen ferreis laminis, aut præduro corio conservatum, ut aduersus ictus impenetrabile, ita impetu hostium prouolutis inhabile ad resurgentum. De his ita Vegetius libr. 111. capit. xxii. Cataphracti equites propter munimina, quæ gerunt, à vulneribus quidem tuti, sed propter impedimentum & pondus armorum capi eos facile est.

CAP. III. 2. *Feminū non conuēscit.* &c. Jyde Noram. 7. 3. 3.

3. *Venatibus* De Parthorum acri studio venandi meminist. & Hero-

dianus l. 6. Vnde Vononem apud Augustum, cui à pharbate obes datus fuerat, educatum, petitum Roma acceptumque regem, quamnis gentis Arsacidarum, ut exterrnum tam ea alspernatos Parthos. Tacitus Annal. 2. 1. narrans, addit. Accendebat dedignantes & ipso diversi à majorum instituti, ratō venatu, segni equorum cura. Suetonius in Calig. ait. Regum regem (hoc est, Parthicum) ad indicium maximū luctu, exercitatione venandi abstinuisse. Bern.

5. *Sepulcra &c.* ] Etiam iuhumanus hic humandi ritus al Parthos defluxit à Persis, de quibus Herodotus. 1. 143. cumque postea quoque Persarum temporibus in vlo fuisse patet ex Procopio lib. 1. Pers. & Agathia lib. 2. Consulendi, Cicero Tuscul. 1. 44. & 45. Ioh. Kirchman. in Append. ad lib. de fun. Rom. cap. 1. C. Barthius Aduersar. 49. 10. Bern.

*Sepulcra vulgo, aut aurium, aut canum laniatus est.* ] Perperam puto hunc morem, Parthis attribui, cum is Hyrcanorum proprius sit. Scio quidem idem fere Herodotum asserere de Persis: οἱ πέτραι τοις ἀνδράσι πέτραις οὐκ εἰσὶ καὶ οὐδὲ τοις οὐκ εἰσὶ τοις. De canibus neicio, an veram sit. De auribus constat. Quamvis idem habeant & alijs: Moris

6 est. Nuda demum ossa terra obruunt. In superstitionibus atque cura deorum, præcipua omnibus veneratio est.  
 7 Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulentia, procacia: quippe violentia viris, mansuetudinem mulieribus affi-  
 8 gnant. Semper autem in externos aut in domesticos motus inquieti: natura taciti: ad faciendum, quam ad dicendum promptiores: proinde secunda aduersaque silentio tegunt. Principibus metu, non pudore parent. In libidinē  
 9 projecti, in cibum parci. Fides dictis promissisque nulla,  
 10 nisi quatenus expedit.

11 CAP. IV. Post mortem Alexandri Magni, cum inter successores eius Orientis regna diuiderentur, nullo Macedonum dignante Parthorum imperium, Stagno-  
 12 ri externo socio traditur. H̄ postea deductis Macedo-  
 nibus in bellum ciuale, cum ceteris superioris Asiae po-  
 pulis

Moris enim semper fuit Persis, sine Parthis, ut immatura morte defunctis, oculosque lacte obligerent: inde equo impositos, instigatoque eo, coruorum praede exponerent. Quod si ab iis, quibus eius rei negotium incumbet, animaduersum tuisset, dextrum eius oculum prius à coruis laceratum, felicem judicabant; sinistrum, contra. Cum senibus alter agebatur. Eos enim ad montana deferebant, fameque enecabant: & omnes, qui hoc fato defungentur, felices existimabantur. Strabo, qui Caspiis illud tribuit, videtur hæc duo mortis genera confundisse. Ait enim lib. x. r. Kadossi ἢ τές ωτός ἐδομέ-  
 νοντα ἔτη λιμοκτονίσατες, τις  
 τέλιοι ἵπαιιαν εὐτελέσσιν ἀποτελεύ-  
 ἤ σκοτίωστες, οἳ τούτην ὡτὸν ὀφ-  
 εῖσθαι κατέστησιν δότον τοινούς  
 ἕποντας πανταχούς θάνατον, οἵ περ ιερ-  
 ὅς δότον μηδέποτες, μηδεσδιμονί-  
 ζοι. Vide etiam Petrum Teixeram in  
 compendio Mircondi. Voss.

8. Ad faciendum, quam &c.]  
 Sallust. Catil. 8. 6. de Romanis:  
 Opacum quisque facere quam di-  
 cere malebat. Attm. Marcellin. 21.  
 8. I. lū audire quam loqui militem  
 decet, attribue coalitum glorioſis.  
 Addit. notam; 2. 10. 23.

9. In libidinem projecti.] Quo-  
 argumento dissuaserunt amici  
 Pompeio fugienti Coraeliā uxori-  
 rem formosam ad Parthos duce-  
 re. Plutarch. Pomp. c. 126. & Appia-  
 nus bell. ciuil. lib. 2. Bern.

10. Quarantia expedit] Pestilens  
 Lysondi dictum apud Plutarchū  
 apophtheg. Lacon. cap. 94. Veritate  
 nihil meliorē esse mendacio:  
 sed veriusque dignitatem & pre-  
 cium VSV definiri.

CAP. IV. 1. Seagnori] Le-  
 gendum Seagnori; ut Iupra, 11. 4.  
 2. cui tamen Dranias & Arios  
 tribuit, (vt & Diodorus, 18. 3.)  
 Parthos autem Nicanori assignauit.  
 Diodorus Parthiam & Hyrcaniā  
 Phratafernī euensiſe refert:  
 & Strabo à Macedonibus Hyrcaniā  
 Parthiæ junctam scribit.  
 Bong.

2. Deductu] Forte diductu. Fr.  
 3. Bronz.

populis Eumenem sequuntur: quo victo, ad Antigonum transire. Post hunc à Nicatore Seleuco, ac mox ab Antiocho & successoribus eius posselli: à cuius pronepote Seleuco primum defecere, primo Panico bello, L. Manlio Balsone, M. Attilio Regulo, consulibus. Huius defectionis impunitatē illis duorum fratrum regū, Seleuci & Antiochi, discordia dedit: qui dum sibi in hic eripere regnum volunt, persequi defectores omiserunt. Eodē tempore etiam Thcodotus mille urbium Bactrianarum praefectus, defecit, regemque se appellari iussit: quod exemplum sequuti totius Orientis populi, à Macedonibus defecere. Erat eo tempore Arsaces, vir,

6

sicut

3. Pronepote Seleuco] Male, ne-  
pos enim fuit, ipso Iustino teste. Hic enim Seleucus, Antiochi filius est, 27.11. hic vero Seleuci primi sue Nicatoris, 17.2.10. Freinsh.

Balsone, M. Attilio] Vett. plerique Balsone Legendum Vulsonem. In fastis est C. Attilius, non M. Attilius. [In fastis Capitolinis à Pighio suppletis, est M. Attilius.] Constitutum est Parthorum imperium, & conditum, Seleuco Callinico Asiam obtinente. Strabo lib. 21. Eusebius Chronicus, Lubet adscribere ortum regni Parthici ex Georgij Monachij Chronicō, cuius inihi copiam fecit præstantissimus vir Fr. Pittheus. Συνιετούσι Αρσακούς ιβανέντες Αρτιστρούς οὐ πελαγεῖς: Καλλίνικούς, οὐ δυοὺς καὶ Σέλευκούς. Et paullo post: Επὶ τέτετος τοῦ Αρτόπολης Πέρσης τὸ Μακεδόνων τὸ Λαντίσχων πράξης επέστησεν οὐτοὺς τελευταὶ Σοῦ Αλεξανδρού τὸ κτίσμα σὸν τοιαύτην αἰτίαν, Αρσάκεις περιεγένετο τὸ Περσῶν Αρτιστρούς ξενοτεκνούς τὸν Βακτρίων, τὸν Αγαθοκλέα Μακεδόνας ιππάρχου τὸν Περσούν. οὐ Αγαθο-

κλῆς ἐγενήσεται. Τηρούσατο τὸν Αρτιστρούς φησιν οὐτοὶ τῷ οὐδελφῷ τοι τὸν οἰκισμὸν σπεύσατο τὸν οἰκισμὸν, στρατιώτες αὐτοῦ διατελεῖσθαι, οὐτοῖς οὐδὲ τοῖς Αρτιστρούς οὐδὲ τοῖς Περσῶν Αρτιστρούς, αὐτοὶ δὲ οἱ Περσῶν θεοί τοις Αρτιστρούς αὐτοῖς ιχνημάτισκοι, εἴ τι β. τοις οὐρανίστροι τοις μετ' αὐτοῖς Τηρούσατο τὸν οὐδελφός εἴ τι λόγος Ιντεργροῦ λογού adscripti, quia editus non est, & narrationem continet memoria dignam. Bong. Hisce Sudas obstrigillat, qui scribit. Arsace Parthum, imperio Persarum posuit anno 293. (scilicet ab initio Cyri) eisīs Macedonibus, regnum Parthis tradidisse. Atqui ille annus 293. abest à Consulatu Vulsonis & Reguli quem Noster terminum statuit) annis 17. Maior discrepantia apud Amianum Marcellinum, 23. 16. qui Seleucum Nicatora ab hoc Arsace debellatum prohibet, ac tum Arsacidatum imperium iniisse. Tacitus Histor. 5.8.4. sub Antiocho Epiphane hoc continguisse refert. Bern.

5. Theodorus] Straboni Διόδοτος lib. 11. pag. 355. 20. B.

6. Arsaces, vir, sicut incerta origines, ita virtutis experientia Doctissimus

sicut incertæ originis, ita virtutis expertæ. Hic solitus latrociniis & rapto viuere, accepta opinione, Seleucum à Gallis in Asia vinctum, solutus regis metu, cum præiōnum manu Parthos ingressus, præfectum eorum Andragoram oppressit; sublatoque eo, imperium gentis inuasit. Non magno deinde post tempore, Hyrcanorum quoque regnum occupauit: atque ita duarum ciuitatiū imperio præditus, grandem exercitum parat, metu Seleuci & Theodoti Bætrianorum regis. Sed cito, morte Theodoti, metu liberatus; cū filio eius & ipso Theodoto fœdus ac pacem fecit: nec multo post, cum Seleuco rege, alii defectores persequendos veniente, congressus, victor fuit: quem diem Parthi exinde solennem, velut initium libertatis, obseruant.

CAP.V. Reuocato deinde Seleuco nouis motibus in Asiam, dato laxamento, regnum Parthicum format, militem legit, castella munit, ciuitates firmat. Vrbem quoque nomine Darā, in monte Zapaortenon condit: cuius loci ea conditio est, vt neque munitius quicquam esse, neque amoenius possit. Ita enim & præruptis rupibus

sumus Schicardus in Tarich regum Persicæ, putabat originem trahere Arsiacem à Dario Codomanno: quod tamen non videtur. Nam in Chronico Persico: quod penes Cl. Elichmannum est, dicitur esse ex semine Chaichosrou, qui est Cyrus. Pater vero eius vocatur Darāius quidam. Quz potuit erroris causa fuisse. Voss.

Incerte originu] Georgius Monachus in altare iam modo loco dicit, Arsiacē & fratrem Tiridatem ab Artaxerxe Persarum rege, genus ducere.

7. Andragoram] Vnum ex Andragoræ posteris, de quo supr. 12. 4. 12. quem Arrianus lib. 3. Ammianopen vocat. Georgius hunc vocat Agathoclem. Bong.

8. Imperio præditu] Sallustiana phrasis: Catil. 5. 1. 13. Qui imperio præditu, in excelsis aratrem agune.

CAP.V.2. Daram, in monte Zapaortenon] Scripturam veterē exp̄ressi, vt ex ea veram lectionem quilibet assiqui conetur. Pro Daram, putauit aliquando legendum Choaram, ex Plinij lib. 6. 15. sed videat lector: ac ex cap. 16. facilius possit erui vera lectio. A Caspīus, inquit, Orientem versus regio est Zapaortene dicta, & in ea ferreliatu inclīta locus Dariū dictus. Ibi Hermolaus Dasan hoc loco legit, non Daram. B. Vide Salmai, in Solin. 9. 2. b. Bern.

Vrbem a nomine Daram, in monte Zapaortenou condit] Supra quoque meminimus Dara, vt nos ostēdimus. Hoc vero loco pro Dara, doctissimus Schicardus ex sua Tarich Persica, putabat rescribendum, Asca, quod reperisset Arsiacem urbem condidisse, quā de suo nomine appellari. Sed hac alia est. Dara enim

bus vndique cingitur, ut tutela loci nullis defensoribus  
egeat: & soli circumiacentis tanta ubertas est, ut pro-  
priis opibus expleatur. Iam fontium ac siluarum ea co-  
pia est, ut & aquarum abundantia irrigetur, & venatio-  
num voluptatibus exornetur. Sic Arsaces, quæsito simul  
constitutoque regno, non minus memorabilis Parthis,  
quam Persis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis  
Romulus, matura senectute decedit. Cuius memoriæ  
hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde re-  
ges suos *Arsacis* nomine nuncupent. Huius filius &

7 successor

ad Caspias pylas, hæc vero in Hyrcania. Videtur huius meminisse  
Hidorus Characenus. Εντούτοις  
Αρσακον σχενοί εἰσι τοῦ μεταπολεμούσος  
τοῦ αἰεὶ ταῦται μοι πολικὸς ἡ Αρσακον  
εἴσι τοῦ Αρσακον τοῦ τοῦ Βασιλέως τοῦ Πατέρος τοῦ Αρσακον  
ινταῦτα τοῦ προστάτος. Ita enim  
legendus est ille locus. Alij tamen  
Arsaciām vocant urbem illam, &  
eandem Aragras, Europum, Du-  
ram faciunt. Sed plures suo nomi-  
ne insignitas urbes constat Ará-  
cem condidisse. Verum hæc con-  
fusissima Voss.

5. *Arsacu nomine*] Apud Par-  
thos, inquit Strabo lib. 15. pag.  
483. 33. omnes *Arsaca* nominan-  
tur: priuatum vero alias *Orodes*,  
alius *Ihrasaces*, aliis aliter. Bong.

*Arsacu &c.*] Seruius ad illa Vir-  
gili: Aen. 12. 529.

*Murrhanum hic, et cauos & auo-*  
*rūm antiqua sōnancem*  
*Nomina, per regesque actum gēnū*  
*omne Latīnos. &c.*

Hoc est, inquit, cuius nomine ma-  
iores omnes Murrhani dicti sunt,  
& reges fuerunt. Scimus enim ple-  
rumque solere fieri, ut primi regū  
nomen etiam reliqui possideant  
Ut apud Romanos Augusti vo-  
caneur: apud Albanos Silvij:  
apud Persas *Arsacida*: apud  
*Egyptios Ptolemaei*: apud  
*Syrenenses Cecropidae*. Mod.  
Adde eundem Seruum in Ae-

neid. 6. 760. Curtium, 8. 12.  
23. Amm. Marcellia. 23. 16. Sui-  
dam in *Arsaces*: Isidorum Ori-  
gin. 9. 3. & Freinshemij indicem in  
Regu. Bern.

7. *Huius filiu & successor regni,*  
*Arsaces & ipse nomine*] Alij hu-  
ijs Arsacis non meminerunt, pars  
tamea norunt. Quempsè vero Pri-  
parium, aut Pamparium, Iustinus  
voct, ignoro. An est Pharnapati-  
tius? In Parthicorum sane regum  
catalogo, quem habeo, à Clar.  
Ioanne Elichmanno, nihil simile  
apparet. Labet hic eorum nomine  
apponere, quoniam non parum lu-  
cis Græcorum Historia inde potest  
mutuare. Mancus namque multis  
in locis fuit Catalogus ille, quem  
edidit Schicardus; quod vel hinc  
apparebit. Askān filius Dary, est  
primus *Aſanensium rex*, & ro-  
tam familiam ab eo denominant.  
Tempus regni eius, Xanni Aſcan,  
filius Aſcan, regnauit annis x x.  
Behran, fil. Siabur, xi annis. Belas,  
f. Behram, xv. annū Hormoz, f.  
Belas, xix annis. Feruz filius Hor-  
moy, xii annis. Chosru f. Belas, xii  
annis. Ardavan f. Belas, xxii annū.  
Ardavan, f. Aſfan, xv annū.  
Belas, f. Aſfan, xii annū. Giu-  
dar, f. Aſfan, xxx annis. Barſehi  
f. Giudar, xv annū. Beri, filius  
Giudar, xv annis. Giudar, filius  
Beri, ii annis. Beri, f. Giudar,  
xx annis. Ardaxan, xxxi annis.  
Et hic ultimum *Aſanensium est*,

quem

successor regni, Arsaces & ipse nominè; aduersus Antiochum Seleuci filium, centum millibus peditum, & xx millibus equitum instructum, mira virtute pugnauit: ad postremum in societatem eius assumptus est.

8 Tertius Parthis rex Priapatius fuit, sed & ipse Arsaces dictus. Nam, sicut supra dictum est, omnes reges suos hoc nomine, sicuti Romani Cæsares, Augustosque co-

9 gnomineuerentur. Hic actis in regno quindecim annis decessit, relictis duobus filiis, Mithridate & Phrahate: quorum maior Phrahates, more gentis, heres regni, 10 Mardos, validam gentem, bello domuit; nec multo post decessit, multis filiis relictis: quibus præteritis, fratri potissimum Mithridati, insignis virtutis viro, reliquit imperium: Plus regio, quam patrio deberi nomina ratus: potiusque patriæ, quam liberis consuendum.

11 CAP. VI. Eodem ferme tempore, sicuti in Parthis Mithridates, ita in Bacæris Eucratides, magni uterque

quem Ataxir Babek è medio  
fusculit. Tempus autem imperij  
Parthorum, siue Assanensium  
circiter ccl annorum faciunt:  
iuxta alios vero ccccxxx anno-  
rum. Voss.

Antiochum ] Magnum nemepe,  
Seleuci Callinici filium de quo  
supr 29.1.3. & toto 1.31. Bern.

8. Priapatius ] Vel Pampatius,  
Arsaces III.

9. Phrahates more gentis, heres  
regni, Mardos, validam gentem,  
bello domuit. ] Mardos in Chara-  
cem urbem transtulisse, auctor est  
Iudorus Characenus: Εἰς δὲ τὴν  
Χαράκην περπάτησε βασιλεὺς  
Φαραθρός τοῖς Μαρδοῖς ἀνετο.  
Ita lege: Voss.

More gentis] More gentium hic  
legendum censuit Bongars. Not.  
ad 21.1.2.

10. Fratri potissimum] Gala re-  
ge mortuo, regnum ad fratrem  
eius Lefalcem, pregrandem natu-

(moris ita apud Numidas est) per-  
suens. Liuius, 29. 29. 3. Attamen  
plurium gentium iura nepoti fa-  
uent, subscripte Lycurgo, qui  
regnū Charilao fratri filio cel-  
erit, quod in manu eius erat, om-  
nium gratia tenere. Noster supr.  
3.2.5. Plutarchus Lycurg. c.4. Cui  
simillimum Ferdinandi Aragonie  
& Siciliæ regis exemplum refert  
Th. Fazellus, de reb. Siculis, decad.  
posterior. 1.9. Bern.

Mithridati ] Mithridates, Arsaces V.

Mithridati ] Sextum ab Arsace  
facit Orosius, 5.4. Bong.

Plus regio, quam patr. ] Metius  
ad Imp. Tacitum apud Vopiscum  
c. 6. Ingens est gloria morientis  
principis, rempub. magis amare  
quam filios. Apud Tacit. 1. 42. 1.  
Germanicus: Non mihi uxor aut  
filii paere & repub. cariores sunt.  
Bern.

CAP. VI. 1. Eucratides] Eius me-  
minit Strabo, initio libri 15. & 1.11.  
Bong.

3. Sogdia

viri, regna ineunt. Sed Parthorum fortuna felicior, ad 2  
summum hoc duce imperij fastigium eos perduxit. Ba- 3  
etriani autem per varia bella jactati, non regnum tan-  
tum, verum etiam libertatem amiserunt, siquidem So-  
gdianorum & Drangaritanorum Indorumque bellis  
fatigati, ad postremum ab inualidioribus Parthis, velut  
exsangues, oppressi sunt. Multa tamen Eucratides bella 4  
magna virtute gessit, quibus attritus, cum obsidionem  
Demetrij regis Indorum pateretur, cum ccc militibus,  
lx millia hostium assiduis eruptionibus vicit. Quinto  
itaque mense liberatus, Indiam in potestatem redegit.  
Vnde cum se reciperet, à filio, quem socium regni fece- 5  
rat, in itinere interficitur: qui non dissimulato parrici-  
dio, velut hostem, non patrem interfecisset, & per san-  
guinem eius currum egit; & corpus abiici i sepul-  
tum iussit. Dum hæc apud Bactros geruntur, interim 6  
inter Parthos & Medos bellum oritur. Cum varius  
vtriusque populi casus fuisset, ad postremum victoria  
penes Parthos fuit. His viribus auctus Mithridates,  
Mediae Bacasim præponit: ipse in Hyrcaniam profici-  
citur. Vnde reuersus, bellum cum Elymæorium rege 7  
gessit: quo victo, hanc quoque gentem regno adiecit,  
imperiumque Parthorum à monte Caucaso, multis po-  
pulis in ditionem redactis, vsque ad flumen Euphra-  
tem protulit. Atque ita aduersa valetudine arreptus,  
non minor Arsace proano, gloria seneectute decedit.

## LIBER

3. Sogdianorum &amp; Drangarica-

norum] Scribe, Drangianorum.

Voss.

5. Per sanguinem ejus currum  
eg. ] Iunge Tullia exemplum apud  
Liuium, 1.48. & Florum, 1.7.3. vbi

Freinsh.

8. Elymæorium rege] De horum  
potentia & viribus, quibus freti  
parthorum imperia contemne-  
bant, Strabo libr. 16. pag. 512. 36.  
Bong.

## LIBER XLII.

## BREVITARIUM CAPITVM.

- 1 Mithridatis, Parthorum regis filius & successor Phrahates & militibus interficitur.
- 2 Post Artabanum Mithridates & cognomine Magnus, regnat, qui bellum infert Armenia; de cuius origine & primis regibus differit Iustinus.
- 3 Iasonis & Armenij Armenia conditoris elogia. Tigris fluuij origo.
- 4 Mithridatis ejusculo Orodes succedit, qui parricidio & cladibus domi & foris exagitatur.
- 5 Phrahates filij Orodis, horrenda parricidia & varia fortuna. Augustus ab eo capinos Romanos & signa militaria repetit.

C A P . I.

**B**est necem Mithridatis, Parthorum regis, Phrahates filius eius rex constituitur: qui cum inferre bellum, in ultionem tentat ab Antiocho Parthici regni, Syriæ statuisset, Scytharum motibus ad sua defendenda reuocatur. Namque Seythæ in auxilium Parthorum aduersus Antiochum Syriæ regem, mercede solicitati, cum confecto jam bello superuenissent, & calumnia tardius lati auxiliij, mercede fraudarentur; dolentes tantum iis itineris frustra emensum, quum vel stipendium pro vexatione, vel alium hostem dari sibi poscerent, superbo responso offensi, fines Parthorum vastare

C A P . I. Post necem ] Nsx, auferunt. Er Sueton. Cæs. 5. 2. Post raro exemplo de morte naturali. necem Consulū Lepidi, quem morbo extinctum constat ex Floro lib. Nam in fine libri præcedentis dicitur hunc faro decessisse. Ita Seneca Consol. ad Marciam c. 2. fin. 3. fin. Bern. Phrahates ] Phrahates Partho- Fata nobis sensum nostra necus rum rex VI.

3. Hyma

vastare cœperunt. Igitur Phrahates, cum aduersus eos proficisceretur, ad tutelam regni reliquit Hymerum quendam pueritiae sibi flore conciliatum: qui tyrannica crudelitate, oblitus & vitæ præteritæ, & vicarij officij, Babylonios, multasq; alias ciuitates impostune vexauit. Ipse autem Phrahates exercitum Græcorum, quem bello Antiochi captum superbe crudeliterque tractauerat in bellum secum ducit: immemor prorsus, quod hostiles eorum animos nec captiuitas minuerat, & insuper injuriarum indignitas exacerbauerat. Itaque cum inclinatam Parthorum aciem vidissent, arma ad hostes transtulere: & diu cupitam captiuitatis ultionem exercitus Paithici, & ipsius Phrahatis regis cruenta cæde, exsequuti sunt.

CAP. II. In hujus locum Artabanus, patruus ejus, rex substitutus Scythæ autem contenti victoria, depopulata Parthia, in patriam reuertuntur. Sed Artabanus bello Thogariis illato, in brachio vulneratus, statim decedit. Huic Mithridates filius succedit: cui res gestæ Magni cognomē dedere; quippe claritatem parentum,

<sup>3.</sup> Hymerum quendam] Atheneo lib. x. est 1<sup>o</sup> / xsp. Eum vide. Voß.

Pueritia flore] Claudian. in Eutrop. 1. 342.

----- Parthica ferro.

Luxurie vecuit nasci lanuginis umbram.

Seruaroque diu puerili flore coegit.

Arte retardatam Veneri fernire juuentum. Bern.

4. 5. Ipse autem Phrah. &c.] Non temere vreadum milite qui causas habet cur animo sit à nobis alienore. Polybius, 5. 54. pr. simile huic nostro proponit exemplum Molonis, Sufianæ & Babylonizæ populis, recens à se nec inopinata victoria subactis, infeliciter utentis aduersus Antiochum regem, à quo ipse antea defecrat. Bern.

CAP. II. 1. Artabanus patruus Artabanus Parthorum rex VII.

Contenti victoria] MSS. Fuldes, teste Modio, mira mira syntaxi, contenti victoria: cuius exemplum vix aliud inuenias: nisi quod Claudio 1C. etiam ita locutus est 1. 37. 5. nuptura, in fin. ff. de legatis. tertio: Quoniam in hu expressis, ut contentus esset patruus dimidie docu. Bera.

2. Theogarii] Ita libri veteres. quidam tamea Teogarii: unus Thocaris Tacnarios Scythicum genus commemorat Plinius, 6. 17. & Togdare Dionysius Periegetes, & Ptolemaeus. Bong.

3. Mithridates] Mithridates Parthorum rex VIII.

Claritatem parent.] Cicero Of. 3. 13. Si qua ab intente aude

æmulatione virtutis accésus, animi magnitudine super-  
 4 greditur. Multa igitur bella cum finitimi magna virtu-  
 te gesse; multosque populos Parthico regno addidit.  
 5 Sed & cum Scythis prospere aliquoties dimicauit, vltor-  
 6 que injuriæ parentum fuit. Ad postremum Ortoadisti  
 7 Armeniorum regi bellum intulit. Sed quoniam in Ar-  
 meniam transitu facimus, origo eius paulo altius repe-  
 8 tenda est. Neque enim silentio præteriri tantum regnū  
 9 fas est, cum fines eius post Parthiam omnium regnū  
 magnitudinem superent. Siquidem Armenia à Cappa-  
 docia

*habet causam celebritatis & no-  
 minis, aut à patre acceptam &c.*  
*Addit. supr. Notam ad 29.1.9.*

6. *Ortoadisti*] *Artavasdes* Ar-  
 meniæ regis nomen est in Strabo-  
 ne L. II. & Plutarcho in Antonio c.  
 66. De Armenia lege Strabone L.  
 XI. plin. 6.9. Dionysium & Eu-  
 stathium : qui in magnitudine ab  
 auctore nostro dissentunt. *Bong.*

7. *Armenia*] Armenia, regio Asia  
 Inter Taurum & Caucasum mon-  
 tes, à Cappadocia ad Caspium  
 mare usque protensa : ab Arme-  
 nio Thessalo, Iasonis comite (in-  
 quirit Strabo, dicta. Major Armenia  
 (inquit plin. l. ix.) post Medianam ad  
 Occidentem occurrit. Ea ( vt ait  
 Ptolemaeus ) à Septentrione Col-  
 chidem habet, Iberiam & Alba-  
 niam: ab Occasu magnum Euphra-  
 tis cursum, qui Cappadociam, mi-  
 norem Armeniam & Syriam Co-  
 magenem relinquit : à dextris ab  
 Oriente partem Hyrcani maris ac  
 Medianam, ad quam montes Caspij  
 assurgunt, à Meridie Mesopota-  
 miam atque Assyriam Montes in  
 Armenia sunt Moschici, qui su-  
 pra partem Ponti ad Cappado-  
 ciam se efferunt: pariedrus, in quo  
 fontes habent Euphrates & Ara-  
 xes fluuij: Antaurus, qui ab Eu-  
 phrate scissus, & Medianam percur-  
 rens, postremo Albus appellatur:  
 Cordica, ex quo Tigris oritur:  
 Taurus ac Niphates, qui Mesopo-

taniam atque Assyriam ab Arme-  
 nia distingueant. Caspij, qui ver-  
 gunt ad Medos, & Caucasi, qui  
 Septentrionalia, Iberiam versus  
 Albaniamque, concludunt. Flumi-  
 na quatuor, Cyrus, qui, monte or-  
 tus Caucaso, è sinistris Iberiam  
 Albaniamque dimittens, Arme-  
 niam à dextris, in Hyrcanum de-  
 fertur pelagus: Araxes, rhasis, &  
 Lycus, Tigris, Euphratesque. In  
 Armenia pretiosum inter reliqua  
 aromata nascitur Amomum. Ar-  
 meniam Hebrei *Ararar* vocant.  
 In ea ciuitas Artaxata insignis.  
 Inde Armeniæ & Armeni dicti. Vi-  
 de ut Ptolemæi tabulam Asie, 4. plin.  
 lib. 1. & Strab. 2. plura de Armenia  
 apud Stephanum. In majorem &  
 minorem distinguitur, quarum  
 partes ab Ortelio, diligenter ab  
 Eustathio collectæ, enumerantur.

*Armenia*] Per Armeniam, regio  
 Minni intelligi videtur, cuius sacra  
 Scriptura meminit, quos, sicuti &  
 persas, qui Teixera teste, idem  
 erant cum Parthis, multa cum  
 Plirygibus communia habuisse ve-  
 ritabile est. Armenos ideo Phry-  
 ges genere esse testatur Stephanus.  
 Unde & Herculem Chon siue  
 Cæn, id est dominum, appellatum  
 fuisse existimo. Phryges autem  
 cum veteribus Germanis mul-  
 ta habuere communia, sicuti  
 Persæ, quia autem arca Noë  
 fatali illo diluvio Gordizis pri-  
 mang

dōcia vsque mare Caspium vnde cies centum millia patet; sed in latitudinem millia passuum septingenta portigitur. cōdita est autem ab Armenio, Iasonis Thessalito comite: quem cum perditum propter insignem periculis amque regno suo virtutē Pelias rex cuperet, denuntiata militia, in Colchos eum abire jubet; pelle que arietis memorabilem gentibus reportaret: speras interitum viri, aut ex periculis tam longa navigationis, aut ex bello tam profundæ barbariae. Igitur Iason diuulga-  
ta opinione tam gloriose expeditionis, cum ad eum

multim consedit montibus, inde phryges, qui idem quoque cum Armeniis, post diluvium non male antiquissimi mortalium censentur. *Thys.*

9. Vnde cies centum millia patet. ] Rides magnitudinem, quam tribuit Armenia. Sed haec alibi. *Voss.*

10. Ab Armenio] Armenium vocant Strabo & Eustathius ex Armenia, urbe Thessaliam. Stephanus ex Antipatro, Rhodium fuisse dicit. *Bong.*

Quem cum perditum &c. ] His illustrandis faciunt illa Valerij Flacci lib. 1. Argonaut. v. 29.

super ipsius ingens.

Instat fama viri, viresque haud laeta tyranno.

Ergo ante me metue, juuenemque extingueere pergie  
Æsonium: etique vias ac tempora versat. &c. *Bern.*

11. Iason] Ille, qui primus longa nauis maria tentauit, quanta nominis celebritate in omnium animis versatur? quanto ambitu celebratur? ut vere poëtis fabularum Oceanum reclusisse videatur.

Vtinam ne in nemore Pelio se-curibus.

Cæsa cecidisse abiegnā ad cer-tam trabes:

Nœne inde nauis inchoanda exor-dium.

Cepisset, quæ nunc nominantur nomina.

*Argo, qua velli Argini delecti-viri.*

Petebant illam pelle inaura-tam ariceris.

*Colebis, imperio regis Pelia per dolorem.] Longa enim nauis Iasonem primum ñavigasse philostephanus auctor est, vt ait plia. l. 7. c. 16. Fuit haec πύτιξ τοῦ Πρίμα, in eam cum Iasoni quatuor & quinquaginta Argonautæ sunt ingressi. Haec nempe erat illa delecta Heroum manus, δεὶς ὑπέτελεν τὸν Πρίμα. In hanc vnam flos totius Grecie coiuit Hercules, Castor, Pollux, His geniti, aliisque reges & regum filii, Yates Mopsus & Idion, nau-pegas Argus, celestes ipse Os-pheus, nauis magister & gubernator Tiphys. Denique nauem ipsam fatidicam & humana voce locutam, in fabulis est. Habuit enim*

*πύτιξ ἡ τὸ στάδιον δύο τοσούς, carinam ē Dodonide queru. Unde & Ciceroni diuinum Argonau-tarum vehiculum dicitur. Itineris quoque stadijmi, & cursus ita ac-curate à Poëtis proditi sunt, tan-quam singulos ex ipsorum diariis expressissent. per quæ maria qui-bus ventis cucurserint, quæ lito-ra præterueret, quæ portus intrarint, quæ freta transierint, quæ promontoria & quorumnam fluiiorum ostia præter nauigauerint, ad quas gentes & nationes*

terratim principes juuentutis totius ferme Oribis cōcurserent, exercitum fortissimum virorum, qui Argonautas cognominati sunt, comparavit: quem cum magnis rebus gestis in columnen reduxisset, rursus à Pelia filiis Thessalia pulsus, magna vi. cum ingenti multitudine, quæ ad famam virtutis ejus ex omnibus gentibus quotidie confluerebat; comite Medea uxore, quam repudiatam, miseratione ex ilij ruisum receperat, & Medio priuigno, ab Ægæo, rege Atheniensium genito, Colchos repetivit, sacerumque etiam regno pulsum restituit.

<sup>1</sup> CAP. III. Magna deinde bella cum finitimis gessit; captasque ciuitates partim regno saceri, ad abolendam superioris militiae injuriam, qua & filiam eius Medeam abduxerat, & si ium Ægialium interficeret, adjunxit <sup>2</sup> partim populis quos secum adduxerat, assignauit. Primusque humanorum post Herculem & Liberum,

qui accesserint, quemadmodū in ultimum Euxini Ponti angulum penetraverint, quis autem finis adeo difficultis expeditionis fuerit, ex Plinio facile intelliges: Is enim l. 23. c. 3. eas oras auri feraces esse tradidit. Vide Snelium in praefatione ad Tiphyn Baraum.

1. *Principes juuentutis*] Juuen-  
tu hic de civili xate dicitur: unde  
mox hi ipsi foreissimi viri audiunt.  
Romanis iuunores ex instituto Ser-  
uij, ad annum 45. ultra, Seniores:  
Dionys. Halicarn. 4. 20. & Liu. 1. 43.  
2. Hinc Plin. in panegyr. c. 8. imp.  
Trajano jiuuentum tribuit; qui ta-  
men agebat tum xatis annum 44.  
Et c. 22. factis tribus xatis gradibus,  
inquit: re parkuli no[n] cere,  
ostentare juenes, mirari senes.  
Itemque c. 69. Consulatus Candi-  
datos, juenes vocat: at illi vtique  
jam viri quomodo Suetonio Aug.  
34. 3. Germanicus post suscepitos  
jam aliquot libros, juueni dicitur.  
Ita Tibullo, 1. 4. 73. juueni est se-  
mina quadragesi mūm annum jam  
egressa. Nam adolescentiores uxo-  
res pueras appellari patet ex Ho-

ratio; Quid Seneca Quid & Pythagoras in Diog. Laertio, virilis & constantis xatis hominem xas vocauit. Et Herodianus sub initiu lib. 4. Oi & Συναρτηθεισας, Senator y ordinu leffissim  
juuenas Bern.

12. *Medea*] Cujus historiam,  
præter Euripidem & Apollonium  
Rhod. habet Quid. Metamorph. l.  
7. Cicero de nat. deor. 3. 26. & pro  
lege Manli. c. 9. Bern.

Ægio priuigno] Ita boni libri: y<sup>n</sup>  
Medo, quomodo eum Strabo Ste-  
phanus & Eustathius vo[n] ant. Bern.

C A P. III. 1. *Ægialium*] His  
Apollonio, & Straboni l. 7. est Ab-  
Syren. Bong.

2. *Herculem & Liberum*] Tota  
autem Herculis Historia ex Sam-  
sonis rebus expressa est. Herculis  
Nemezus Leo, nonne Samsonis  
Thiennathæus Leo est? Hydræ, Cé-  
tauri, Stymphalides aues, aliaque  
id genus, nonne Philistæorū im-  
petus sunt? Quid duæ Herculis co-  
lumnæ? por ne illæ duæ sunt, quas  
concusuit, & per quas, quendam  
velut

qui reges Orientis fuisse traduntur, eam cæli plagā domuisse dicitur. Populis quibusdam Frudium & Amphitratum, aurigas Castoris & Pollucis, duces assignauit. Cum Albanis fœdus percussit: qui Herculem ex Italia ab Albano monte, cum Geryone extinto, armenta eius per Italiam duceret, securi dicuntur; quique memores Italicæ originis exercitum Cn. Pompeij bello Mithridatico fratres salutare. Itaque Iasoni totus ferme Oriens, ut conditori, diuinos honores templaque constituit: quæ Parmenion, dux Alexandri Magni, post multos annos dirui iussit, ne cuiusquam nomen in Orientem venerabilius, quam Alexandri esset. Post mottem Iasonis, Medius æmulus virtutis eius, in honorem matri, Medeam

velut malorum Oceanum, in Philisteos immisit? Foeda item Herculis apud Omphalem seruitus & effeminatio, ceteraque Ieus libido, nonne Samsonis, in Gazzæ matretrice ac Dalila, petulantiam & seruitutem clamat? Mors in Oeta monte sponte ac vitro susceptra, de voluntario etiam Samsonis intentu, non omnino nihil signifcat. Serap. Ita & August. XVIII. Civ. Dcl. 19. Philostr. de Hæret. c. VIII. Ortho Frising. 1. 25. & alii.

*Herculem]* Sicut Moës est Genzilium Liber: ita Ioua Hercules Phœnicius. Quem Phœnices ob stupendas victorias ita nominarunt. Nam veerque cum gigantibus prælia commississe dicitur in Arabia & Syriæ. Nec ætas Herculis & Iosue discrepat. Eusebius in Chronicis. Tantum ne intelligatur Thebanus ille, sed alter Orientis, quæ Argypium vocare possumus, quia in Aegypto natus: indicum, hoc est, Arabicum, quia hic res tantas gesit: tum Tyrium sive Phœnicium, quia res ab eo gestas Tyrii Herculi suo transcriptæ. Eum autem non aptiori nomine dixeris quam Cananum, à deuicta terra Canaan: vel Aegyptio Cananum. Vide magnum Vossium,

7. de Idolatria, xxvi.

*Cali]* An soli legendum? Fr.

3. Frudium & Straboni & Eu-  
stathio P̄. οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν, à quibus populi illi Heniochi dicti Solinii c. 20. Amm. Marcellin. 22. 15. Amphitrus & Telchius Spartani, auriga Castoris & Pollucis. B. Antiquitus impressi Iherigam habent. manifestis vestigiis verte lectionis, quæ est Rhecum. Salmai, in Solin. 193. E. t. Bern.

4. *Qui Herculen?* Tacitus Annal. 6. 34. Hiberos & Albanos Thessalii ortos scribit. B. Plinius 6. 13. m. Nostro propiæ accedens, Al-  
banos ortos ab Iasono dicit. Bern.

Albano monte] Alij ab Albano flumine dictos existimant; non ergo à capillorum canicie, ut nuga-  
tur Solinie.

5. *Templaque constituit?* Iazō-  
vera vocat Strabo, & λαζόνεις in Cœlio, Barbaris eximie cultæ: qua-  
lia multa reguli euenterunt: Par-  
menion autem id, quod erat Ab-  
deris, diruit. B. De his capiendus  
Tacitus, 6. 34. 6. *Multa de nomine*  
*Iasonis* (icil. appellata templata-  
cellaque) celebrati. Bern.

Medeam urbem condidit; regnumque ex nomine suo  
Medorum constituit, sub cuius maiestate Orientis post-  
ea imperium fuit. Albanis vicinæ Amazones sunt: qua-  
rum reginam Thalestrem concubitum Alexandri peti-  
ſe, multi auctores prodidere. Armenius quoque & ipse  
Theſſalus, vnuſ de numero ducum Iasonis, recollecta  
multitudine, quæ amissio Iasone rege paſſim vagabatur,  
Armeniam conlit: à cuius montibus Tigris fluuius mo-  
diciſ primo incrementis nascitur: interiecto deinde ali-  
quanto ſpatio, ſub terras mergitur; atque ita poſt quin-  
que & viginti millia paſſuum grande iam flumen in re-  
gione Sophene emergit, ac ſic in paludes Euphratis re-  
cipitur.

CAP. IV. Igitur Mithridates rex Parthorum, poſt  
bellum Armeniæ, propter crudelitatem à ſenatu Parthi-  
co, regno pellitur. Frater eius Orodes, cum regnum  
vacans occupasset, Babyloniam, quo Mithridates con-  
fugerat, diu obſidet: & fame coactos, in ditionem  
oppidanos compellit. Mithridates autē fiducia cognationis,  
vltro ſe in potestatem Orodis tradit. Sed Oro-  
des plus hostem, quam fratrem cogitans, in conſpectu  
ſuo

7. Thaleſtre] De qua ſupr. 24.  
33. & 12. 35. Bern.

9. Tigris] Præter Strabonem, lege  
Pliniū, 6. 27. & Solinum cap. 40.  
& libellum Plutarchi de fluuiis. B.  
Addit. Diiodoruī, 19. 17. Curtius,  
4. 9. 33. à celeritate fluxus ita di-  
ctum ait, quia Persica lingua Ti-  
gris sagittam appellant. Bern.

Sub terras merg.] Iuſtmodi flu-  
uijnum, terras ſubieuntium, & poſt  
longius interuallum emergentium,  
exempla vide apud Pliniū, 2. 103.  
pr. & 3. 16. pr. Strabonem lib. 6.  
pag. 190. 1. Curtium, 6. 4. 6. &c.  
Bern.

Sophene] Asia regio, vbi Tigris  
emergit, poſtquam xxv millia paſ-

ſuum ſub terras immersus. Sophena  
na eſt Ptolemaeo.

CAP. IV. 1. A ſenatu Parthico,  
regno pell. IEst qui interpretetur à  
ſenatu (civ. Romano) Mithridati  
depulſum Parthico regno. verum  
non dubie ſenatu Parthico legen-  
dum, de quo ſupr. 41. 2. 2. Bern.

2. Orodes] parthorum rex, quem  
plutarchus Hyrodem vocat.

Orodes] Ab hoc fratrem regno  
pulſum ſcribit Appianus in Par-  
thica & Syriaca historia: ſed in  
hac Horādne editum eſt. plu-  
tarcho in Crasso dicitur Υρωδη:  
in Antonio cap. 29. Ηρωδη: Bong.

4. Plus hoſtem, quam &c. ] Simile  
ſteſte

suo trucidari eum jussit : & post hæc bellū cum Romanis gestit, Crassumque imperatorem cum filio & omni exercitu Romano deleuit. Huius filius Pacorus missas ad persequendas Romani belli reliquias, magnis rebus in Syria gestis, in Parthiam patri suspectus reuocatur : quo absente, exercitus Parthorum relictus in Syria , à Cassio quæstore Crassi, cum omnibus ducibus trucidatur. His ita gestis, non magno post tempore, Romanis 6 inter Cæsarem Pompeiumque ciuile bellum oriter : in quo Parthi Pompeianarum partium fuere , & propter amicitiam cum Pompeio bello Mithridatico junctam, & propter Crassi necem, cuius filium in partibus Cæsar 7 is esse audierant : quem vltorem patris victore Cæsare futurum non dubitabant. Itaque victis partibus Pompeianis, & Cassio & Bruto auxilia aduersus Augustum & Antonium misere : & post bellum finem rursus Pacoro duce, inita cum Labieno societate, Syriam & Asiam vastauere ; castraque Ventidij , qui post Cassium absente Pacoro exercitum Parthicum fuderat, magna mole aggrediuntur. Sed ille simulato timore, diu continuit se, 8 & insultare Parthos aliquantis per passus est. Ad postremum in securos latoisque partem legionū emisit : quarum impetu fusi Parthi, in diuersa abidere. Pacorus cum fugientes ,

fere in Tacito, 12.14.8. Adde Notam ad 19.2.6.

4. *Crassumque*] præter plutarchi Crassum , de hoc bello videndi, Liu. epit. 106. Appianus, parthic. Florus, 2.11. Eutropius, 6.31. Orosius, 6.13. Tangit etiam plinius, 2. 56. & 5.25. Lucanus, passim : propertius, 4.6.83. Bern.

5. *Huius filius Pacorus missus.*] Hoc ipsum quoque testatur Cicero ad Atticum. Sed perperam apud eum hoc Orodī tribuitur, non filio eius Pacoro : Verba eius lib. v. Epist. xxi. Maximum bellum impendet. Nam & Orodī regū Par-

thorium filius , in prouincia nostra est , &c. Sed scribendum erat ; Nam & Orodī regū Parthorum filius , &c. Nihil certius. Voss.

A Cassio ] Lege Ciceronem ad Attic. 5.20. Orosium, 5.13. paterculum 2. 46. De racore à Ventidio cæso Plutarchus in Antonio : Apianus in Parth. alij. Bong.

8. *Simulato timore*] Captus arte sua Parthus. Nam ea gens præter armorum fiduciam callida, simulata repudiationem. Florus, 4.10.3. Cuius strategematis exemplum insigne vide apud Cæsarem de bell. Gall. 3.18. & 19. Bern.

10. Venti

fugientes sues abduxisse secū legiones Romanas putaret, castra Ventidij, veluti sine defensoribus, aggreditur.  
 10. Tum Ventidius reliqua parte legionum emissa, vniuersam Parthorum manum cum rege ipso Pacoro interfecit: nec vlo bello Parthi vñquā majus vulnus acceperunt. Hæc cum in Parthia nuntiata essent, Orodes patet Pacori; qui paulo ante vastatam Syriam, occupatam Asiam à Parthis audierat, victoremque Pacorum Romanorum gloriabatur, repente filij morte, & exercitus  
 11. clade audita, ex dolore in furem vertitur. Multis diebus, non alloqui quemquam, non cibum sumere, non  
 12. vocem mittere, ita ut etiam mutus factus videretur. Post multos deinde dies, vbi dolor vocem laxauerat, nihil aliud quā Pacorum vocabat: Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur; cum alio loqui, cū illo consistere:  
 13. interdum quasi amissum flebiliter dolebat. Post lōgum deinde luctum, alia sollicitudo miseradum senem inuidit, quem ex numero xxx filiorum in locum Pacori regem destinet. Multæ pellices, ex quibus generata tanta juventus erat, pro suis quæque sollicitæ animum senis  
 14. obsidebant. Sed fatum Parthiæ fecit, in qua jam quasi solenne est, reges parricidas habere, ut sceleratissimus omnium, & ipse Phrahates nomine, rex statueretur.

CAP. V.

10. *Ventidius*] Tacitus Germ. 37. 7.  
*Infra Ventidium deieetus Orenis.*  
 Quo dicto non obscure cladem illum Parthicam exaggerat à Ventidij victoris ignobilitate, de qua Agellius, 15.4. vide. Ceterum de hoc bello Livius, epit. 127. & 128.  
 Paternulus, 2.78. Florus, 4.9. Val.  
 Max. 6.9.9. Plutarchus. Antiochio:  
 Appianus. Parthic-Entropius, 7.3.  
 Orosius, 6.18. alij. Born.

11. *Repente filij morte*] Plutarchus paulo aliter refert.

16. *So lenne est reges parric hab.*

Ut hodie in Turcico imperio, quod illi quasi successit. Born.

Phrahates ] Phraoren vocat Plutarchus in Antioch. c.49. quem lege, & Appianus. Totus hic locus explicat quod Horatius Ode 2. J. 2. ait.

Redditum Cyri solo Phraaten. & quod Ode 26. lib. 1.

Quid Tiridatem terreat, unice Securius.

Quod primus notauit Glareanus, non tam ineptus quam eum quidam haberi volunt. Born.

CAP. V.

CAP. V. Itaque statim, quasi nollet mori, patrem interfecit: fratres quoque xxx trucidat: sed nec in filiis cessant parricidia. Nam cum infellos sibi optimates propter assidua scelera videret, ne esset qui nominari rex posset, adulterum filium interfici iubet. Huic Antonius, propter auxilium aduersus se & Cæsarem latum, bellum cum sedecim validissimis legionibus intulit: sed graui- ter multis præliis vexatus, à Parthia refugit. Qua victoria insolentior Phrahates redditus, cum multa crudeli- ter consuleret, in exilium à populo suo pellitur. Itaque cum magno tempore finitimas civitates, ad postremum Scythas precibus fatigasset, Scytharum maximo auxilio in regnum restituitur. Hoc absente, regem Parthi Ti- ridatem quendam constituerant: qui, audito aduentu Scytharum, cum magna amicorum manu ad Cæsarem, in Hispaniam bellum tunc temporis gerentem, profu- git, obsidem Cæsari minimum filium Phrahatis ferens, quem negligentius custoditum rapuerat. Quo cogni- to, Phrahates legatos statim ad Cæsarem mittit, seruum suum Tiridatem, & filium, remitti sibi postu- lar. Cæsar & legatione Phrahatis audita, & Tiridatis postulatis cognitis (nam & ipse restitui in regnum desiderabat, iuri Romanorum futuram Parthiam affir- mans, si eius regnum munera eorum fuisset) neque Ti- ridatem dediturum se Parthis dixit, neque aduerjus Parthos Tiridati auxiliadaturum. Ne, tamen per omnia nihil.

CAP. V. 1. Triginta 3 In mss. est omnes triginta, quod probo: nec obstat quod obiicitur, non triginta esse ex incepta glossa, cum Phrahates ipse fuerit unus de triginta. Nam ut Ian. Rutgersius Var. Lect. 1. 8. demonstrat, in antiquis scriptoribus nouum non est, ut, quoties alieuius sodalitij sit men- tio, et si unum nominando, eum è numero reliquorum exceperit vi- deatur, postea tam enī vniuersum totius collegij nu merum ita po-

nant; quasi sis, quem exceperat, in- cluderetur. Exempla vide 1. Corinth. 15. 5. Val. Max. 9. 2. 6. ext. ex corre- gione indicata supr. 1. 9. 9. item Rut. Numatian. v. 300. Bern.

3. Antonius &c.] Præter Plutar- chi Antonium, vide Liu. epit. 120. Florum, 4. 10. Appianum, Parthic. Eutropium, 7. 7. Orosiū, 6. 19. alios- que. Bern.

5. Maximo] Freinshem, maxime scilicet præ finitimis ciuitatibus placet. Bern.

nihil à Cæsare obtentum videretur, Phrahati filiū sine  
10 pretio remisit; & Tiridati, quoad manere apud Roma-  
nos vellet, opulentum sumptum præberi iussit. post hæc  
finito Hispaniensi bello, cum in Syriam ad componen-  
dum Orientis statum venisset, metum Phrahati incusit,  
11 ne bellum Parthiæ vellet inferre. Itaque tota Parthia  
captiui ex Crassiano siue Antonij exercitu recollecti,  
12 signaque cum his militaria Augusto remissa. Sed & filij  
nepotesque Phrahatis obsides Augusto dati: plusque  
Cæsar magnitudine nominis sui fecit, quam armis alius  
imperator facere potuisset.

11. *Tota Parthia*] Meminit Strato lib. 6. & 16. Suetonius in Octa-  
vio, cap. 21. Horatius Oda vlt. lib. 4.  
de Augusto: *Et signa nostra re-*  
*stituit laeti*, &c. Suetonij locus  
confirmat antiquam scripturam  
Crassiano. Vulgo enim legitur Cas-

siano. Bong.

12. *Magnitudine nominis sui*  
&c.] Hoc scilicet est, fama bella  
proficigere, apud Tacitum Germ. c.  
13. Qua de re Gruteri dissertatio-  
nem 7. ad Tacit. operæ prelum est  
inspicere.

### L I B E R X L I I I .

#### B R E V I A R I V M C A P I T U M .

1. *Romani imperij initia. Urbis origo, primi Italiae cul-*  
*tores & Reges.*
2. *Rhea Numitoris filia Remum & Romulum parit,*  
*qui mira quadam ratione educati emergunt.*
3. *Roma que condita senatus constitutus, rapsa Sabina:*  
*vicini subalti. Phocenses Tarquinij temporibus*  
*Messiliam condunt, Liguribus insidentibus.*
4. *Varia Massiliensem fortuna, & felices successus.*
5. *Massiliensem bella & fædera. Eorundem benivolenz-*  
*tia. & munificentia in Romanos.*

## CAP. I.

**P**arthicus, Orientalibusque, ac totius propemodum Orbis rebus explicitis, ad initia Romanæ vrbis Trogus, velut post longam peregrinationem, domum reuertitur: ingrati ciuis officium existimans, si, cum omnium gentium res gestas illustraverit, de sola tantum patria taceat. Breuiter igitur initia Romani imperij perstringit: ut nec modum propositi operis excedat, nec vtique originem Vrbis, quæ est caput totius orbis, silentio prætermittat. Italiæ cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus tantæ iustitiae fuisse traditur, ut neque seruierit sub illo quisquam, neque quicquam priuata rei habuerit sed omnia communia, & indiuisa omnibus fuerint, veluti unum cunctis

CAP. I. Officium] Fortasse melius indicem dixisset. Nullum enim ingratitudinis officium est. Freinsb.

2. Caput eorū Orbis] Liviu., 1. 16.7. & 21.30.11. Roma caput Orbis terrarum.

3. Aborigines] Hos describit Sallustius Catil. 6. genu hominum agreste, sine lege, sine imperio, liberum atque solitum. Lucem adferet huic toti loco Dionysius, Halic. 1.10. & seqq. Bern.

Aborigines] Ita ἀυτοχθονες appellantur. Gloss. Vet. Aborigines αὐτοχθονες, αὐτοχθονι, Aborigo, indigena, patricinus. Ab origine in eodem Glossario exponitur δος αὐτοχθονες. Hanc itaque genitum Italicanam propter antiquitatem, & quod in regione sua genuina fuerit, dictam credo. Alioqui Aborigines in genere cuiuscunque regionis indigenæ appellantur. Hinc Tertullianus 1. de anima: Inuenimus etiam apud commentarios humanarum antiquitatum, paulatim humanum genus exuberasse, dum Aborigines vel

vagi, vel extorres vel gloriose qui que occupant terras, ut Scythæ parthicas, ut Menidae peloponnesum, ut Arhenenses Asiam, ut phryges Italiam, ut Phœnices Africam. Celer. Reète itaque Stephanus Aborigines antiquissimos Italiz populos, qui agrum illum Romanum tenuerunt, ita dictos refert, quod absque origine & veluti e terra nati essent, id est, indigenæ essent. Secus atque Dionysius, qui à Græcis oriundam hanc nationem existimat. Vide Cluuerium.

Saturnus] Ideo æratum Romæ volebant esse in templo Saturni.

Saturnus] Idem à nonnullis cum Noacho creditur. Atque ideo fictus latirasse. שָׁׁמֶן, Sachar, idem est quod latere.

Indiuisa omnibus] Tibullus, 1. 3.47. de Saturnio regno.

Non domus villa fore habuit: non fixus in agris.

Qui regerer certis finibus arua lapis.

Adde Macrobius Saturnal. 1. 8. Bern.

4. Satur

cunctis patrimonium esset. Ob cuius exempli memoriā  
riam cautum est, ut Saturnalibus exæquato omnium iu-  
re passim in conuiuiis serui cum dominis recubabant. Ita-  
que Italia, regis nomine, *Saturnia* appellata est: & mōs  
in quo habitabat, *Saturnius*. in quo nunc veluti à Ioue  
pulso

4. *Saturnalibus.*] Descendunt &  
hinc *Saturnal ia* *Saturni feriae*, quæ  
celebrari solebant mense Decem-  
bri, qui inde Genialis dictus *Fa-  
storum*. At uno tantum die anti-  
quitus, hoc est, decimo-quarto Ca-  
lendar. Januarij. Nam cum C. Cæsar  
duos dies adjectisset huic mensi,  
decimo sexto celebrari cœperunt.  
Qua de causa, cum vulgus ignorar-  
ret certum *Saturnaliorum* diem,  
aliquibus ea cum Cæsare celebra-  
tibus 16. *Calend.* aliis more veteri  
14. *Cal.* cœpta sunt celebrari plu-  
ribus diebus, & primum quidē 7.  
sicut Augustus iussit in legibus ju-  
diciariis, inde 7. diebus, è quibus, 5.  
tantū habebantur festi. *Saturnalia*  
autē hæc multis leculis præcessisse  
cunabula urbis Romanæ, auctor  
est Macrobius. Probat enim Philo-  
chori testimonio, *Cecropem* pri-  
mum *Saturno & Opi*, seu frugum  
ac fructuum repertoribus, aram in  
Africa statuisse, eos autem Deos  
pro Ioue & Terra coluisse, atque  
adeo instituisse, ut frugibus ac  
fructibus coactis velicerentur pa-  
tresfamilias vna cum seruis, cum  
quibus patientiam laboris in rure  
colendo tolerauerunt: *Delectari*  
enim Deum honore seruorum, cō-  
templatione laboris. *Græci* festos  
hos dies *Kópia* dicebant, quo vo-  
cabulo antiquissimus poëta L. Ac-  
cius in suis poematis est vñus.  
Hiloe diebus incorū atque latitiae  
plenis piaculum erat sumere bel-  
lum, aut penas à nocente exigere.  
Dominī excipiebant seruos libera-  
libus conuiuiis, ipsimet seruitibus  
fungentes muneribus. Quinimmo  
mancipiis quiduis libere loqui li-  
cebat. *Athenæus* eandem consue-  
tudinem & morem prodit libro

13. his verbis: ἦν Καρυαῖς ἡ  
μέγεθος ἐπιστολὴ πατρί-  
σιν εἰσιτεῖ τὸς σινέτας ἀπό τοῦ  
ταῦτα τὸν σινέτην ἀριστοχρόνον  
λεπτογίας. Ad hunc *Saturnalio-*  
rū morem & libertatem alludit etiā  
Horatius lib. 2. Satyr. 2. hoc modo:  
— *Age, libertate Decembri*  
*(Quando ita maiores voluerunt)*  
*vere, narra.*

Lucianus iv. 20: οὐδὲ κούροιον, Sa-  
turnum sic loquentem inducit:  
καὶ διὰ τὸ ἀπαρταχόν κροτῶ, οὐ  
αὐδή, οὐ πατεῖσι, οὐ ισοτηματάσι  
οὐ δύσλοις, οὐ ἐπιβέβησι, οὐ δεῖς οὐ  
ιπάδελφον. Quin eo tem-  
pore pileos, libertatis lignum, ge-  
stabant serui, & calcels ingenuos  
induebantur, teste Porphyrio. Qua-  
propter recte Catullus ad C. Lici-  
hium Caluum *Saturnalia* optimum  
diē appellat, vixote representan-  
te imaginē aurei istius seculi, quod  
*Saturno* regnante fuisse dicitur.  
Nec omittendū, in *Liberalibus* cū  
Poësiis alia genera, tū in primis ve-  
teres comedias, in quibus perstrin-  
gebant hominū vitia, fuisse adhi-  
bitas. Simili festivitate fere sunt vñl  
Cretenses in Mercurialibus suis, in  
Peloriis Thessali, Athenienses in  
Antisteriis. Existimat eruditus origi-  
nē traxisse hoc festū ex Scenope-  
giis populi Iudaici, quæ agitabātur  
ab illis mēse Thistri septē dierū spa-  
tio, collectis & recōditis in horrea  
fructibus; quo tempore tam seruis,  
quam liberis, sibi tentoriis ferient  
epulari cum latitia fuit concessum, ut constat ex 25. *Leuit.* & 16.  
cap. & *eucleron. Fungens.*

5. *Saturnia &c.*] Vide Tertull.  
Apologer. cap. 10. s. Macrob. *Saturnal.* 1. 7. Bern. \*

6. *Pal*

pulso sedibus suis Saturno, Capitolium est. Post hunc 6  
tertio loco regnasse Faunum ferunt, sub quo Euander,  
ab Arcadiæ urbe Pallanteo, in Italiam cum mediocri  
turba popularium venit: cui Faunus & agros, & mon-  
tem, quem ille postea *Palatum* appellavit, benigne af-  
siguanit. In huius radicibus templum Lyceo, quem 7  
Græci *Pana*, Romani *Lupercum* appellant, constituit:  
ipsum Dei simulacrum nudum, caprina pelle amictum  
est, quo habitu nunc Romæ Lupercalibus decurritur.

Fauno

6. Pallanteo] Stephanus: *Palan-*  
*gium urbis Arcadiae*. De *Palatio*  
vide *Virgilium*, 8. *Aeneid*, *Varro-*  
*nem*, 4. de *ling Lat.* & *Festum*. Ouidius  
*Fastos*: *Propertii lib. 4. Bong.* \*

7. *Lyceo*] Ouid. *Fastor. 2. 424.*

*Faunus in Arcadia templo Ly-*  
*ceus habet.*

Nudum] Hæc sunt opæ tuis: videri  
queant. non sunt tamea. Senec. de  
Benef. 5. 13. Qui male vestitum &  
pannosum vidit, nudum se vidisse  
dicit: Tacit. Germ. c. 20. In omni  
domo nudus: hoc est, explicante Ca-  
fare Gall. 6. 21. *Pellibus aut paruis*  
*renonum regumentis veuntur*,  
*magna corporu parte nuda.*

*Lupercalibus*] Placuit *Varroni*  
inde arcere nomen, quod *Luper-*  
*ci* sacra ficerent in *Lupercali*.  
Est enim *Lupercal*, teste *Seruio*,  
spelunca sub monte *Palatino*, in  
qua capro luebatur, id est, facili-  
cabatur. De origine tamen *Luper-*  
*calium*, varia traduntur ab aucto-  
ribus. Sunt namque qui ab *Euan-*  
*dro*, ex *Arcadia* in *Italiam* transla-  
ta affirmant, *Dionysius*, *Liuius*,  
*Plutarchus*, & multi alij. Nonnulli  
instituta & celebrata primum à  
*Romulo* & *Remo* tradunt, prop-  
ter factam sibi ab *auo Numitore*  
urbis in monte *Palarino* conden-  
da potestatem, quam caussam ex-  
plicat *Valerius Maximus*, libro 2.  
his verbis. *Lupercalium mos à Ro-*  
*mulo & Remo est inchoatum*: tunc,  
cum *Latitia exultantes*, quod hu-  
morum suorum Albanorum, eq-

loco, ubi educati erant, urbem com-  
dere permisérat sub mons *Pala-*  
*rino*, horretu *Faustuli* educatorum  
sui, quem *Euander Argivus* cor-  
seauerat sacrificio facto, casis-  
que capri, epularum hilaritate ac  
vino largiore profecti, diu sa pasto-  
rali turba, cincti pellibus immola-  
tarum hostiarum, iocantes, obulos  
perierunt, cuius hilariatu memoria  
annua circuus feriarū reperi-  
tur. *Plutarchus* quoque alias scri-  
bit, lustrationis causa instituta vi-  
deri posse, eo quod fiat diebus fa-  
stis mensis Februarij, qui nomē ab  
expiationibus habet. *Ouidius in*  
*Fastis* refert, quod Romani be-  
neficij memores praestitū à lupa, in  
educandis infantibus, *Romulo &*  
*Remo*, templū illi exstruxerint ad  
fecum *Ruminalem*; quod est appella-  
tum *Lupercal*. Sic enim ait:

*Illa loco nomen fecit, loci ipso*  
*Lupercal,*

*Magna dati nurrix pramialo-*  
*ris habet.*

Templo huius sacerdotes, auctore  
*Varrone*, dicebantur *Luperi*, qui  
nudi rē diuinā agebant, perque vi-  
cos urbis, & compita discursantes  
pellib⁹ in scuticas disiectis obuias  
quasque feminas verberabant, ita  
eas fœcūdas fieri existimates. Vnde  
8. *Crepis* appellat Fest⁹ à crepitu  
pellicula. Sed enim aliqui rursum  
(ne id negligā) dicta voluerūt *Lu-*  
*percalea à lunis arcēdis*, quod cele-  
brato sacrificio tali in *Panis hono-*  
rē, qui est dict⁹ *Lyceus*, lupi arce-  
rentur.

8. Fauno fuit vxor nomine Fatua, quę assidue diuino spiritu impleta, velut per furorem, futura præmonebat. Unde adhuc, qui inspirari solent, *fatuari* dicuntur. Ex filia Fauni & Hercule, qui eodem tempore extincto Geryone, armenta victorix præmia per Italiam ducebat, stupro cōceptus Latinus procreatur. Quo tenēte regnum, 10. Æneas ab Ilio, Troja à Græcis expugnata, in Italiam venit: statimque bello exceptus, cum in aciem exercitum

rentur à pecoribus & stabulis. Scribunt enim Plutarchus & Lilius, cum Eriander solenne hoc sacrificium intulisset in Italiam ex Arcadia, benigne illi Faunū motem & agros assignasse, inque illius radicibus constitutū Lyceo templū, ubi nudum conspiciebatur Dei simulacrum, pelle amictum caprina, quo habitu currebant Romæ in Lupercalibus. Proprium erat ejus celebritatis, ut Luperci immolarent canem, vel expiationis gratia, quod Græci canes adhiberent ad expiandum, vel in gratiam lupæ, quæ Romulum ac Remum creditur entriisse, vel denique quod sacrificium fieret Pani, cui propter greges amicus est canis. Sciendum insuper agitata fuisse Lupercalia, 25. Calend. Martij, (*Lycea* nominat Græci) eorumque diem veteres februariam dixisse. Nec tantum Luperci ea celebrabant, verum & alij quandoque viri, virisque permixtæ mulieres. Quapropter scribit Plutarchus, *Anonimū nudum in Lupercalib⁹ fuisse vellutum per urbem.* Diu durasse Romæ hanc superstitionem constat, quamquam abolitam, tandem restituit Augustus, suscepto Pontificatu maximo, ut scribit Suetonius, et vix que curere imberbes. Ferias etiam has fuisse Bativias, ut Agonalia & Carnivalia annotat Macrobius. *Fungeras.*

8. *Fatua*] Soror eademque conjux Fauni, quam *Fatuam* nominam tradit C. Bassus, quod mulie-

ribus *fara canere* consueisset, vt Faunus viris. Lactantius lib. i. Vide Seruum in illud Aeneid. 6.775.  
--- *castrumque Inui*, *Bolamque*, Corinque.

Et Aen. 7.47.

*Hunc Fauno & nympha genitum Laurentie Marica.*

*Accipimus.* -----

Quo-loco Virgilius à Trogo dissider, facit enim Latinum Fauni & Maricæ filium. B. Sed quis in hisce talibus à poëta juratores exigat, cum eriam historici inter se non conueniant? Bern.

*Velut p̄furorem*] Seruius ad illud Virgilij Aen. 3.443.

*Insanam vatem adspicies, qua rupe subima,*

*Fara canit.*

*Insanam, hoc est, deo plenam, & vaniæ atricem, a Græcorum iratim, etymologia, qui μάντης θρο τ' μανιος appellauerunt. Nam supra sensu humanos intelligentias furor & insania dicitur, teste Cicero de diuinat. 1. 31. Hinc præstantissima rei nomen nostri à diuis, Graci (vt Plato interpretabatur) a furore dixerunt, pro r/su furoru diuinationem Sibyllinu maxime versibus contineti arbitrari. Sane Picus Mirandula 1.9. de prænotione, futura prænoscendi & reuelandi munus feminis præ mari bus ideo datum arbitratur; quod magis fatuus ille sexus sit. Exempla sunt in Tacito, 14.32. 2. Curtio, 8.6.22. Zonara Leone Armenio, & pasim. Bern.*

citum eduxisset, ad colloquium vocatus, tantā admirationem sui Latino præbuit, ut & in societatem regni reciperetur; & Lauinia in matrimonium ei data, gener ascisceretur. Post hæc cōmune vtriusque bellum aduersus Turnū Rutulorum regem, propter fraudatas Lauiniæ nuptias, fuit: in quo & Turnus & Latinus interierunt. Igitur cum Aeneas iure victoriae vtroque populo potiretur, urbem ex nomine vxoris *Lauiniæ* condidit. Bellum deinde aduersus Mezentium, regem Etruscorum, gessit, in quo cum ipse occidisset, in locum eius Ascanius filius successit: qui Lauinio relicto, longā Albam condidit, quæ trecentis annis caput regni fuit.

CAP. II. Post multos deinde vrbis huius reges, ad postremum Numitor & Amulius regno potiti sunt. Sed Amulius cum ætate priorem Numitorem oppressisset, filiam eius Rheam in perpetuam virginitatem, ne quis vindex regni sexus virilis ex gente Numitoris oriretur, demersit: addita iniuriæ specie honoris, ut non damnata, sed sacerdos electa videretur. Igitur clausa in luce Marti sacro, duos pueros, incertum stupro an ex Marte conceptos, enixa est. Quo cognito, Amulius multiplicato metu prouentu duorum, pueros exponi iubet; & puellam vinculis onerat, ex quorum iniuria decessit. Sed Fortuna origini Romanæ prospiciens, pueros lupæ alienados

<sup>13.</sup> *Trecenies annis* ] Virgilius Aen. 1. 276. de Albano regno:

*Hic iam tercentum totos regnabit annos.*

Strabo tamen lib. 5. pag. 158. 46. quadragesimos annos ab Albæ conditu ad Amulii Numitoremque, postremos Albæ reges, numerat. Bern.

CAP. II. 2. *Filiam eius Rheam* ] Quæ & Silvia. Apud Aelianum var. 7. 16. mendose legitur *Silcia* pro *Silcia*. Quæ hic de vrbis origine referuatur, peruulgata

*sunt. Bong.*

*Rheam* ] Vocata & fuit Silvia & Ilia. Vnde Scholiares tuuenal. ad sat. 9. Calendū Martii, quibus Iunonis sacra celebrantur in Românu, quia tunc Ilia compressa est à Marte, nam tunc Matronalia sunt.

*Addita iniuria specie honoris.* ] Legi addita iniuria, vel, addito iniuria specie honoris. Voss.

<sup>5.</sup> *Fortuna origini Rom proff.* ] Manilius Astron. lib. 4. princ. ostefatus, quod

dos obtulit: quæ amissis catulis, distenta vbera exinanire cupiens, nutricem se infantibus præbuit. Quinque  
 saepius ad parulos, veluti ad catulos, reuerteretur, rem  
 Faustulus pastor animaduertit, subtractosque feræ, in-  
 ter greges pecorū agresti vita nutriuit. Martios pueros  
 fuisse, siue quod in loco Martis enixi sunt, siue quod à  
 lupa, quæ in tutela Martis est, nutriti, velut manifestis  
 argumentis, creditum. Nomina pueris, alteri *Romo* alteri  
*Romulo* fuere. Adultis inter pastores, de virtute quoti-  
 diana certamina, & vires & pernicitatem auxere. Igitur  
 cum latrones à rapina pecorum industrie frequenter-  
 que summouerent, Reimus ab iisdem latronibus captus,  
 veluti ipse esset, quod in aliis prohibebat, regi offer-  
 tur; criminis datur, quasi greges Numitoris infestare  
 solitus esset. Tunc à rege Numitori in ultionem tradic-  
 tur. Sed Numitor adolescentia juuenis permotus, & in  
 suspicionem expositi nepos adductus, cum eum nunc  
 lineamentorum filiæ similitudo, nunc ætas expositiō-  
 nis temporibus congruens, anxium tenerent, repente  
 Faustulus cum Romulo superuenit: à quo, cognita  
 origine puerorum, facta conſpiratione, & adolescentes  
 in ultionem maternæ necis, & Numitor in vindic-  
 etam erepti regni armantur.

**CAP. III.** Occiso Amulio, regnum Numitori re-  
 stituitur, & urbs Romana ab adolescentibus conditur.

*Fata regans orbem, cerca stent  
 omnia lege.  
 postea subiicit.*

*At nisi fata darent leges vita-  
 que necisque,*

*Fugissent ignes Aenam, Troja  
 sub uno.*

*Non euersa viro fazis viceſſet in  
 ipſis,*

*Aut Luna proiectos nutritus  
 Maria fratris Bern.*

**CAP. III. t.** Urbs Romana] Se-  
 quitur auctor noster vulgatam  
 opinionem, eti nonnulli, inter  
 quos & Sallustius, tradant ab Ae-  
 nea una cum comitibus conditam

esse Romam. Solinus: Heraclidi, in-  
 quirat, placet, Troja capta, quoddam  
 ex Achius in ea loca, ubi nunc  
 Roma est, deuenisse per Tyberim:  
 deinde suadente Romo, nobilissima  
 captiuarum, quæ his comes  
 erat incēsus nauib⁹, posuisse sedes,  
 struxisse mœnia, & oppidum ab ea  
 Roman vocauisse. Agathocles scri-  
 bit, Roman nō captiuā fuisse, vt su-  
 pra dictum est: sed Alcausio natam,  
 Aeneæ neprem, appellationis istius  
 fuisse causam: cui multorum sen-  
 tentiis adstipulantur Dionylius I.  
 & Festus, Cato in lib. Originum  
 Cicero, Liuus, Plutarchus, & aiij.  
 volunt.

Tunc & senatus centum seniorū, qui *Patres* dicti sunt, <sup>2.</sup>  
constituitur: tunc & vicini's connubia pastorum dedi-  
gnantibus, virgines Sabinæ rapiuntur, finitimiisque po-  
pulis armis subjectis, primum Italæ, & mox Orbis im-  
perium quæsitum. Per ea adhuc tempora reges hastas <sup>3.</sup>  
pro diademate habebant, quæs Græci *sceptra* dixerent.  
Nam & ab origine rerum, pro diis immortalibus veter-  
res hastas coluerent: ob cuius religionis memoriam, ad-  
huc deorum simulacris hastæ adduntur. Temporibus <sup>4.</sup>  
Tarquinij regis, ex Asia Phocensium juuentus, ostio  
Tiberis inuencta, amicitiam cum Romanis junxit: inde

in

volunt conditam à Romulo.  
*Zanch.* Roma autem dicta est Græ-  
ca voce tanquam Valentia. Con-  
dita vrbs ipsis Palilibus, id est, vñ-  
decimo Calendas Maias, hora  
post secundam ante terram, sicuti  
L. Taruntius prodidit Mathematicorum nobilissimus. Sole in  
Tauro, Luna in Libra constitutis.  
Et hoc est quod dixit Cic. *cum in*  
*iugo Luna esset.* Et sub Libra con-  
ditam ideo Romani dixit Mani-  
lius. Vide *Thys. in M. Cell.*

3. Reges hastas <sup>3.</sup> Iude Homero  
*οντηλίχου* (*sceptrigeni*) reges. Su-  
pra, 23. 4. 10. cum Hieroni aquila  
in clypeo, noctua in hasta conse-  
disset, onfilio cautum, & manu  
promptum, regemque futurum  
significabatur. Ravaniæ in Baen-  
ticis, Cheronenses referunt, ex Dñs  
sceptrum colere, quod Vulcanis  
ioui fabricauit, & id hastam vo-  
care. B. Adde Turneb. Aduersar. 22.  
12. ubi tamen quod mulieres non  
solitas dicitur hastam gerere, di-  
uersam habet scientissimus anti-  
quitatis Appollinaris Carm. 2. V.  
432. Bern.

*Pro diis hastas col.* J. Turnebus  
Aduersar. 8. 16. ex Virgil. Aeneid.  
12. 95. Aeschyllo in sept. ad Theb.  
v. 481. & Valer. Flaco, 3. 707. Adde  
pincemiographos in Cane; *hasta*.  
Bern.

4. *Temporibus Tarquinij regis.*] Iam ante illa tempora Cyri, &  
Tarquinij, deductam esse à Pho-  
censibus Massiliam, restatur Ari-  
stoteles, apud Harpocratatem in  
voce *Μασσιλία*. Hoc ipsum quo-  
que restatur Scymnus Chius.

— *Μασσαλία* δι' οὐτούς ιχθυόρη  
Πλάτωνες Φωκεών Σποράδων  
Εγ τῷ Αγαθεῖ βέταντες ἀκ-  
πονα.

Περὶ τῆς μάχης τῇ ίν Σαλαμῖν  
γνωσθήσει

Επειπονετερον, μὲν φιλοτο-  
ικῶν εἰσοδη.

Sic lege. Tempus igitur, quo con-  
dita est Massilia, incidit in annum  
primum Olympiadis XLV. Errat  
autem Agathias, qui ait, regnante  
Dario Hydaspe Massiliam con-  
ditam. *Voss.*

*Tarquinij regis*] Prisci, ut Euse-  
bius in Chronicis: Tarquinij  
temporibus Phocenses in Italianam  
trajecerunt.

*Phocensium Φοκαιῶν* scribunt  
Græci, id est, Phocensium, à Pho-  
cea Ioniaz urbe. Gellius, 10. 16.  
terram Phocidem dixit. B. Hinc Lu-  
ciano, 3. 307. *Phocais juuentus* pro  
Massiliensibus: & Silio, 4. 52.  
*Phocaica ora*, id est, Massilienses:  
quorum

in ultimos Galliae sinus nauibus profecta, Massiliam inter Ligures & feras gentes Galloium condidit: magnasque res, siue dum armis se aduersus Gallicam feritatem tueruntur, siue dum vltro laceſſunt, à quibus fuerant ante laceſſiti, gesserunt. Namque Phocenses exiguitate ac macie terra coacti, studiosius mare quam terras exercere: pīscando, mercando, plerunque etiam latrocinio-

quorum ager suburbicarius in Itineraria Tabula Græcia dicitur. Bern.

*Massiliam*] De Massilia vide Strabonem lib. 4. Sollum c. 8. Ammianum 15. 23. & Gellium, 10. 16. H̄i conditam Massiliam à Phocænibus Perficam seruitutem fugientibus referunt, cum ipsorum vrbs ab Harpalō (Harpagum vocat Herodotus l. 1.) obliuderetur. Plutarchus in Solone cap. 3. conditam scribit à Proto: eum Iustin. 43. 3. 8. Proin vocat, Plutarchi sensum non sunt assequuti interpretes. B. Massilia à Phocænibus conditæ meminit & Thucydides, 1. 3. 9. item Liuius, 34. 9. 1. Vrbis etymon ex Timo Stephanus indicat. Ejus de conditu accurate Scaliger Annotauerit. in Eusebij Chronicon pag. 80. & seq. Bern.

*Massiliam*] Quæ & μασσιλια Ptolemy & Eustathio, per antiqua vrbs, & non parum olim fortunata, in litore Gallie ad mare mediterraneum posita, origine Græca, à profugis ex Ionia Phocænibus dominatum Persarum auersantibus inter barbaros Salyas condita, cum Cyrus retum in Asia potiretur. Remp. hanc egregie laudat M. Tullius Cicero variis locis. In Orat. pro L. Valerio Flacco sic ait: neque vero te, Massilia, prætereo, cuius ego ciuitatis disciplinam arque grauitatem non solum Græcæ, sed haud scio, an cunctis gentibus anteponendam jure dicam: quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, disciplinis linguaque diuisa, cum in ultimis

maris, terris cincta Gallorum gentibus barbaræ fluctibus alluator sic optimatum consilio gubernatur, ut omnes ejus instituta laudare facilius possint, quam æmulari. C. quoque Tacitus appellat locum Græca conitate & prouinciali parcimonja mistum: & bene compositum, disciplinæ quoque grauitatem, seueritatis in ea vrbe custodiam, denique prisci motis obseruantiam Valerius Maximus extollit. Vide Vbbonem Emin. in deſcript. Massiliæ.

*g. Nam Phocenses exiguitate, ac macie terra coacti*] Atqui Phocænium tractus non sterilis, sed quam maxime fertilis, omniumque rerum abundans. Sed Phocænium regio (quos hic confundit cum Phocænibus) arida & sterilis erat, maximaque ex parte montibus obsita, Vnde Dorientes, qui eandem cum Phocænibus regionem incolebant. Λιμνædωγεις audiebant, διὰ τὸ λιμνᾶτεν. Contra phocenses Asiatici, quibus è terra fecunditate, morum quoque luxuria accessit. Hinc quoque Massilienses, eorum δοτογυροι, Σπάληψις Ciceroni dicuntur ad Atticum l. x. Epist. xii. Massiliensem factum cum ipsum per se luculentum est, cum mihi arguimento est, recte esse in Hispania. Minus enim auderent, si aliter esset: nam & veteri, & diligentes sunt. Emendarunt alij, & d'err. genere sunt. Noli dubitare, quin Cicero scripterit, nam & veteri, & d'err. sunt: Voss.

maris, quod illis temporibus gloriæ habebatur, vitam tolerabant. Itaque in ultimam Oceani oram procedere ausi, in sinum Galliū ostio Rhodani amnis deuenere. Cuius loci amoenitate capti, reuersi domum referentes quæ viderant, plures solicituere. Duces classis Simos & Protis fuere. Itaque regem Segobrigiorum, Nannum nomine, in cuius finibus vibem condere gestiebant, amicitiam petentes conueniunt. Forte eo die rex occupatus in apparatu nuptiarum Gyptis filiæ erat: quam more gætis, electo inter epulas genero, nuptum tradere illic parabat. Itaque cū ad nuptias inuitati omnes processissent, rogatur etiam Græci hospites ad conuiuum. Introducta deinde virgo, cum iuberetur à patre aquam porrigeret ei quæ virū eligeret, tunc omissis omnibus ad Græcos conuerla, aquam Proti porrigit: qui factus ex hospite gener, locum condendæ vibis à socero accepit. Cōdita igitur Massilia est prope ostia Rhodani amnis, in remoto sinu, veluti in angulo maris. Sed Ligures incrementis vibis inuidētes, Græcos assiduis bellis fatigabant. Qui pericula propulsando in tantū enituerunt,

vt

*Lattrocinio.* Hinc illa apud Homerum Odys. 3.7. amica interrogatio, an prædones essent ex qua Thucydides, 1.1.22. probat, latrocinium apud veteres Græcos probro non fuisse; quod & de priscis Germanis asserit Caesar bell. Gall. 6.2.1. itemque de Tartaris Sigism. Heberstenius in Commentar. rer. Moscouiticar. Vide l. vi. ff. de Collégialis. Bern.

8. Duces classis Simos & Protis fuere. J Athenæus ex Aristorclis libro, τοιούτης οὐ μετέπειται πολλαὶ αἱ τις, asserit hanc historiam, lib. XIII. Sed variat nonnihil in nominibus. Quem enim Iustinus hic Protin, ille Euxenum, Nannum Nanum, Gyptin Perram, siue mutato nomine, Aristoxenam vocat. Filium vero Euxeni, & Aristoxenæ, facit Protin; ynde eius posteri Protiadæ dicti sint. Sed Plutarch⁹

ipsum conditorem, Πρωτην vocat, in Solone; Εὐοι δὲ καὶ πόλεων εἰσι τοιούτης μεγάλων, οἵτινες Μασσαλιαὶ Πρωτη, Κατάποτε τοιούτης τὸ Πρωταρχόδια μετείσθιται. Ita legendum. Vulgo enim male Μασσαλιαὶ οὐ πρωτη, tanquam Massalias esset conditoris nomen. Voss.

*Segobrigiorum.* Quidam vett. Segobrigiorum. Qui sunt hi Gallia populi, non memini legere. Plinius, 3.3. Segobrigenses in Celtiberia collocat, & Strabo Segobrigam, In Gallia Narbonensi iunt Segalau- ni, qui Plinio, 3.4. dicuntur Seguedauini: quo pacto hic fortasse reponendum est. Bong.

11. Aquam Proci porrigit. Alter ex manu exaratis codicib. Fuldensibus aquam manibus Proci porr. Mod.

13. Cole

vi. victis hostibus, in captiis agris multas colonias constituerent.

**CAP. IV.** Ab his igitur Galli, & usum vitæ cultioris deposita & mansuetata barbaria, & agrorum cultus, & vires mœnibus cingere didicerunt: Tunc & legibus, non armis vivere, tunc & vitem putare, tunc oliuam serere consueuerunt: adeoque magnus & hominibus & rebus impositus est nitor, ut non Græcia in Galliā emigrasse, sed Gallia in Græciam translatā videretur. Mortuo rege Nanno Segobrigiorum, à quo locus acceptus condidit urbis fuerat, cum regno filius eius Comanus successisset, affirmante regulo quodā, quandoque Massiliam existio finitimis populis futuram, opprimendamque in ipso ortu; ne mox validor ipsum obrueret. Subiectū & illam fabulam: *Canem aliquando partu grauidam locum à pastore precario petisse, in quo pareret: quo obtento, iterato petisse ut sibi educare eodem in loco catulos liceret: ad postremum, adultis catulis, sultam doméstico præsidio, proprietatem loci sibi vindicasse.* Non aliter Massilienses, qui nunc inquilini videantur, quandoque dominos regionum futuros. His incitatus rex, insidias Massiliensibus extruit. Itaque solenni Floraliorum die, multos fortēs ac strenuos viros hospitij jure in urbem misit; plures scirpiis latentes, frondibusque supertectos induci vehiculis

1. Colonias const. ] Ad cōrēndos nimium hostes. Quia caufa coloniam sedem seruituris vocat Tacitus Agr. 16. 2. Equi coloniam agre patiuntur, velut arcem suis finibus à Romanis impositam. Liu. 10. 1. 7: Oppida ab Alexandro condita, velut freni domitarum gentium erant. Curtius, 7. 10. 25. Conditæ ab Alexandre urbes, & coloniis repleta, res nouare cupientibus obstant. Idem, 10. 2. 8. Bern.

**CAP. IV. 1. 2.** Ab his igitur &c.] Massiliensium instituta præclaras tradit Val max. 2. 6. 7. & Strabo sub initium lib. 4. Tacitus Agric. c. 4. 10. sum vocat Grata comitato & pro-

vinciali parsimonia misum, beneque temperatum. Adde Ciceronem pro Flacco Cap. 26.

3. Comantu] Ptolemyus Massiliam vocat Koumu, ἡ τολιν, forte ab hoc rege, aut ejusdem nominis alio. Plinius tamen circa Massiliam Cenomannos habitatasse in Volcis, refert, unde dubito, an in Ptolemeo mendum sit. Bong.

4. 5. Canem aliquando &c.] Vide Adagium, *Hospes indigenam.* Exempla sunt apud Thucydidem, 2. 13. 4. Liuium, 4. 37. 3. &c.

6. Floraliorum ] Præter Romanos etiam Græcos, quorum coloni Massilienses, hoc festum obseruasse

hiculis jubet: & ipse cum exercitu in proximis montibus delitescit; ut quum nocte à prædictis apertæ portæ forent, tempestive ad insidias adesset; urbemque somno ac vino sepultam armatis inuaderet. Sed has insidias mulier quedam, regis cognata prodidit, quæ adulterare cum Græco adolescentे solita, in amplexus juuenis, miserata formæ eius, insidias aperuit, periculūque declinare jubet. Ille rem statim ad magistratus defert: atque ita patefactis insidiis, cuncti Ligures comprehenduntur, latentesque de scirpiis protrahuntur. Quibus omnibus interfectis, insidianti regi insidiae tenduntur. Cæsa sunt cum ipso rege hostium septem millia. Exinde Massilienses festis diebus portas claudere, vigilias agere, stationem in muris obseruare, peregrinos recognoscere, curas habere, ac veluti bellum habent,

uasse ex hoc loco patet. Ouidius in Fastis, non ignobilem nympham fuisse canit, cui nomen fuerit Chloris, quæ Zephyro collocata in matrimonium dotis loco id munera à masito accepit, vt omnia florum potestarem haberet. Digna quoque Poëta verba, quæ subtexantur.

*Chloris eram (inquit) qua Flora vocor, corrupa Latino Nominis est nostri littera Graca sono.*

*Chloris eram Nymphae campifellicis, ubi audis*

*Rem fortunatus ante fuisse viris. Et postea:*

*Est mihi fecundus docealibus horum in agris.*

*Aura fons, liquida fonte rigantur aquæ.*

*Hunc meus impletus generoso flore maritus,*

*Atque ait: Arborium tu, Dea, floris habeo.*

*7. Somno ac vino sepultam] Mutuo sumptum à Virgil. Aen. 2.*

### 265. Bern.

*8. Mulier quadam] Sepe à mulierculis arcana coniuratorum in vulgus manare, Piccartus obseruation. dec. 7. c. 3. exemplis nonnullis ostendit: quibus addantur relata à Luij, 27. 17. 9. Plutarch. in Alexandr. c. 86. & Orat. 2. de fortun. Alexandr. c. 17. Nostro, 5. 2. 5.*

*Miserata forma &c.] Misera forma rectius fuerit opinor; vt & 15. 3. 6. Modius: miserata formam. Quomodo Cæsar bell. Gall. 1. 39, Magnum periculum miserabatur. Et Virgilius Aen. 12. 243.*

*— Turni sororem miserantur inquam.*

*Et auctor ipse, 8. 5. 13. & 12. 5. 4. &c.*

*11. Festis diebus] Inde etiam est, quod cum telo nemini licuit intrare urbem, Valerius Maximus lib. 2.*

*Curas habere] Hoc est, curiose scrutari. Non dissimiliter curas agere posuit Lampridius in Al. Scuero c. 64. vbi Salmas.*

*11. 12. Confer hisce Græcos Emporiis*

12 beant, sic vrbem pacis temporibus custodire. Adeo illic  
bene instituta, non temporum necessitate, sed recte fa-  
ciendi consuetudine, seruantur.

1 C A P. V. Post hæc magna illis cum Liguribus, ma-  
gna cum Gallis, fuere bella : quæ res, & vrbis gloriam  
auxit; & virtutem Græcorum, multiplicata victoria, ce-  
2 lebrem inter finitimos reddidit. Carthaginensium quo-  
que exercitus, cum bellum captis piscatorum nauibus  
ortum esset, sape fuderunt, pacemque viætis dederunt :  
3 cū Hispanis amicitia junxerunt : cum Romanis prope  
ab initio conditæ vrbis fœdas summa fide custodierunt,  
auxiliisque, in omnibus bellis, industrie socios juuerunt.  
Quæ res illis & virium fiduciam auxit, & pacem ab ho-  
4 stibus præstítit. Cum igitur Massilia fama rerum gesta-  
rum, & abundantia opum, & virium gloria vidente flo-  
reter, repente finitimi populi ad nomen Massiliensium  
delendum, veluti ad commune extinguendum incen-  
5 dium concurrunt. Dux consensu omnium Catumandus  
regulus eligitur, qui, cum magno exercitu let. simoru  
viro: u vrbem hostiū obsideret, per quiete specie toruæ  
mulieris, quæ se deam dicebat, exterritus, vltro pacem  
6 Massiliensibus fecit, petitoque vt intrare illi vibem, &  
deos eorum adorare liceret, cum in arcem Minervæ  
venisset, conspecto in porticibus simulacro deæ, quam  
per quietem viderat, repente exclamat, illam esse, quæ se  
nocte exterruit ; illam, quæ recedere ab obsidione juf-  
7 sisset. Gratulatusque Massiliensibus, quod animaduerte-  
ret eos ad curam deorum immortalium pertinere ; tor-  
que aureo donata dea, in perpetuum amicitiam cum  
Massiliensibus.

Emporiis habitantes, apud Liulum, rur. B. Adde Herodotum, t. 166.  
34.9.4. & seqq.

C A P. V. 2. Carthagin quoque  
exercitus] Thucydides, t. 3.9 Pho-  
caenses, qui Massiliam condide-  
runt mari, Carthaginenses deince-

Bern.

6. Simulacro deæ] Quod sedens  
fuisse in Massilia, Strabo refert  
lib. 13. Bong.

Massiliensibus junxit. Parta pace, & securitate fundata, 8  
 reuertentes à Delphis Massiliensium legati, quo missi  
 munera Apollini tulerant, audierunt vibem Romanam  
 à Gallis captam, incensamque. Quam rem domi 9  
 nuntiarum publico funere Massilienses prosequuti sunt:  
 aurumque & argentum publicum priuatumque contu-  
 lerunt, ad explendum pondus Gallis, à quibus redem-  
 ptam pacem cognoverant. Ob quod meritam & immu- 10  
 nitas illis decreta, & locus spectaculorum in senatu da-  
 tus, & fœdus æquo jure percussum. In postremo libro, 11  
 Trogus maiores suos à Vocontiis originem ducere,  
 auum suum Trogum Pompeium, Sertoriano bello, ciui-  
 tatem à Cn. Pompeio percepisse dicit: patruum Mi- 12  
 thridatico bello turmas equitum sub eodem Pompeio  
 duxisse, patrem quoque sub Caio Cæsare militasse;  
 epistolarum

<sup>9</sup> Publico funtre] Indicto scili-  
 cet à senatu iustitio publicoque  
 luctu. De hoc honoris genere vide  
 Kirchman. fin. Rom. t. 4. Bern.

<sup>10</sup> Immunitas] Scilicet à tributis  
 & vestigalibus. Apud Suetonium  
 in Aug. c. 40. Augustus Liuia pro  
 quodam tributario Gallo roganti,  
 ciuitatem negavit, immunitatem  
 obrulit, puta ne posthac esset tri-  
 butarius. Quales an Romanis Ma-  
 silienses antea fuerint, haud ab re  
 dubites: quippe socia ciuitas &  
 amica: quam Cæsar & secuti Prin-  
 cipes etiam post graues offensas  
 liberam conseruarunt, teste Stra-  
 bone lib. 4. pag. 125. 40. Vide tamen  
 immunitatis libertatisque discri-  
 men apud Liuium, 45. 26. 11. 12. 13.  
 Bern.

<sup>11</sup> In senatu] Eadem phras sic vsus  
 Suetonius Claud. 25. 16. dicit Ar-  
 menios sedisse in senatu, hoc est,  
 ut ibidem explicatur in Orchestra,  
 seu loco ad Theatri radices scene  
 proximo, ex quo Senatores specula-

bant. Ita spectare in Equite dixit  
 Suetonius Domit. 8. 7. hoc est, ip  
 equestribus subcelliis, seu Equitorum  
 cuneis. Iungit Tertullianus in lib.  
 de spectaculis, arceri senatu &  
 equite, hoc est, honestioribus thea-  
 tri locis de quibus omaino viden-  
 di, Lipsius Amphith. c. 14. & P. Fa-  
 ber Semeltr. 2. 6. Bern.

<sup>12</sup> Äquo iure] Alioqui & talia fœ-  
 derata erant, quibus obsequium mo-  
 dicum debebant Principi populo  
 fœderati.

<sup>13</sup> Vocontius] Vulgo inepte, à  
 Volscas: cui lectio Volcae, Galliz  
 ad Rhodanum populi, causam de-  
 derunt. Vocontii sunt in Gallia Nar-  
 bonensi, qui in Ptolemaeo mendo-  
 se σωνιδοι, pro ονιδοι. Est &  
 Massilia eiusdem Narbonensis  
 Galliz ciuitas. inde occasione in  
 sumpsit Trogus originem suam  
 edifferendi. B. Plinius, 3. 4. fin. & 7.  
 18. Vocontios fœderatum Romani  
 gensem appellat. Bern.

epistolarumque & legationum, simul & anuli curam habuisse.

12. Legationum] Legationes suscipere, & ad principem admittere, sub ceterioribus principibus fuisse munus Magistri officiorum, interdum Magistri epistolarum, observauit auctor Notitiae utriusque Imperij. Apud persas id muneris gessit chiliarchus seu tribunus militum, qui secundum imperij gradum tentbat, Probus in Conone, & Aelianus var. 1.21.ia Aegyp-

to, Nicanorem excipiendo Legatis à Ptolemao præpositum scribit Iosephus antiqu. 12. 2. m. Bern.

Anuli curam] Quam etiam ab Imp. Augusto Mæcenati atque Agrippæ, & Muciano à Vespasiano commissam, ex Dione & ejus epitomatore docet V. C. Ioan. Kirchmannus lib. de annulis cap. 6. v. eten.

### L I B E R X L I V .

#### B R E V I A R I V M C A P I T U M .

- 1 Hispania nomen, situs, fertilitas, annes, claustra, forma, salubritas.  
*Hispanorum mores, primus dux Viriatus.*
- 2 Equarum Lusitanicarum fabula. Gallæcorum origo, dinitia, & miranda.
- 3 Habidiss, Gallæcæ & sinitimarum regionum principis, historia, seu fabulosa narratio, & prudens administratio. Geryon, qui triplex fabulis dictus, regnum.
- 4 Carthaginensium imperium. preclari eorundem Duces violenta morte pereunt. Hispanos dominat Caesar Augustus.

#### C A P . I .

1 **H**ispania sicuti Europæ terminos claudit, ita &  
2 huius operis finis futura est Hanc veteres ab  
3 Ibero amne primum Iberiam, postea ab Hispano Hispaniā cognominauerunt. Hæc in-

C A P . I . 1. Hispania] Confer Strabonem lib. 3. Melam, 2. 6. Pliniuum, 3. 1. Solinum cap. 26. Vide & Curtium Rufum, 10. 1. 18. Iberiam

quidam ab Ibero dictam putant, Herculis filio, fratre Celti, Eustathius in Dionysium, usq.

Ferti

ter Africam & Galliā posita, Oceani freto, & Pyrenæis montibus clauditur. Sicut minor vtraque terra, ita vtraque fertilior. Nam neque, vt Africa, violento sole torretur, neque, vt Gallia assiduis ventis fatigatur; sed media inter vtramque, hinc tēperato calore, inde felicibus & tempestiis imbris in omnia frugum genera sœcunda est; adeo vt non ipsis tantum incolis, verum etiam Italiæ, vrbique Romanæ cunctarum rerum abundantia sufficiat. Hinc enim non frumenti tantum magna copia est, verum & vini, mellis, oleique: nec ferri solum materia præcipua est, sed & equorum pernices greges: nec summa tantum terræ laudanda bona, verū & abstiutorum metallorum felices diuitiæ. Iam lini, spartique vis ingens: minij certe nulla feracior terra. In hac cursus annium non torteates rapidique, vt noceant sed lenes, & vineis capisque irrigui, æstuariisque Oceani affatim piscoſi, plerique etiam diuites auro, quod in paludib[us] vehunt. Vno tantum Pyrenæi montis dorso adhæret Galliæ: reliquis partibus vindique in orbem mari cingit.

TUR.

3. Fertilior ] Fertillias Hispaniæ commendatur etiam à Plinio, Diodoro Strabone, Solino, Melo: sed nimis quacunque ambitur mari, vt ait Plinios, 37. 13. fin. qui quidem Bæticam ceteris Hispaniæ partibus anteponit. Nam qua spectat Arctum, aspera est & sterilis: adeo vt quidam existimat, à D. Paulo Rom. 15. 24. & locis alisis supra, 12. 13. 1. a citatis, Στρατια vocari dicitur, ut inveniatur, ob rerum ad vitam sustentandam necessarium indigenitam. Unde duræ sellue Iberia dicitur Horatio, 4. ode 14. Cur autem hodie tantum videatur à prisca fertilitate degenerauisse rationem reddit Ludou. Nonius in His. cap. 1. fin. 277.

5. Equorum pernices greges] vi de Symmachum, 9. epist. 53. ubi plura laretus, 277.

6. Lini spartique vni] De sparte Plin. lib. 19. cap. 2. Gell. lib. 17. c. 3. meminit.

7. auro, quod in paludib[us] vobun] Quæ, malum, ibe paludes, in quibus aurum vobis? Legendum, si quid diuinare scio: quod in balucib[us] vobun. Balus est, quæ Straboni (lib. 3. pag. 10. 1. 74. vbi de Hispania) χρυσοῦ ἀνθεῖ (nobis Soldan) liniæ, 33. 1. m. ic auro & Hispaniæ idem quod minorem est, balucem vocant. Minuta igitur ramenta baluces vel baluce. Glossa: χρυσοῦ μέρη, baluce. Græcum est βάλιξ, Latine balux: vt βαλιxi, uruci, βαλιξ, βαλιξ, brundusum, Σικελια, Sicilia. Hesychius: βαλιξ, φέρον. Minutus igitur auri calculus, balux. Hec Salmonius ad Solinum pag. 277. A. 1. beris.

9 tur. Forma terræ prope quadrata, nisi quod artantibus  
 10 freti litoribus in pyrenæum coit. Porro pyrenæi montis  
 spatium sexcenta millia passuum efficit. Salubritas cœli  
 per omnem Hispaniam, & qualis, quia aëris spiritus, nul-  
 la paludium graui nebula inficitur: Huc accedunt &  
 marinæ aurae, vndique versus assidui fatus, quibus om-  
 nem prouinciam penetrantibus, euentilato terrestri spi-  
 ritu, præcipua hominibus sanitas redditur.

1 CAP. II. Corpora hominum ad inediā, laborem-  
 que; animi ad mortem parati. Dura omnibus & ad stricta  
 2 parcimonia. Bellum quam etiū malunt; si extraneus  
 3 deest, domi hostem querunt: Srpe tormentis pro silen-  
 tio rerum creditarum immo: tui: adeo illis fortior tac-  
 4 turnitatis cura, quam vita. Celebratur etiam bello pu-  
 nico

9. Quadrata] Hispaniam trigo-  
 nam imperie faciunt Aethicus in  
 Cosm. & Orosius, 1. 2. sed Strabo,  
 Mela, Ptolemaeus, & alij, compa-  
 rant eam corso bubulo extenso:  
 cuius partes ad collum pertinen-  
 tes in adhærentem ipsi Galliam  
 porriguntur: inde dilatatur ad  
 brachia, ab Noua Carthagine us-  
 que ad Cantabros: crura à freto  
 Herculeo usque in Galliaciam &  
 mare Britanicum: ultimum corij,  
 ad modum caudæ, promontorium  
 Sacrum, hodie S. Vincençy, quod  
 in Oceanum Atlanticum extendi-  
 tur. Bern.

Sexcenta millia pass.] Quæ sunt  
 stadia 4800. Strabo lib. 1. pag. IIII.  
 46. Tarracone ad Pamponem, ip-  
 samque Oceanii oram, stadia nu-  
 merat 2400. tantum. At vero Dio-  
 doros, 4. 35. Pyrenæos ait in lon-  
 gitudinem stadia fere 3000. ex-  
 tendi. Bern.

10. Vndique versus aff. &c.] Vul-  
 gati & duo mss. vndique aduersus  
 assidui. malim vndique aduersi &  
 assidui fatus. Bong. Sed Val. Aci-  
 dalius in Velleianis lectionibus,  
 sub fine, pro vndique versus,

addita copula reposit Apulejia-  
 nū, & vndique secu, id est, ab om-  
 nibus partibus. Lego tamen vndi-  
 que versum etiam apud Apule-  
 ium lib. 4. Metam. & Apolog. nec  
 video cur damnandum sit. Bern.

CAP. II. I. Animi ad mortem  
 parati] Silius Ital. 1. 225. de Hispa-  
 niis:

Prodigia gens animi, & prope-  
 rare facilima mortem.  
 Namque ubi transcendit floren-  
 tes viribus annos,  
 Impatiens aut spem nouisse se-  
 nestam,

Et fæci modus in dextra est. ---

2. Si exercent, &c.] Nulla ma-  
 gna ciuitas) nec vlla bellicosa na-  
 tio) diu quiescere potest. Si foris  
 hostem non habeat, domi inueniet.  
 Liuins, 30. 44. 6. Quo consilio  
 etiamnum apud Hispanos foris ar-  
 ma, domi quies. Bern.

4. Celebratur etiam] Vide Li-  
 uium, 21. 2. 6. Valerium Maximum,  
 3. 3. fin. B. Exemplum Hisp. constan-  
 tie in tormentis, habet etiam Ta-  
 citus Annal. 4. 45. & Strabo lib. 3.  
 pag. 114. 25. Adde supr. 2. 9. 4. &  
 Plinium, 7. 23. Bern.

5. Es

nito serui illius patientia, qui vltus dominū inter tormenta risu exultauit, serenaque lētitia crudelitatem tōrquentium vicit. Voloctas genti pernix: inquies animus: plurimis militares equi, & arma, sanguine ipsorum cariora. Nullus in festos dies epularum apparatus. Aqua calida lauari, post secundum bellum Punicum à Romanis didicere. In tāta seculorum serie nullus illis dux magnus, præter Viriatum, fuit: qui annis decem, Romanos varia victoria fatigauit ( adeo feris propiora, qnam hominibus, ingenia gerunt), quē ipsum non iudicio populi electum, sed vt cauendi scientē declinando rumque periculorum peritum, sequuti sunt. Cuius ea virtus continentiaque fuit, vt, cum Consulares exercitus frequenter vicerit, tantis rebus gestis non armorum, non

5. Et arma sanguine ips. cariora] Silius, 34.17. 6. Hispanos pleroque sibi manus attulisse refert ob adempta arma ferox gens, inquit, nullam vitam rati sine armis esse. B.Silius tral. 3.330.

Nec vitam sine Maree pati: quippe omniū in armis  
Eius causa sita, & damnatum  
vivere paci.

Addo notata supr.ad 33.2.3. & 4.  
Bern.

6. Nullus epul.appar.] Plinius, 16. 3. scribit, eos tuo suo glandem in secundis mensis habuisse. Quia ex glandium farina etiam panem confeclisse, docet Strabo lib. 3. Quamvis ditissimi, aquam bibeant, vt videtur est Apud Athenæum, 2.6. Bern.

Aqua calida lau.] id quod jam olim deliciarum nomine taxatum apparet ex Homero Odyss. 8. 248. & illo Hermippi Comici veteris: Mē dīs & uīs tui μαδίνη + ἄρ σεξ χρῆ

Tēr αγαθόν, καὶ θεούς ταῖς οὐ πεντέ. Sed inebriari non deceat virum

probūm,  
Calida aur lauari: qua facere  
tamen soles.

Sane bunduica (quæ Tacito Bon dicea) regina Britannica, in oratione ad exercitum, Romanos nec viros ait appellandos, quod calida lauenter. Dionis abbreviator in Nerone pag. 17. f. Quod Germanis excusatius est, ut apud quos plurimum huic occupat. Tacit. German. c. 22. Qui idem inter delinimenta vitorum, quibus Romani Britanos denique jugi patientiores reddidere, Balnea quoque numerat in Agr. c. 21. Fortissimos Spartanos, psychrolutas (Sene cæ verbo) facit Plutarchus in Alci biade cap. 40. bern.

7. In tanta seculorum serie] Insidiatrix enim ac prædatrix vitam solitæ sunt, parva ausi, magna vero non aggressi, &c. Strabo lib. 3. pag. 109.7. B.

Annis decem ] Cum Viriato bellum gestum annos quatuordecim, Florus, 2.17.25. & Orosius, 5. 4. scribunt. B. Vide omnino Lip. sium Not. 172, ad lib. 2. Vell. Pat. terculi. bern.

non vestis cultum, non denique vietum mutauerit: sed in eo habitu, quo primum bellare coepit, perseverauerit; ut qui quis gregarius miles ipso imperatore opulentior videretur.

- <sup>1.</sup> CAP. III. In Lusitanis juxta fluvium Tagum, vento equas fœtus concipere multi auctores prodidere, quæ fabulae ex equarum fœcunditate, & gregum multitudine natæ sunt: qui tanti in Gallæcia & Lusitania, ac tam pernices visuntur, ut non immerito vento ipso concepti videantur. Gallæci autem Græcam sibi originem asserunt. Siquidem post finem Trojani belli, Teucrum morte Ajacis frarris inuisum patri Telamoni, quum nō reciperenr in regnum, Cypri concessisse, atque ibi urbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidisse.

Inde

<sup>2.</sup> Non vestis cultum] Talis Otho apud Tacitum Hist. 2. 11. 8. Talis Cænus, seu portius Carus, apud Synesium orat. de regno, pag. 13.

CAP. III. 1. In Lusitanu] Rem incredibilem dicit Varro, sed verā, lib. 2. de re rustica, cap. 1. & Columell. 6. 27. & Plin. 8. 42. Vide & Maronem, Georg. 3. 273. Bong. Ade citatos & comprobatos à Lud. Carrione, Emendat. 1. 17. & 2. 4. Franciscus ramen Fernandius de Cordoua Hispanus, illam narratiōnē de equabus Hispanicis vento concipientibus, esse commentitiā, & auctoritate, & ratione, & experientia docet in Didascalia multiplici cap. 48. In quam sententiam concedit & Ioh. Vuouvierius Polymath. cap. 1. 1. pr.

Tagus] Τάγος, Ptolemaeo & ceteris, Hispanie fluvius, aurifer, si veteribus creditur. Oritur in Celtiberis, dividit Lusitaniam, & ultra Ulyssipponam in Oceanum proximpit. Accolis Tao vocatur. Et hunc, & multos alias Lusitanie fluvios etiamnum auriferos esse, affirmat mihi vir sive dignus Emanuēl Enyicus Orre.

Vento] Elante Fanonio,

Vento] Solinus miro loquendi modo dixit: Sicut enim viros aurorum spiritu marianuntur; quem Martianus imitatus est: in eius quoque confusio equorum futura ventu marianibus inolescit.

Gallaci] A quibus deuictis Decimus urutus Gallaeus dictus. Hi Straboni lib. 3. pag. 115. 24. sunt Καλλαιοι. & 105. 3. urutus Καλλαιος. Idem 108. 3. non ipsum Teucrum ibi coasedisse, sed quosdam qui Teucrum in bellum fuerant secuti. B. Bern.

Salaminam] Σαλαμίς, Ptolemaeo Cypri urbs: quæ Plinio, & Polyæao, Salamine. Stephanus eā Constantiam dici scribit. Idem D. Hieronymus tradit, & addit, eam Traiani Imp. tempore à Iudeis deleram, interfectis omnibus eius incolis. Anton. Curchinus dicit, eam sub Eraclio Imp. à Saracenis captam, funditusque excisam, neque poste: unquam habitat. in Eusebio auctore, in lib. de Preparatione Euangelica, Coronia Kosurtis, antiquissimis temporibus vocata fuit. Hodiè Famagosta dicitur, ut Niger autumat. Stephanus quoque

Inde accepta opinione paternæ mortis, patriam repetit-  
se. Sed quum ab Eurydice Aiakis filio accessu prohibe-<sup>3</sup>  
retur, Hispanæ litoribus appulsum, loca, vbi nunc est  
Carthago noua, occupasse: inde Gallæciam transisse; &  
positis sedibus genti nomen dedisse. Gallæciæ autem  
portio, Amphiliachi dicuntur. Regio cum æris ac plum-  
bi vberima, tum & minio, quod etiam vicino fluminí  
nomen dedit. Aut quoque ditissima, adeo ut etiam  
aratto frequenter glebas aureas exscindant. In hujus  
gentis finibus sacer mons est, quem ferro violari nefas  
habetur: sed si quando fulgure terra proscissa est, quæ  
in his locis assidue res est, detectum aurum velut Dei  
munus colligere permittitur. Feminae res domesticas,  
agrorumque culturas administrant: ipsi armis, & rapinis  
seruiunt. Præcipua his quidem ferri materia, sed aqua-<sup>8</sup>  
ipso ferro violentior: quippe temperamento eius, ferrum  
acrius

que *Kosmœtis*, Cypri urbem ha-  
bet, sed diuerso accentu, ut hic vi-  
detur. *Orrel.*

3. *Carthago noua*] In Hispania Tarragoniæ. Constanorum mari-  
tima vrbs, *Ptolemy*, & alijs. Eius  
diligens descriptio exstat apud Polybium.<sup>10</sup> Hanc auctores, ut  
Plinius Antonius, & Appianus,  
*Spartariam* Σπαρτατην cognom-  
inant. Idem Appianus putat  
prius *Saguntum* appellatam, sed  
postea ab Annibale excisam, &  
Carthaginem coloniam fa-  
ctam, Carthaginem *Spartagenam*  
nuncupatam. Sed hanc Carthagi-  
nem & Saguntum duo & diuersa,  
oppida esse, lippis & tonsoribus  
ut dicitur, notum est. At hoc con-  
donandum est homini Græco &  
peregrino, & cui Hispania minus  
cognita fuerit, veluti qui scribat,  
Iberum fluuium in Septentriona-  
lem Oceanum euoluunt: cum in Me-  
diterraneum exeat. Hanc Cartha-  
ginem quoque *Cansopolim*, ut Li-  
bycam, appellari scribit Stephanus.  
Idem Polybius lib. 3. *Phanis-*

*am* nomina: *Polyenus*, 8. de Sci-  
pione. Hodie *Cartagena* nomi-  
natur. *Carthago vetus*. *Ptolemy*  
*Elarcaonum* vrbs est, in Hispania  
*Tarraconenæ*. *Panorum cognomi-  
nat* Plinius. Huius quoque memi-  
nit Cicero, de lege Agraria. *Villa*  
*Franca* hodie dici, scribit *Etlico-*  
*pus Gerundensis*. *Canavilla* esse,  
scribunt *Varrerius* & *Beutherus*.  
*Canava* legit *Ant. Augustinus*,  
*Dial.* 8. de Nummis antiquis. sic  
quoque *Ioan. Mariana de Reb.  
Hispanæ. Orrel.*

4. *Amphiliachi* Jvrbum sic dicitur  
tradit *Strabo*, lib. 1. pag. 108. 33.

*Minio*, quod etiam *Minius* am-  
nis, *Plinius*, 4. 20. qui & *Baile*  
*Straboni*: cui sacer moas est *ispy*  
*anputchiar*, de quo idem initio I.  
3. *Bong.*

5. *Auro*] Meminit auriarum  
Hispanicarum & sacra Scriptura  
*Maccab.* 1. 8. 3.

7. *Feminae*] Hunc ipsum & alios  
Gallæcorum mores graphicè de-  
scribit *Silius Italicus* lib. 3. verbi  
344. cum ieqq.

acrius redditur: nec vllum apud eos telum probatur,  
9 quod non aut Bilbili fluvio, aut Chalybe tinguatur. Vnde etiam *Chalybes*. fluii huius finitimi appellati; ferro-  
que ceteris praestare dicuntur.

1 CAP. IV. Saltus vero Tartessorum, in quibus Titanae bellum aduersus Deos gesisse proditur, incoluere Curetes: quorum rex vetustissimus Gargoris, mellis  
2 colligendi usum primus inuenit. Huic cum ex filia stu-  
pro nepos prouenisset, pudore flagitijs, variis generibus  
extingui parvulum voluit: sed per omnes casus fortuna  
quadam seruatus, ad postremum ad regnum tot pericu-  
lorum miseratione peruenit. Primum omnium cum cui  
exponi iussisset, & post dies ad corpus expositi requiri-  
dum misisset, inuentus est vario ferarum lacte nutritus.  
4 Deinde relatum domum, tramite angusto, per quem ar-  
menta commicare consueverant, projici iubet: crudelis  
prorsus qui proculcari nepotem, quam simplici morte  
5 interfici maluit. Ibi quoque cum inuiolatus esset, nec  
alimentis egeret, canibus primo ieunis, & multorum  
dierum abstinentia cruciatis, mox etiam suibus objecit.  
6 Itaque cum non solum non noceretur, verum etiam  
quarundam vberibus aleretur: ad ultimum in Oceanum  
7 abjici iussit. Tum plane manifesto quodam numine in-

ter

8. *Bilbili* fluvius est ferrum da-  
ranti. Hunc Varrius in Salonen  
juxta oppidum Bilbili exonerari  
tradit, atque inde nomen oppido  
datum.

8.9.] De his consulendus Hieron.  
Magius, Miscell. 2.8.

C A P. IV. *Tartessorum*] Eo-  
rum regem Arganthonium, ad  
quem venient Phocenses, com-  
memorat Herodotus, 1.163. quem  
annos centrum viginti refert vi-  
xisse. Meminit & Cicero lib. de Se-  
nectute, ap. 19. *Tartessos* omnium  
bonorum affuentes esse, & calo-

salubri, maximaque aeris temperie  
frui: ideoque longaeos dictos  
Strabo auctor est. Bong.

*Titanai*] Ac si dicas terrigenas.

VIV ruit enim lutum, humum,  
Orientalibus denotat.

*Incoluere Curetes*] Nulli in salti-  
bus *Tartessorum* Curetes. Sed Cy-  
netes: & ita legendum esse hoc lo-  
co ostendimus in *Ptolemæo*. Voss.

*Gargorus*] Ioannes Episcopus  
Gerundensis Paralipom. Hispanix  
lib. 1. *Gorgonium* vocat: eius ne-  
potem *Abūm*. Bong.

12. *Hujus*

ter furentes astus, ac reciprocantes vndas, velut naue non fluctu veheretur, leni salo in litore exponitur: nec 8 multo post cerua affuit, quæ vbera parvulo offerret. In de denique conuersatione nutricis eximia puerò pernitas fuit; interque ceruorum greges diu montes saltusque haud inferior velocitate peragravit. Ad postremum laqueo captus, regi dono datus est. Tunc & linamentorum similitudine, & notis corporis, quæ inustæ parvulo fuerant, nepos aguitus. Admiratione 9 deinde tot casuum periculorumque, ab eodem successor regni destinatur. Nomen illi impositum *Habidis*: 10 qui ut regnum accepit, tantæ magnitudinis fuit, ut non frustra decorum maiestate tot periculis ereptus videatur: quippe barbarum populum legibus junxit; & boues primus aratro domari, frumentaque sulco quætere docuit; & ex agresti cibo mitiora vesci, odio eorum quæ ipse passus fuerat, homines coëgit. Huius 11 casus fabulosi viderentur, nisi & Romanorum conditores lupa nutriti, & Cyrus rex Persarum cane alitus proderetur. Ab hoc & ministeria servilia populo interdicta, & plebs in septem vibes diuisa. Mortuo Habi- 12 de regnum per multa secula à successoribus eius retentum est. In alia parte Hispaniæ, & quæ ex insulis 13 constat,

12. *Huius casus fabulosi* vid. 3-  
Hominum Æneis Ædipus, hoc est, à  
feris educatorum, & agilitate ferarum exempla concessit  
Phil. Camerarius, Hora. subcif. 1.  
25. Bern.

*Lupa nuririi*] Supra, 43. 2. 5.  
Liuius, t. 4. Plutarchus Romulo  
capit. 5. & de fortun. Romanor. cap.  
12. Strabo lib. 5. Virgil. Aen. 8. 630.  
& plerique, qui de origine urbis  
Romæ tradunt. Plinius, 8. 17. Quæ  
de infantibus ferarum latte nutri-  
tur, cum essent expositi, traduntur,  
sicut de conditoribus nostris à lu-  
pa, magnitudini factorum accepta  
fieri equum, quam ferarum natu-

ra, arbiteror. Idem visum Plutarcho, Romul. cap. 11. suspectam quidam habent fabulam & commentum: nos quum cernamus, quanta  
vis sit fortuna, non debemus ei fidem derogare, reputantes animo,  
rem Romanam sine diuino aliquo  
auspicio & magno miraculo non  
fuisse eo potencia progressuram. B.

*Cane a'litu*] Supr. t. 4. 10. Lucianus  
in libr. de sacrificiis, post pr.  
Aelianus var. histor. 12. 41. Alter  
Herodotus, 1. 110. bern.

14. *Ei que ex insulu*] Malim,  
ea que. De Geryone quæ referuntur  
notiora sunt, quam ut quid  
quam notari ad ea debeat. Narratio

constat , regnum penes Geryonem fuit. In hac , tanta  
13 pabuli latitia est, ut nisi abitinentia interpellata sagi-  
na fuerit , pecora rumpantur. Inde denique armenta  
Geryonis, quæ illis temporibus solæ opes habebantur,  
tantæ famæ fuere, ut Herculem ex Asia prædæ magni-  
16 tudine illexerint. Porro Geryonem ipsum non tripli-  
cis naturæ, vt fabulis proditur, fuisse ferunt : sed tres  
fratres tantæ concordia extitisse, vt uno animo omnes  
regi viderentur: nec bellum Herculii sua spôte intulisse;  
sed cū armenta sua rapi vidissent, amissa bello repetisse.

1 CAP. V. post regna deinde Hispaniæ, primi Cartha-  
2 ginenses imperium prouinciaz occupauere. Nam cum  
Gaditani à Tyro, vnde & Carthaginensibus origo est,  
sacra Herculis, per quietem iussi, in Hispaniam trans-  
tulissent, vibemque ibi condidissent, inuidentibus in-  
crementis nouæ vibis finitimus Hispaniæ populis, ac  
3 propterea Gaditanos bello laccassentibus, auxilium con-  
sanguineis Carthaginenses miserè. Ibi felici expeditio-  
4 ne & Gaditanos ab iniuria vindicauerunt, & maiorem  
partem

existat in Diodoro, 4. 17. & Meminit  
& Plato in Gorgia. Bern.

Tanta pabuli latitia] Strabo libr.  
3. pag. 117. 14. scribit, ibi paucen-  
tum ouium lac sero carere, mul-  
tumque aquæ ob pinguedinem  
astundi, vt casus cogi possit : &  
so dierum spatio pecus suffocari,  
si post quinquagesimum ques-  
que diem languinis missione pin-  
guedo castigetur. Similia de agro  
Caranæ in Sicilia, tradit idem lib.  
6. pag. 185. 3. & de Arabia Curtius,  
3. 1. 15. Bern.

Interpellata ] Vide notata ad  
18. 5. 7.

15. Herculem ex Asia] Herculem  
Tyrium intelligit. Vide Artianum  
libr. 2. Bonz.

16. Porro Geryonem &c.] Aliter  
Serilius ad illa Virgilij Aen. 6. 1.

— postquam Laurentia vitor  
Geryone exinde Tirynthius at-

tigit arua.

In hæc verba : Geryones rex fuit  
Hispania, qui id o rrembris sit-  
gitur, quia tribus insulu presut,  
que adjacent Hispania : Balear-  
ca majori, & minori, & Ebura.  
Fingitur etiam hispitem sanem  
habere, quæ a terre stri, & nauali  
certam ne plurimum poruit. Hunc  
Hercules vicit : qui ideo dicitur,  
ad eum olla creare transuetus quod  
habuerit nauem forcem & are-  
munram. Mod.

CAP. V. 2. Cum Gaditani à  
Tyro ] Hæc prolixæ narrat Strabo  
extremo libr. 3. B. Colonias à Ty-  
riis conditas, referunt Plinius,  
5. 19. & Curtius, 4. 4. 27.  
Bern.

Inuidentibus increment. &c. 3  
Addo supra, 43. 3. 13. & 43. 5. 4. Lit-  
uum, 1. 9. 4. & 1. 14. 6. Tacitum, 4.  
63. 4. Amirat. 20. 10.

pātem prouinciae imperio suo adjecterunt. postea quoque hortantibus primae expeditionis auspiciis, Hamilcarem imperatorem cum magna manu ad occupandam prouinciam misere: qui magnis rebus gestis, dum fortunam inconsultius sequitur, in insidias deductus, occiditur. In hujus locum gener ipsius Hasdrubal mittitur; qui & ipse à seruo Hispani cuiusdam, vlciscente domini iniustam necem, imperfectus est. Maior utroque Annibal imperator, Hamilcaris filius succedit. Siquidem utriusque res gestas supergressus, uniuersam Hispaniam domuit: inde Romanis illato bello, Italiam per annos sexdecim variis cladi bus fatigauit: cum interea Romani missis in Hispaniam Scipionibus, primo Poenos prouincia expulerunt: postea cum ipsis Hispanis grauia bella gesserunt. Nec prius, perdomita prouincia, iugum Hispani accipere potuerunt, quam Cæsar Augustus, perdomito Orbe, victoria ad eos arma transfluit, populumque barbarum ac ferum, legibus ad cultiorem vitæ usum traductum, in formam prouinciae redegit. . .

## PROLOG.

4. *Hamilcarem*] Cuius cognomen Barcas: Lege Polytiā lib. 2. Apianum in Iberica, pag. 258. f. Prodiū in eius vita. De Hasdrubale à seruo, cuius supra huc ipso libro auctor meminat, imperfecto, vide eosdem. Bong.

5. *Asdrubal*] Polybius libro secundo scriptum reliquit. Hasdrubalem quum spatio annorum octo in Hispania mansisset, tandem non per insidias à Gallo quodam, prævariarum inimicitarum causa, fulle intersectum.

*A seruo*] Sup. 44. t. 4. Val. Max. 3. fin.

7. *A Scipionibui*] Cneum & Publum intelligit, quos duos fulmina imperij Romanū vocat Cicero pro Balbo cap. 15. Liuiss lib. 25. De

Hispanā ab Augusto domita, lege Dionem, Suetonium, Florum, Orosium, Horatium lib. 4. od. 14. Bern.

8. *Nec prius, perdomita prouincia*] Augustus totam Hispaniā domuit. Principiū autem hic duæ validissimæ gentes Cantabri & Astures, immunes iimperij agitabant. Cum Cantabri extrema expectarent, certatim igne ac ferro inter epulas, venenoque, quod ibi vulgo ex arboribus taxeis exprimitur, præcepere mortem, seque pars maior à captiuitate, quæ videbatur, vindicauere. Astures etiam postmodū vici, ipisque adeo Hispani mitius ingenium à victore populo accepere. Atque hic finis Augusto bellicorum certaminum fuit, idem rebellandi finis Hispaniæ.

# PROLOGI HISTORIARVM.

Philippicarum Pompeij Trogi.

## PROLOGVS LIBRI I.

**P**rimo volumine continentur hæc, Imperium Assyriorum à Nino rege, usque ad Sardanapallum. Post quem translatum est per Ahab-

cem

**P**rologi librorum Trogi  
vix edere, non erat  
animi mei sententia: tam  
crebra, tam feeda erant in  
hī vulnera, noue cicatrici ut locus  
non esset, & mihi desperata co-  
ram videretur salus. Tandem &  
amicorum auctoritate compulsius,  
& meo etiam iudicio persuasus,  
sententiam mactui. Itaque vitam  
illis dediisse, hoc tempore satis sit:  
nam integrum valetudinem alii  
diberi, facile patiar. Attrahen ne  
proflus eorum curam viderer omi-  
nissus, periculis faciundū duxi, an  
& conjecturis nostris sanari quæ-  
dam possent, sagaciores, in ceteris  
suam exerceant. Namque à libris an sperandum aliquid  
sit, nescio: his in septem ms. co-  
dices in difī illius & contamina-  
tissimis misericisis, quasi conspiratio-  
ne quadam conentire, aut lectio-  
natum monitis cerrare. Vidi itali-  
cam interpretationem, olim edi-  
tam, quae ne uno quidem loco, à  
librorum nostrorum scriptura  
discedit. Qualescumque sunt, Iusti-  
ni abbreviariis negligentiam de-  
cegunt, & historiarum Trogi se-  
riem ostendunt. Auctoris nomen  
in libris nullum est. Nam quod  
in duobus legitur, In Trogi se-  
quuntur Iustini epitoma libros, non  
arbitor hoc spectare, sed ad ma-  
jus opus, id est, vulgatam Iustini

epitomam. Quisquis est, non in  
Iustinum, sed in Trogum argu-  
menta scripsit, ut in Iulium Flor-  
rus. Nam in his quædam sunt non  
paucæ, quæ in Iustino frustra  
queras: ut non immerito in-  
tegrum Trogi ipsius opus, historia  
desideret. Sunt autem prologi  
singulorum librorum  
argumenta continentes, song.

**L**ib. I. **Sardanapallum** Notauit  
ad Iustinum, l. 3. t. hanc Diodoro,  
2. 2. 3. esse tricelimum à Nino. Dio-  
dori locum transcripsit Georgius  
Monachus: cuius Chronicum, opus  
Grace conicriptum ex biblio. heca  
reginae matris vñs sum, beneficio  
Fr. Pithœi, viti & humanitate &  
doctrina præstantissimi. Is Diodo-  
ri locum ita refecit: Σαρδανα-  
παλλος τεταρτος μηνης τημη-  
νος απο Νινον &c. idem ubi  
apud Diodorū legitur, Assyrios  
regnasse ἡ ιερεία τεράκοντα,  
habet ἡ ιερεία μηνα, emendo λι.  
Et paulo post, Teutonique γδ̄ Βασι-  
τευτικός τ' Α' σιας, ος ἡ εικοσής  
δοτὸς Νινύ, &c. Georgius legit,  
Ταυτικός γδ̄ Βασιλικός τ'  
Α' σιας, ος ἡ εικοσής Νινύ. &c.  
Sei hæc præter institutum song.

**A**rbae] Meminit huius historie  
præter alios etiam Ioannes Tzetza  
Chil. 3. hist. 95. vbitamē Apoteosis

COR

cem ad Medos, usque ad ultimum regem Astiagen. Is a nepote suo Cyro pulsus regno : & Persae regno potiti. Ut Grcio Lydiæ regi bellum intulit Cyrus, vietumque cepit. Hic in excessu dicti Aeolicarum & Ionicarum urbium situs ; originesque Lydorum, & in Italia Tuscorum. Post Cyrum, filius Cambyses Aegyptum domuit. Repetitæ Aegypti origines urbium. Exstincto Cambyse, Darius occisis Magis regnum Persicum accepit; captaque Babylone, bella Scythica molitas est.

## PROLOGVS LIB. II.

**S**ecundo volumine continentur haec : Scythiae &c Ponti situs ; originesque Scythiae, usque ad bellum quo est inde pulsus Darius : qui post hanc fugam Graeciae bellum intulit, per Datin & Tisafernem, quod soli Athenienses tunc nucere. Hic origines Athenarum repetitæ, & reges usque ad Pisistrati tyrannidem, qua extincta ratione vicere Persas. Ut mortuo Dario filius eius Xerxes bellum Graeciae intulit : ac repetitæ origines Thessaliorum : expulsoque Graecia Xerxe, bellum ab Atheniensibus translatum in Asiam, usque ad Xerxis interitum.

## PROLOGVS

sorrupte legitur, pro Apollon. Bern.

Regno] Modius, regno est Bern.

Excessu] Sæpius haec vox his in Prologis obvia sit: & notat excusum, digressionem, seu verbo Thucydidis, l. 16. 5. in Cœliis tu abz. Bern.

LIB. II. Tisafernem] Ex Herodoto & Probo in vita Miltiadis, lege Arrapheuen. Bong.

Athenienses renuere] Quæ phrasis sit, tenebre bellum, nondum com-

perti est mihi; malim, sustinere, & repetita ex priori voce syllaba: quam propter similitudinem absurperat. Bern.

Tyrannidem, quia ext. Coniectura legendum auguro, qua extingua, ad Marathonem vic. Pers. aut proprius veterem scripturam, tyrannidem extinxit. Quia ratione sic. Pers. B. Modius posterioriem Bongarni conjecturam probat: mihi prior potior videtur. Bern.

## PROLOGVS LIB. III.

**T**ertio volumine continentur hæc. Ut mortuo Xerxes, filius Artaxerxes, pulso interfectorē patris Artabano, bellum cum defectore Ægypti habuit: primoque dux ejus Acchæmenes vicitus est; iterum per Agabazum Ægypto recepta. Ut Græcis cum rege pacificatis, bella inter ipsos orta sunt. Inde repetitæ Peloponnesum origines: ut ab Herculis posteris Dorico populo sit occupata. Deinde bella Aigolica & Messenæ: coalitique Sicronia & Corinthio tyrañi. Bellum Crisœum: & quod Athenienses primo cum Bœotis, dein cum Peloponnesiis gesserunt.

## PROLOGVS LIB. IV.

**Q**uarto volumine continentur res Siculae, ab ultima origine, usque ad deletam Syracusis Atheniensium classem.

## PROLOGVS

indice quartum saum librum in signauit Paulianas. nem.

*Coalitique coalescere* hic idem significat, quod *Connubia* esse: videturque in vsu fuisse Progo, & propterea etiam adserenda aut relinquenda Iustino, 3.4.1.18; 4.1.; 6.2.16. Hoc sensu Liuus, 7. 8.ern.

*Sicronia*] Leg. *Sicronia* & *Corinthi* tyrañi, de quorum regno Eusebius in *Chronico*, & Paulianas *Corinthi* bellum autem Crisœum mihi neque lectum, neque auditum est hispicor legendum, *Tyrreum*, de quo Herodotus, 1.82. & Eusebius *Chron. Bong.*

Historiam vide etiam apud Diodorum, 15.70. & 14.87.ern.

*Crisœum*] Vide notam præcedentem. Rutgerius variarum l.5.c.7. Crisœum legendum affirmat, Crisœus sinus Straboni idem est qui Coriathiacus. bellum autem occa

LIS. III. Pulsō interfectorē] Leg. interfectorē interfectorē. Prior vox ob affinitatem frequentis ab exscriptore omissa, peperit falsam lectionem, & historię contrariam. B. Modij mss. Fulentes pulsū interfectorē pacru Artabanum. ex quo ille: vltius interfectorē &c. Vere, ut puto, nam vltius hostem etiam dicimus.ern.

I rimoque dux ejus &c. J. Modij mss. primo dux dux ejus. Acchæmenes vltius est, iterum per Agabazum Ægypti recepta. Sed hungarisi opera fatis restitutus videretur hic locus.ern.

*Acchæmenes*] Diodorus Αχαιῶν. & pro Agabazum lego Megabazum. M. Αχαιῶν Diodoro lib. 1. t. Bong.

*Messeniam*] Intelligit bella contra Messenios. de quibus sustinuit. e. Videatur igitur legendum *Messenaca*, aut *Messenica*. quo

## PROLOGVS LIB. V.

**Q**Vinto volumine continentur hæc. Bellum inter Athenienses & Lacedæmonios, quod Deceleicum vocatur, usque ad captas Athenas. Ut expulsi sunt Athenis triginta tyranni. Bellum quod Lacedæmonij in Asia cum Artaxerxe gestarunt, propter Grissum initum. Hinc repetitum in excessu Cyri cum fratre bellum; & Graecorum qui sub eo militauerunt.

## PROLOGVS LIB. VI.

**S**exto volumine continentur hæc. Bellum Lacedæmoniorum gestum, in Asia cum Persicis præfectis, duabus belli Herculide & Ageslao, usque ad prælium navale factum Cnido: quo vicit illis, Athenienses repetiere imperium. Dein bellum Corinthiacum, & bellum Bœotium, quo euætrix & Mantinea vici Spartam, amiserere imperium. In Thessalia deinde Iasonis & post illum Alexandri Epirei coalitum atque extinctum imperium. Tum sociale bellum gestum aduersus Athenienses Achæis, & Phœdiis, & Byzantiis. Transitus hinc ad res Mæcedonicas.

## PROLOGVS.

occasione Corinthiorum Tyrannidis. Corinthiacum appellatum, modo citato loco Diodorus tradit, quod circum ea potissimum loca gestum sit. Potuit ergo simili de causa Grissum appellari. Bern.

LIB.V. Grissum] Lege Cyram. B.  
Adde Xenophonem Hill. Græcl.  
3. à princ. Bern.

LIN.VI. Herculide] Vide not. ad  
Justin. 6.1.2. Bern.

Cnido] Modij editio, Cr. di. Bern.  
Euætrix] Scribe Leuætrix. Et  
Mantinea. Bong.

> Ep'rei] Emenda Therai. Alexan-  
dri Pheræ nomen restituendum  
videtur & Diodoro, 15.67. sub  
anno 4 Olympiadis 102. n. γατε-  
χαλει (de Pelopida loquitur) την  
διοδοτοι ιπ. φαραγγινα ροτο  
Διαδρομη την Μακεδονια  
lege ex plutarcho in Pelopida τη  
φαραγγινα ροτο.

Coalitum] Vide supr. Ptol. 3. nos.  
d. Bern.

Phœdiis] Legendum Rhodis. B.

LIN.VII.

## PROLOGVS LIB. VII.

**S**eptimo volumine continentur origines Macedo-  
nicæ, regesque à conditore gentis Carano, usque  
ad magnum Philippum: ipsius Philippi res gestæ us-  
que ad captam vibem Mothonem. Additæ in excessu  
Illyriorum & Pœnum origines.

## PROLOGVS LIB. VIII.

**O**ctavo volumine continentur res gestæ Philippi  
magni, post captam vibem Mothonem à principio  
belli Phocensis, quod sacrum vocant, usque ad finem  
eius: imperfectumque huic bellum quod Philippus cum  
Calchidonijs vibibus gessit, quarum clarissimum dele-  
uit Olynthon. Ut Illyrici reges ab eo vieti sunt; &  
Thracia atque Thessalia ab eo subacta: & rex Epiro-  
datus Alexander electo Aryba: & frustra Perinthos  
oppugnata.

## PROLOGVS LIB. IX.

**N**ono volumine continentur hæc. Ut Philippus à  
Perintho summotus, Bizanti origines, a cuius  
obsidione

LIB. VH. *Magnum Philippum*] Ceteris regibus præstisile & tor-  
tura & moribus, Plutarchus in  
apophth.c.29.ex Theophrasto re-  
fert. Inde ergo Philippicæ histo-  
riæ Trogi, quod hic regum maximus  
Philippus Macedonici Imperi-  
j prima fundamenta, eaque gr-  
missima iecerit. Trogi autem hi-  
storia nihil aliud, quam Macedo-  
nica historia. *Bong.*

*Mothonem*] Vide not.ad Iustin.  
7.6.14. *Bern.*

*Pœnum*] Scribendum *Pagnum*.B.  
LIB. VIII. *Interfectum*] Legem in-  
terpellumque. *Bong.*

*Calchidonius*] *Lege Chalcidonius*.  
8. *Chalcidicas* vrbes, τὰς Χαλκιδικα-  
νὰς πόλεις, appellant Diodorus,  
16. 53. Suidas in voce Καλγύδη,  
vbi de hac expeditione loquuntur.  
Thucydides 2.15. & alibi. *Xanthe-*  
*se ac Chalchidonij* nusquam, quod  
sciam, leguntur. *Bern.*

*Ab eo subacta*] A membranis,  
meis absunt illa, ab eo, & recte.  
quid enim, cum præcesserint, statim  
illis hic repetitis opus est? *Mod.*

*Eletto*] Scribe *eletto*. *Bong.*

LIB. IX. *Bizanti*] *Mod. edidit*,  
*Bizanty*. *Bong.*

